M.
Liber Benedicti Hesse
super Matthaeum. Professoris
Academici Professoris

N. Inv. 1366.

In nomine domini amen. Sub anno domini millesimo ccc ...

Item maria gra plena d...

Significamus reverencie vestre

quatenus exhibitorem

Item Quamvis

Domine ihesu xpe qui salus est ...

Quamvis ...

Amore domini

Ave virgo maria gracia plena dns

Veni sancte spiritus reple tuorum corda

Sed et

Unus ut ... erat

Domine ihesu xpe qui ... de sanguine

Decembris

Domine misere mei

omnibus ... iudicare seculum ...

Tantum excedit alia personaliter sed in illud quod est formale in
virtute sicut digiti manus equaliter excedunt licet in se non
sint equales. Ille autem qui habet maiorem humilitatem
loquendo de vera humilitate per omnes licet alias virtutes
maiores et ideo ille qui est magis humilis est ma-
ior in merito et premio non propter humilitatem tantum sed propter alias
virtutes humilitati quecumque sunt et maiores humilitate
Item ipsa humilitas est fundamentum aliarum virtutum
quia per ipsam maxime removetur impedimentum humane salutis
quod est quoniam homo inflatus magnificari studet hoc re-
mote homo incipit ad celestia tendere et fundari
in celestibus Sicut ergo ex magnitudine fundamenti
proiecti arguitur magnitudo edificij superedificandi
sic imposito ex magnitudine humilitatis arguitur ma-
gnitudo felicitatis licet humilitas non sit maior inter
alias virtutes quia illa que sunt prima generatione non sunt
Relat maiora ~~sunt~~ Item sicut inicium recedendi a deo est
superbia sic inicium accedendi ad eum est se humiliare
ergo bone principium accedendi ad salutem non nobis
commendatur Item nota quod in Augustinus in libro de similitu-
dinibus ponit septem gradus humilitatis quorum
primus est contemptibilem se esse cognoscere 2us de hoc
non dolere 3us hoc confiteri 4us hoc consuadere ut sibi
velit hoc credere 5us ut patienter sustineat hoc dici
6us ut patiatur contemptibiliter se tractari 7us ut hoc
amet Et glossa super ... Cum perfecta humilitas tres
habet gradus primus est subdere se maiori et non preferre se
equali que est sufficiens 2us est subdere se equali
et non preferre minori et hoc dicitur habundans 3us gradus
est subdere minori in quo est omnis iusticia sequitur
Item beatus Bernardus in regula sua ponit duodecim gradus
humilitatis quorum primus est corde et corpore semper

humilitatem onde dei vis intram aspectione suis ut
pauca verba et racionabilia loquitur aliquis non clamosa
voce Decimus ut non sit facilis aut promptus in risu quartus ta
citurnitas usque ad interrogacionem tenet quod hec coibus mo
nasterii monesterii regula Sextus credere et pronunciare
se omnibus viliorem Septimus ad omnia indignum et in
utilem se confiteri et credere Octavus gressus peccatis Nonus
per obediencia in duris et asperis paciencia amplecti De
cimus ut omni obediencia se subdat maiori Undecimus
ut voluntatem propriam non delectetur implere Duodecimus
ut deum timeat et memor sit omnium que precepit.
Sed quia dominus iam dictam humilitatem commendando ostendit
quantum humilitatem diligat et quanto velit eam premio
remunerare Jam querit ut magis pateat quam accepta
sit sibi humilitas declarat primum humiles honorando
d Et qui susceperit unum parvulum talem in nomine
meo me suscipit quasi diceret homo hic dixi quod parvuli id est
humiles intrabunt regnum celorum de hoc nolite mirari
quia diligo eos Quod patet ex eo quod michi reputo
factum honoris vel obsequii humilibus exhi
betur Et hoc est quod dicit Qui susceperit primo in domo
per hospitalitatem hebreorum hospitalitatem nolite oblivisci
Secundo in exemplum per imitacionem discite a me exemplum
accipite fratres pacie loquimini Tercio in corde
per devocionem sicut vulgariter dicitur ille bene iacet in corde
meo Vel sic Qui susceperit affectu ad compaciendum
affatu ad consolandum effectu ad subveniendum penam ad
sufferendum | Unum dicit notanter notans paucitatem verorum
humilitate imitancium Vel dicit unum ut notet commoditer
recipiencium specialius est enim unum quam plures recipere
Parvulum talem Glosa intelligit Talem scilicet per virtutem
qualis est iste per naturam vel per hoc quod dicit talem excludit
fictam humilitatem innuens per hoc in exhibenda

hospitalitatem debet esse discretio Ecclesiastici xij Da bono et ne
susceperis peccatorem in nomine meo quia addit propter vane
gloriosos qui alii suscipiunt aliquem nomine suo id est ipso ut
nominent et laudent quidoque suscipiunt aliquem nomine
suscepti ut ab eis susceptis remunerentur Contra quos
dicit Luce xiiij Cum facis prandium noli vocare [illegible]
aut nomine mundi sic illi qui suscipiunt aliquem propter paren-
tes vel parantelam Qui me suscipit primo in corde regis(?) — *nota Marc*
angustum(?) 2o me suscipit i(d est) suscipiet in primo pa-te
miseratorem 3o me suscipit sicut representatorem quia
xxv Quod uni ex minimis meis fecistis etc. Unde Nicolaus de Lyra
de lyra Magna est res quia quicquid homo pauperi propter
xpm facit xpo fecisse noscitur Et quia tanta unitas xpi
et pauperis ut xpus in paupere et humili et pauper
in xpo esse dicatur Et amplius est ut xpus cum homine
et homo cum xpo tenac(?) dicatur Apoc 3 Ego sto
ad hostium etc. Iterum xpus cum homine pati asseratur
Actuum ix Saule saule quid me persequeris Iterum xpus
cum homine et homo cum xpo letari predicatur Luc xv Con-
gratulamini michi etc. Vel dicit me suscipit ut mentem
elevet suscipientis quasi dicat Suscipiens non debet attendere
suscepti sed me Et ut deprimat mentem susceptorum
quasi dicat Si suscipitur quis non superbiat vel se putet honorari
~~[illegible]~~ quia propter me et non propter vos hoc faciunt et ergo
susceptus non ascribat honorem sibi vel ipse ~~vani~~ vanitati
sed michi propter quem honor sibi exhibetur Quia propter
quod unumquodque tale et id magis Qui autem scan-
dalizaverit unum de pusillis istis qui in me credunt
expedit ei ut suspendatur mola asinaria
in collo eius et demergatur in profundum maris
Ve mundo ~~et~~ a scandalis Necesse est enim ut
ut veniant scandala Verumtamen ve homini illi

P quē scandalum venit / hic doc3 ꝯcitatoꝝ caritatem
ad pximū exptecaꝯ que consistit in duobꝫ primo ne
pximo inferat nocumentum 2o ut ei pficiat unionj
ibi enim venit filius hominis saluare q̄d p̄ i d q̄ p̄o
amonet ne pximū scandalizemus 2o ne eum con
tēpnamus ibi videte ne contempnatis q̄d in d · quia
p̄mo doc3 vitare scandali activ̄ 2o passiuū ibi Si
autem manus tua postq̄ dn̄s reuocauit aplos ab
elacōe et altricacōne ex susceptacōne honoris quem
humiliantes se ipos susceperunt consequenter reuocat eos
ex pena quā quicunq; ex zelo contenderint aut in deibꝫ
scandali posuerunt incurrunt Nam sm̄ Crisostomum sic
qui hos honorant ꝓpt deum mercedem habebunt ita
utiq; et qui dehonorant ł scandalizant ultimam
vindictam sustinebunt Scandalizat autem qui suo
dicto uł facto mīg recto occasionem tamquā dat ruine i
pctm ac vo uł exemplo ꝓpellit in malum Et p̄o
monz vitare scandali actiuū siue aliēni et ꝓpca
passiuū siue ꝓprij Est ergo sensus vos apli nolite al
tricare depmere tu honoris q̄ exhibent pusillos et ꝑ
uulos n̄o etate s3 fide aut inp ꝯnisos et in ꝑpos
natos scandalizabitis et perdetis vn dicunt pusilli
q̄ a supbia altitudine se humiliantes parui et humilite
spo cꝫ suaꝯ pusilli sunt et paruuli qui adhuc sunt
in fide infirmi et deslem ad illicita p mala exempla
puit puocari Tales autem scandalizandi non sunt maio
res autem cito scandalizant Maiores autem facilius sca
dali ł offendicla recipiunt Recte ergo quo scandali
sari ꝑt pusillus d̄r et paruulus et q̄ nullus scan
dalizat ex dicto et facto altius in pctm ruit nisi qui
in ꝑtu pusillus est q̄ nullus scandalizatur aut ex
dicto uł facto altius in peccati ruit ꝑ pre virtus

nisi

faciunt

ruit

sunt Nam magnus et perfecte virtutibus robustus in fide et
caritate quidquid viderit aut audierit passus fuerit non
non declinat de facili a fide et caritate nec ex dicto
vel facto malo alterius in peccatum ruit quia ut in prover-
biis dicitur non contristabit iustum quidquid ei acciderit Nomen
scandalum dicitur a scandalon grece quod est impactio sive
r ruina labiae Ubi advertendum quod scandalum activum
est dictum vel factum minus rectum prebens occasionem alteri rui-
ne Scandalizare igitur aliquem est facere eum ruere in peccatum
mortale ex dicto vel facto suo malo et hoc est proprie ipse
Nota nocumentum proximi anime quod est recte contra caritatem
Et ideo talis faciens alium sic ruere si facit hoc ex intentione
seu advertentia peccat mortaliter etsi dictum vel factum
ex quo alius ruit non esset de genere peccati mortalis
sicut dicens verbum iocosum mulieri intencione per-
trahendi eam ad adulterium est mortale ex intentione
f finis Sed aliquando sit scandalum veniale peccatum dicit ergo
qui autem scandalizaverit unum vel plures peccat quam plu-
res de pusillis istis et infirmis Cum in me credunt magis
eis vitandum est scandalum fidelium quam infidelium Item fide-
libus quippe preter dare occasionem ruine ab alto fidei in li[m]- q y
erroris et peccati Infideles autem in imo sunt licet possint
in magis ymum ruere Expedit ei ut suspendatur
mola asinaria in collo eius et demergatur in profundum
maris loquitur salvator ad morem terre palestinorum
in qua condempnati ad mortem ligato saxo ad collum
precipitabantur in mare Sensus ergo est expedit id est me-
lius est homini pati mortem corporaliter quam ex malo exemplo
facere alium ruere in peccatum mortale quod educit in eternam mor-
tem eternam que sine comparatione gravior est morte temporali
Unde glossa Quemcumque spem sanctitatis habens verbo vel exemplo

clacionis vel altius viam tamen omne infimo sunt an ma
xime nos oz consule expedit ei ut suspendatur etc
Ceria multo melius ē expo culpa suscipe pena qua
eternis sumat cruciatibus non enim iudicabit deus bis
in idipsum Mola azinaria est lapis que voluebat
azinus vel equus in rota molendini hoc eciam de
one pctī vasti pōnit accipi quia expedit ei s. peccatori ut
suspendatur mola azinaria in collo eius et demer
gatur in profundum maris Mola azinaria est omnis
pene mare est amaritudo contricionis pctōi ergo ma
gis expedit cum mola azinaria i. graui penitencia de
mergi in profundum maris i. amore et cordialis [illegible] con
tricionis quam desinat eterne dapnacioni hoc quicumque
diligenter adverte voluerit non indebitur ei omnibus pme
esse s. valde bono Alio modo exponitur s. Ra de pena
eterna Et per molam azinariam secularis vite circuitus
ac labor intelligitur De quod azini voluuntur circa mo
lam istam s. stulti amatores mundi qui excecati cum
Samsone a philisteis ponuntur ad molam Iudic
xvi per mare vero profundum eterna dapnacio designatur
Est ergo sensus Qui scandalizauerit i. qui sbsctitatis spe vel
vel exemplo ceteros destruxit melius est i.
minus malum esset ut eum sub exteriori habitu ad
mortem terrena acta constringerent quam sacra offi
cia ceteris in culpa imitabilem ostenderet quia si solus
consideret tollerabilior enim pene terminat Quam
nisi peccat in habitu religioso ledit multos malo
exo Alio modo exponitur secundum hilarium Azinus est gentilis
intellectus Azinus ad molam gentilis adorat la
pidem Esset igitur melius xpiano pro nunc scandalum
fraterem sui ponit si remansisset paganus quia non tantum

penitenciam parant in isto pagani quibus tales christiani
Et intelligendum est ceteris paribus etc. Et vitare scandalum
docuit spiritualiter Iero. Quamquam hec summa sit quod omnes in spiritu-
aliter contra apostolos dicitur qui hic de dignitate videbantur
contendere in quo poterunt quos vocabat ad fidem per
suum scandalum perdere. Alio modo exponitur sic hic de scito vic-
toraliter sicut pusilli sunt domini religiosi vel neophiti
qui bonum propositum ceperunt propter humilitatem et mor-
talitatem. Unde Luc. 12 Nolite timere pusillus grex. Et Luce
xi. Precii mei meorum sunt in tabili. Scandalisat
pusillos qui eos vel extinguit propositi vel in modo deate ex-
asperat vel in contemplationis silencio inquietat. Unde habetur
domus Exo. xxi Si quis percusserit pregnantem et
abortivum fecerit reddet quod expetierit maritus eius. Si autem
mortua fuerit reddet animam pro anima. Pregnantem qui
vero dicto vel aspero proximum scandalizat et in eo propositum
bonum extinguit hic reddet quod expetierit maritus
eius, id est Christus, et reddet animam pro anima, id est penitebit ac si ipse mortem perpe-
trasset. Dominus non scandalizavit pusillos sed amplexatus est
eos ut dicitur capitulo v. Unde Ysa. xlii Calamum quassatum
non conteret et linum fumigans non extinguet. Cala-
mus quassatus est a quibus temptatus hic conterit qui in mo-
deate exasperat. Malco vulnus sanavit. Cogitatur
dominus Eze. xxxiiij Cum austeritate imperabatis eis.
Linum fumigans est penitens. Contritus fumus ei
est compunctio. Ysa. vi Et domus repleta est fumo. Cum
enim intrat Ihesus in domum conscientie fumus compunctionis repleti
eam. Unde magnus fumus signum est magni hospitis.
Deus autem nec calamum quassatum conterit nec linum
fumigans extinguit, ymo conquassatos confirmat
et contritos sanat. Unde ps. qui sanat contritos corde
et alligat contriciones eorum. Et capitulo xi Venite ad

Ve omnes qui laboratis et onerati estis etc. Nam antem conterit ad impaciam provocando et caritatis in eo extinguit. Qui scandalizaverit unum de pusillis istis qui in me credunt expedit ei ut suspendatur in collo eius mola asinaria. Mola asinaria est timor. Unde Deutro. xxiiii. Non accipies loco pignoris superiorem vel inferiorem molam. Mola superior est spes que animam elevat et stabilit in sublime. Inferior timor deprimens deorsum. Alteram tollit loco pignoris penitenti qui satisfactionis iniungit et affert spem vel timorem. Dum in presumptionem elevat nimium relaxando vel in desperationem deicit nimium onerando vel communicando. Dicitur autem timor mola asinaria quia facit hominem simplicem reputari dum per timorem vel [illegible] multis se subtrahit nec adnegocia secularia [illegible] se ingerit. Unde Job xii. Deridetur iusti simplicitas lampas [illegible]. Mola collo suspendenda est. Dignum enim est quod collum quod superbiam erigit ut dicitur Job xv. Cucurrit adversus deum erecto collo timore humiliet et ab inutili voce refrigerat. Et demergatur in profundum maris i. cordis quod dicitur mare propter profunditatem. Iuxta illud Jer. xvii. Pravum est cor hominis et inscrutabile. Et Ecclesiastes vii. Alta profunditas quis inveniet. Melius non est ut qui talis est se comprimat per timorem et ad profundum cordis sui [illegible] quam superbe increpando et ipse non proficiat et proximum offendat. Unde in Prov. xv. Melius est parum cum timore quam thesauri magni et insaciabiles. Vel aliter mola asinaria est exercitatio active vite. Math. xxiiii. Erunt duo in mola. Una assumetur et altera relinquetur. Et duo in agro. Omnia

Et post dies sex

Assumpsit Ihesus Petrum Jacobum et Johannem fratrem eius et duxit illos in montem excelsum seorsum

Superius posita est transfiguratio promissio Christi subditur eius ostensio ad confirmationem fidei resurrectionis. Circa quam transfigurationem tangit tria primo antecedentia secundo concomitantia ibi et transfiguratus est tertio quia ibi respondens autem Petrus dixit. Antecedentia tria comprehendit tempus testes et locum. De tempore dicit et post dies sex ubi dicit Marcus iste. Isti dies sex fluxerunt a die quo dominus loquens discipulis de passione et sua morte subiecerat, sunt quidam de hic stantibus qui non gustabunt mortem donec videant filium dei in regno suo in forma glosa in qua futurus erat pacto mysterio passionis et ut haberet promissionem impletam factum est in [...] legitur. Sed contra obicitur quia Lucas post dies octo dicit. Ergo sicut est per hec verba fere octo dies secundum Ieronimum et glo. Mattheus tamen dicit dies medios eminat. Sed Lucas et duos extremos scilicet primum et ultimum quo promissio facta est continuat et conuenit mysterio secundum glo. Nam sicut dominus post sextum sabbatum quartam ascendit et per septimam sabbati qua in sepulchro quieuit octava die resurrexit sic et nos per etates mundi sex in quibus predicando patimur et laboramus et per septimam quietem animarum que nunc in altera vita geritur octava etate resurgemus. Mystice autem in sex diebus intelliguntur sex gradus quibus peruenimus ad videndum dominum in transfiguratione per contemplationem excelsum qui gradus sibi succedunt quos exprimit Ricardus de contemplatione libro i c. i dicens inquit sunt contemplationes quia primum est in imaginatione secundum solam imaginationem, secundum est in imaginatione secundum rationem tertium est supra rationem sed non preter esse preter rationem quartum est supra rationem et videtur esse preter rationem. Duo itaque sunt in imaginatione duo in ratione duo in intellectu. Prima duo sunt circa carnalia et corporalia secunda duo sunt circa spiritualia tertia duo sunt circa sempiternalia et incomprehensibilia. Hec autem sex quia per sex dies acta intelliguntur per sex gradus quibus ascendebatur ad tronum Salomonis 3 Reg. x et hec inmus perfectorum consistit cum sint inmus perfectorum secundum Lucam inuenitur per octo dies qui sic ut actu secundum angelum in libro de spiritu et anima sine ascendentibus inquit sursum it. Primus gradus dicitur anima non animatio secundus sensus tertius ars quartus virtus quintus tranquillitas sextus ingressio septimus contemplatio post quam non restat nisi beata vita. Et sic fere sunt octo et ut dicitur primus est de corpore secundus per corpus tertius circa corpus quartus ad seipsum quintus in seipsum sextus ad dominum septimus apud dominum. Sed hiis septem diebus peruenitur ad octavum scilicet glorie sempiterne. De personis vero assumptis dicit Crisostomus transfiguratio fuit octava die quia facta est ad ostendendum discipulis appropinquatam futuram resurrectionis. Illa autem erit in octava etate mundi secundum Lucam. Sed Mattheus et Marcus designat per sex mundi etates quiescendum ab omni labore

Et assumpsit petrum Jacobum et Johannem fratrem eius. Circa quod
dicitur triplex dubitacio. Prima est quis fuit iste Jacobus et quidam pu-
tant esse hunc de quo dicitur. Et fuit Jacobus maior filius zebedei qui fuit
frater Johannis, et sic ego sentio et similiter omnes fere doctores eum sentiunt
esse Jacobum [illegible] licet Augustinus super epistolam ad galatas scribit et tractat magister in historia
fuisse hunc Jacobum episcopum qui primus ierusalem ecclesie episcopus ab apostolis est ordinatus
Cum enim omnes concorditer consentiunt super hunc [illegible] hunc esse Jacobum qui pa-
sacerdotale fastigium ascendit et tunc enim [illegible] [illegible] potest habere in glosa su-
per hunc textum Jacobus fuit qui primus in pontificalibus celebravit ierusalem
episcopus et fuit Jacobus minor filius Alphei qui dictus est frater domini et hunc
enim dicere potuimus Jacobum minorem fuisse fratrem Johannis secundum morem iudeorum
qui natos ex fratribus et sororibus fratres appellant. Unde quia ambo Jacobi
fuerunt filii duarum sororum dici poterant fratres Johannis. Secundum hoc ergo fuit
Jacobus zebedei [illegible] tamen propter [illegible] [illegible] magis proprie vocantur
fratres germani quam consobrini. Ceterum quod hic Jacobus preponitur Johanni et
Jacobo minori in scripturis [illegible] [illegible] ad ambo et Augustinus [illegible] unde quod ipsi
contra [illegible] hoc scripserunt non respexerunt nisi evangelium hunc ubi non
est expressum quis Jacobus fuit [illegible] si in actibus respexerunt mendosum codicem
habuerunt [illegible] secundum hoc dicere de tantis doctoribus minus est absonum
[illegible] si unus habuisset codicem mendosum saltem alius habuisset verum
et ideo aliter illud quod dicitur de [illegible] non solio [illegible] [illegible] de [illegible]
[illegible] solio regni celestis et [illegible] primus inter apostolos fuit Jacobus maior de quo
dicitur actibus 12 occidit herodes Jacobum fratrem Johannis gladio, sed hec
exposicio minus [illegible] Secunda dubitacio est quare potius hos tres
assumpsit quam alios ad quod [illegible] multiplex racio. Prima est propter eorum
singularem dignitatem. Sciebat enim ut dicit Crisostomus [illegible] cognitor illos
[illegible] esse ceteris et propter hoc familiarius eos diligebat. Unde in resusci-
tacione filie archisinagogi [illegible] non admisit quemquam secum introire
nisi hos tres. Similiter in passione quando oravit assumpsit secum illos tres scilicet
petrum et duos filios zebedei, quia alta misteria non sunt omnibus immediate
exponenda, sed per maiores suo tempore ad alios debent pervenire. Et ideo assum-
psit illos tres tamquam potiores. Petrus enim excellentissimus fuit in dilectione
ad cristum et fidelis in potestate sibi commissa. Johannes vero in privilegio
amoris quo a cristo diligebatur propter eius virginitatem et eciam propter preroga-
tivam evangelice doctrine. Jacobus vero propter [illegible] martirii quantum ad
Jacobum maiorem [illegible] [illegible] Bedam ad [illegible] fidem trinitatis per quam
credimus deum [illegible] secundum [illegible] hilarium tres assumpsit ad designandum
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible]

q de tem origine, s[cilicet] semel [clarum] et raphet futura clarificatio oritur. Sz in
his duabus ultimis temporibus non ostenditur quare paucis hos tres quam
alios [illegible] petrum signavit coniugatos uel celibes, per iacobum penitentes
per iohannem virgines. 3a est s[ecundu]m glozam ad designandum illos qui habent fidem
spem et caritatem. 4a est s[ecundu]m ambrosium. ideo itaque petrum assumpsit qui claues
regni celorum ei tradiderat. iohannem uero eum qui matrem ei in cruce vir-
ginem virgini commendandam proposuit. iacobum quidem quia primus sacre soli-
um ascendit. 5a est s[ecundu]m damascenum. ideo petrum assumpsit ut is petrus patris
vocem audiret filio testimonium confirmari quo dixerat tu es christus filius
dei vivi. iacobum uero quia ante omnes discipulos erat moriturus. io-
hannem autem de ipsa autem gloria dei que non subtracta sibi reponaret illud
in principio erat verbum. 6a ratio potest esse quia cum petrus in passione christi
abhorrebat cum christo diceret se debere crucifigi petrus respondit absit
a te domine non erit tibi hoc. Matth. 16. ut ergo eum tollerarent passionem
voluit gloriam resurrectionis ei ostendere. timere [illegible] inquid ignominiam passionis
audi gloriam resurrectionis et triumphantem vide crucem. ausculta angelorum mi-
steria. duos autem alios ideo assumpsit ut eorum premeret petitionem qua desi-
derant sedere in regno christi unus ad dextram et alius ad sinistram. estimantes
regnum celorum esse mundanum ut ergo ostenderet illis [illegible] regnum ideo transfi-
guratus coram eos. Ratio uero moralis potest assignari s[ecundu]m Richardum ut per tres
illos intelligamus tres dispositiones necessarias ad contemplationem scilicet industria
disciplina et gratia. prima in petro. 2a in iacobo. 3a in iohanne. oportet
autem intelligentiam illuminari concupiscentiam domari et affectum inflammari ut
possimus surgere cum domino sub [illegible] aliquo deficiente contemplationis negocium
perit. Secunda uero potest assignari circa hos tres assumpsit ad designandum
quod quicunque vult ad contemplationem divine visionis pervenire oportet ut
sit petrus i. agnoscens ut scilicet suam fragilitatem et mundi vanitatem
et rerum labencium fluxibilitatem agnoscat et agnita contempnat. sit
etiam iacobus i. luctator uel supplantator ut uidelicet contra concupiscentias
carnis et mundi et insignitiones dyaboli fortiter luctetur et eas devi-
ctas supplantatas prosternat. Sit etiam iohannes qui privilegio singulari
amoris dei dotatus sunt ut scilicet bonum divinum super omnia diligat et in
omnibus visitationibus nihil nisi amorem divinum concupiscat. De loco autem
ad quem assumpti sunt subditur. Et duxit illos in montem excel-
sum seorsum. Iste mons est thabor ut dicit magister in hystoria contra distat
a nazareth quasi 3 miliaria. sed quare transfigurare non in valle sed monte facta est
ad hoc ut discamus gloriam non in profundo huius mundi sed
in regno celi beatitudinis querendam esse. Unde dicit (Beda) hos in que

[Margin notes: 3 ad [illegible] statum ecclesie [illegible] … passionem … [illegible]]

ascendit signat ut mentes in excelsis habeant que tegeri in de-
corre suo videre desiderant. Alia vero colligitur ex textu luce qui ait: Duxit
illos in montem ut oraret. Hec erat enim consuetudo domini ut oraturus
in montem ascenderet ad designandum ut nos cum oramus corda nostra sursum
habere debeamus. Unde dicit glossa in montem oraturus dominus ascendit ut
innuat quod qui deum expectant mentem in excelsis elevare et gemitu
et precibus debent insistere. Vel potest dici quod hinc montis sublimitas
in quo transfiguracio facta est designat divinam naturam in qua sola claritas
et gaudium beatitudinis invenitur, quia sicut ~~fructus~~ crescunt in montibus
frequencius sunt aliis dulciores in sapore pulcriores in colore et efficaci-
ores in vigore. Ita visio beate divine essencie est dulcissima suavitate
purissima claritate et efficacissima vigorositate. De primo scribitur ecclesiastici 24 de
spiritus meus super mel dulcis. De secundo ecclesiastici 43 decorem pulcritudinem candoris eius
ammirabitur oculus. De tercio Johannis 4: Qui biberit ex aqua quam ego dabo
ei non siciet in eternum. Collige ex premissis quod dominus ante transfiguracionem tria fecit
quia discipulos tres assumpsit et oracionem premisit ~~et de hiis dicetur~~
~~in sermone sequenti~~. Ad cuius evidenciam est sciendum quod ista tria sunt per que
disponimur et manuducimur ad videndum transfiguracionem domini sive hic per
excessum contemplacionis sive in futuro per affectum beatitudinis beate
fruicionis, que tria intelliguntur per tria transfiguracionem antecedencia in pre-
missorum verborum serie designata. Primum est spiritualis excitacionis assumpcio. Secundum
est mentis excitacio ad superiora producta. Tercium mentis sublevatio ab o-
mnibus rebus creatis secessio. Primum signatur discipulorum assumpcione cum premi-
ttitur: Assumpsit Jhesus Petrum et Jacobum et Johannem fratrem eius. Secundum
intelligitur in montis ascensione cum additur: et duxit illos in montem
excelsum. Tercium innuitur in loci ordinis sequestracione ad subditur seorsum
et hec causa eciam vide ut exprimit beatus Lucas ascendit inquit montem ut
oraret. Circa primum est sciendum quod triplex est exercicium spirituale quo manu-
ducimur ad videndum domini glorificacionem. Primum attenditur in peccatorum ~~deflendum~~ humi-
li recognicione. Secundum in passionum seu carnis concupiscencie viriliter reluctacione.
Tercium in boni divini super omnia dileccione. Et hec accipiuntur in tribus insignibus disci-
pulis a domino assumptis. Primum accipitur in Petro qui interpretatur agno-
scens, secundum in Jacobo qui interpretatur supplantator vel luctator. Tercium in
Johanne cui gracia donata est a domino interpretatur, tria privilegio amoris precipui
a domino donata fuit. Et primum pertinet ad incipientes, secundum ad proficientes,
tercium ad perfectos. Primo ergo cupiens videre gloriam domini debet assumere ut

Marginalia: fructus quam (right, at "crescunt in montibus"); et oracionem duplicem (left, at "assumpsit et oracionem premisit"); defectu (right, at "in peccatorum"); vel gracia d (right, at "Johanne cui gracia").

sit agnoscens se destitutum suos pertrimam prima aut vero implicat tria
scilicet tres partes penitentie que sunt confessio contritio et satisfactio et hec tria
innuuntur in triplicia interpretatione nominis petri interpretatur enim petrus agno-
scens et hoc respicit contritionem interpretatur etiam agnitus et hoc respicit
confessionem interpretatur etiam discalciatus et hoc respicit peccati satisfactionem
debet enim contritio esse amara et hoc indicat tamen non petri quam actum
de facto ipse enim flevit amare pro peccato negationis ut habetur matthei xxvi
unde leo papa felices o apostole lacrime tue que ad diluendam culpam nega-
cionis virtutem sacri habuere baptismatis unde fertur quod etiam in sinu sudarium
portabat quo fluentes lacrimas tergebat tamen pro peccato negationis quam pro
dulcedine amoris, quam etiam dulcedinem allocutionis domini et presencie me-
mor fuit Sed circa hoc habentur tres questiones prima quia dicitur esse ama-
ritudo contritionis ad quod dicunt quidam quod tanta quanta fuit delectatio in
peccato ut sit fiat ~~versa~~ recompensatio penitentie et delicti Sed contra hoc est quod non omne
peccatum habet delectationem sed magis afflictionem et penam sicut invidia ira o-
dium et tristicia malicia etiam similia unde augustinus i confessionum iussisti domine et sic est ut
pena sit sibi omnis inordinatus animus, quare amaritudo sive dolor contritionis
non taxabitur secundum mensuram delectationis peccati, que quandoque nulla est et si que
est momentanea quamobrem pro se loquendo dolor commensuratus delectationi
tali non sufficit ymmo dico quod si totus homo resolveretur in lacrimas non sufficeret
minimam maculam peccati mortalis delere nisi accedente merito passionis christi
Secunda questio est igitur ad questionem aut queritur de remissione culpe solum, aut cul-
pe et pene simul Si primo modo tunc sufficit simplex contritio, quod mens convertitur
ad deum, a quo peccando se avertebat et avertitur a peccato, ad quod se convertebat
ita quod doleat de commisso cum proposito non committendi propter habentem simpliciter
contritionem que non aliud quam peccati displicentia remittitur culpa et solvitur
reatus pene eterne, remanet tamen obligatio ad aliquam penam temporalem
ut iusticia dei salvetur propter quam secundum culpam pena debetur Si aut secundo modo
intelligatur questio de pena et culpa simul tunc vel dolorem simplicis
contritionis que in voluntate nuda est, et dicitur intellectualis, exigitur etiam a-
maritudo doloris sensibilis qui tamen potest accidere quod non tamen culpa, sed etiam tota
pena deletur et potest fieri duobus modis uno modo ex parte caritatis que displicentiam
peccati causat, contingit enim tamen intendi caritatem quod contritio inde sequens
meretur absolvi ab omni pena exemplum in maria magdalena Alio modo fit hoc
ex parte doloris sensibilis quem voluntas in contritione cum gratia dei extorquet
et quia ille dolor tamen potest accidere quod sufficit ad deletionem culpe et pene
et de hac amaritudine contritionis potest intelligi id Jeremie vi luctum unigeniti

ca^m

faciat tibi planctum amarum Nam qualiter homo debet velle nichil non peccas-
se quam unigenitum vnice sed hoc quantum ad similitudinem contrariorum solent enim
homines maximum dolorem habere de perdicione unigeniti vnde glosa vide
dolentis quam propter unigenitum / vnigenita enim est unica anima quam non habemus
nisi unam si enim duas haberemus perdita una alia possemus consolari
Igitur peccando mortali perdimus unigenitam nostram ideo planctum tam ama-
rum a nobis extorqueamus cum dei adiutorio qui sufficit ad expiacionem omnis
pene simul et culpe sicut fecit beatus petrus cum flevit amare / 2a questio
est que cadit circa idem an homo semper de peccato remisso dolere debeat sicut
beatus petrus legitur semper flevisse Ad quod dicendum sicut dicit hugo de
sancto victore / deus quem soluit hominem a vinculo peccati ligat eum ad
vincula perpetue detestacionis Sed perpetua detestacio duplex est una in
habitu ad hanc homo semper tenetur eciam post peccati prestitam remissionem de
qua dicit augustinus loquens de penitente semper doleat et de dolore gaudeat / alia
est detestacio in actu ad istam homo non semper tenetur si quis tamen faceret per-
fectionis esset sicut in petro / vnde dicit dominus dixit petrus meum contra
me est semper / 3a questio est vtrum sufficiat contricio absque effusione lacrimarum
nec an sit necessarie profusiones lacrimarum corporalium cum de beato petro legitur
quod flevit amare vtique exterioribus (fletu) corporis cum sic velle egressus est foras
et augustinus in confessione sua sub fletu lacrimas effudisse legitur Sed dicendum
quod exteriores lacrime ex se non habent vim abluendi peccata nisi ex interioribus
compunctionibus cordis procedant / et ideo si aliquis habeat ceteram interiorem con-
punctionem sine lacrimis et alius cum lacrimis tamen vtrumque sicut accidit in hominibus
duris et in mollibus ad fletum qui quidem maiorem dolorem habet interius
quam aliqui molles ad fletum vnde augustinus in libro postulacionum sic orat
Da michi duas lacrimas intimas que peccatorum meorum possunt solvere maculas
et celesti iocunditate semper repleant animam meam ut plus tamen exterior
compunctio excitat fletum oculorum vnde augustinus ibidem Rogo te o bone ihesu per
istas benignissimas lacrimas tuas da michi graciam lacrimarum quia sine dono
tuo non possumus eas habere / da michi fontem irriguum lacrimarum ut sint
michi lacrime mee panes die ac nocte per hanc mentem famulo tuo
in conspectu tuo / et da michi eciam in penitentem ut quocies volo utar lac-
rimis meis fletus eciam facit ad perfectam compunctionem et concludendo hoc membrum
de amaritudine contricionis Quantum ad omnes tres questiones premissas patet
exponi quod dictum est ad captivam filiam syon Trenorum iio magna est velud
mare contricio tua vbi glosa contricio cadentis anime si semel ab hoste

d^m

d^m

ne videtur

abstrahe

q

subiecta fuit quasi mare nunquam quiescit sed quasi undarum fluctibus
semper incessanter collidit. Ad tertiam questionem dicendum contritio est necessaria si non
committitur confessio non in re quando tempus oportunitas non in proposito quando eam articu-
lus necessitatis excludit et non contemptus religionis sed volentes vide-
glorificatorem deum. Tertium debemus assumere petri quantum ad eius tertiam interpretacionem
quia petrus idem est quod agnitus per confessionem aut [illegible] hoc fiat se agni-
tum confessori suo qui est in foro anime ex quo necessarium ad sit sponta-
nea oportet [illegible] ex confessionibus rei non ex aliis probacionibus sed [illegible] con-
fessio iudex habet enim iudicare. Dicendum oportet quod confessio sit clara pura et a-
perta non obscura sed revelata non subducta. Unde confessio sit [illegible]
[illegible] confessio est per quam morbus latens spe venie aperitur. Sed dicet
quis nomine hoc est agnitus deo an confessionem ad quid tale requiritur
confessio ad quod dicendum ante incarnacionem sufficiebat confessio
mentalis soli deo facta quia deus non dum erat homo sed postquam est factus homo
requirebat et requirit ab homine quod confessio sibi fiat ab homine tanquam
homini et quia ipse in sua corporali presencia nobiscum esse non potest constituit homines
quorum primus fuit petrus et ceteri apostoli et deinde ceteri sacerdotes quibus ipse
dixit quecumque alligaveritis super terram etc. Alio modo est quod confessio
facienda est homini ut dyabolo petrum nostrum [illegible]. Unde angelus in quadam
sermone qui sic incipit In omnibus operibus tuis [illegible] ammonemur ut
[illegible] petrum nostrum debemus [illegible] non [illegible] sed eciam [illegible] hominibus
et deum timentibus confiteri et subdit [illegible] non [illegible] vult deus ut confite-
amur petrum nostrum quod ipse ea sic non possit sed quia dyabolus hoc desiderat
aut petrum nostrum quod ipse [illegible] quod in nobis inveniat quod ante tribunal eterni iudicis obiciat [illegible]
ut magis defendendo quam accusare petrum nostrum velimus. Deus [illegible] qui
pius et misericors est vult ut ea confiteamur in hoc seculo ut per illis non
confundamur in futuro. Legitur enim in [illegible] quod cum quidam clericus
suspectus de adulterio duceretur ad quendam demoniacum qui solebat ma-
nifesta facta hominum ad se venientium [illegible] hic autem sibi conscius timens con-
[illegible] intrans stabulum [illegible] ad sacerdotem hic non possit famulo
[illegible] intrans [illegible] ad demoniacum qui eum interrogatus quid sibi
confessus fuit sic [illegible] venit ad demoniacum qui eum interrogare quid sibi
[illegible] respondit nichil et eum hoc dixit lingua vulgari subiunxit lingua
[illegible] in stabulo [illegible] est. Sciens autem dyabolus virtutem [illegible] confes-
sionis. Unde dicit angelus ubi [illegible] toto [illegible] conatur impedire hominem
ne confiteatur et sic suggessit [illegible] ut hoc taceretur sic postquam resur-
[illegible] vult a petro impedit quia sic [illegible] non possumus nisi per confessionem
[illegible] debemus petri quantum ad eius tertiam interpretacionem quia petrus interpretatur dis-
calciatus que [illegible] ad tertiam partem penitencie que est satisfactio. Sed quamquam
que confessor debet iniungere penitenti et confitenti per modum satisfactionis

ccm

Sz recordacoz quicqz vlnez xpi que ipe satis faciendo p petis nris
accepit pmud e qp de cetero no velit petare quia qm diu serum
e in vulne no sanat vlng plene ut dr zsid ht xr remigit adul-
tere vade amplius noli petare Et sic aug describit satisfactioz
10 9 Satisfactio e cas petorz abscide et eorz suggestionib additum
no indulge Et qntu ad hoc eciā ipe sacerdos no eciā ipe penitens
dicat discalciaty veraz sm orig sup posue 9 Discalciare e vinculm
aure mortalis de pedib affectuu solue Calceus em e de pel-
libus mortuis facte igit se discalciat qui affectum uel voluntatem
peccandi deponit In cui signa dictum e moysi ex o. 3. rz posue 7.
Solue calciamentu de pedib tuis locus in quo stas terra sancta e
cpua pfcto si quis ad diuina sacramenta vult accedere debet voluntatez
peccandi depone / tm e ut alienu restituat C ma sm aug pe-
ccatu no dimittitur nisi oblatu restituatur / et hic intelligendu e in zbz
siue in rebus siue in psona siue in fama si pximo aliquid abstulit
/ et qntu ad hoc eciaz dr discalciaty sid discalciatus p qntu calceu
i pellem sibi alienaz deponit sic eciā pt intelligi illud apli
Nolite portare calciamenta i nolite rebz alienis implicari
aut eciaz negocijs alienis / zm ut in se peccanti indulgeat / qma
alias deq no indulgz sibi iuxta quod oratur Dimitte nobis debita
nra et qntu ad hoc quis discalciat cor suu a rancore / 4m e ut
quedaz singularia iniungat sibi vm qntitatez petorz s iemnia et
orones et elemosinas ad que tria oim pmarz gna reducuntur / et qn-
tu ad hoc eciaz quis dr discalciatus p qntu corporali comodo se exuit
et afflictioz assuit qm e ut sibi iniungat qp quicquid boni fecerit
uel mali sustinuit totu sibi p petis Cca quod qsiderandu e / Et
opus quod quis facit ex iniunctione dur vz penitenie vnoo ex na opis
alioo ex vi clauiu / ita qp amplius vz qp si ppria arte faceret id opus — bito
et similia paciendo adusa / et qntu ad hc e quis discalciatus se
totu p qntu omnia sua acta et passa subdit deo p petis suis exuendo
se de eis ad imitatoz sacerdotis ut dr Job i pellem p pelle et cuncta
que hz homo dabit p aiā sua De hoc modo satisfactois dt aug
in sermone palleto alloquens petorem sic inquit clama ego dixi dne
miserere mei sana aiam meaz quia peccaui tibi Sanat deus tm co
sibi vlnus tuu tace sub manibz medici paciens implora auxi-
lium fouet vrit secat vnanimit tollera / tm noli attendere nisi ut

vulneris sanaberis aut si te ostendis medico non quia ille non videt sed
quia ipsa confessio initium salutis est hec aug(ustinus) ex premissis quidem si bene
conveniunt attenditur satisfactio plena est aut dic advertendo quantum ad ipsum
processum totum de magne seu mensura pene quod secundum aug(ustinum) in sermone de
penis inferni qui incipit Ecce animam apprehendam vite eterne redire ad pristinam
puritatem nobilis anime [illegible] et divinam ymaginem observat hoc totum
oportet expiari et consumi hic per penam sive in purgatorio per ignem
unde dicit sic illic scilicet in purgatorio sermones ociosi et cogitationes inmun-
de et inepte et sordide sicut multitudo levium peccatorum qui puritatem
nobilis anime infecerant et sordidabant sicut stagnum et plumbum
[illegible] sub [illegible] delictorum que divinam ymaginem obscuraverunt con-
sumuntur que omnia hic ab anima separari per elemosinas et lacrimas
[illegible] satisfactionem potuissent et ideo [illegible] nos ad
meliora dum in nostra potestate sunt remedia hec aug(ustinus) de assumptione
petri diffusius dicta sunt secundum convenientiam temporis de aliis brevius
dicemus [illegible] cupiens videre glorificationem ihesu debet dictam
assumere iacobum concupiscentiarum et passionum contemptionem [illegible]
reluctationem [illegible] supplantationem [illegible] hec convenit proficientibus con-
tra primo quia ipsi plus temptationibus impugnatur et ideo oportet eos
esse in continua lucta quia dicit [illegible] aug(ustinus) super psalmos [illegible] tormenta animi non
sentit qui non proficit putat enim quod pax est cum quis proficit tunc videt in qua
oppressione est quia cum crevisset herba et fructum fecisset apparuerunt zizania
et hoc signatum est in iacob luctante qui quamdiu mansit in domo
laban in pace videbatur sed cum recessisset et esset in itinere rede-
undi ad parentes proprios insequebatur eum laban laban interpretatur de alba-
tus et signat dyabolum qui cum sit tenebrosus transfigurat se in angelum lucis
quamdiu autem est homo in potestate ipsius laban id est dyaboli [illegible] pax esse putat
sed postquam recedit ab eo desiderio peccati et est in via redeundi ad patriam tunc
sentit persecucionem inimici 2o quia proficientium non solum est luctari cum vi-
tia sed etiam proficere in virtutibus quod non est sine luctamine sicut dicit Jeronimus
super beati inmaculati nullus sine labore vincit quia labor est processus
virtutis hoc etiam luctamine signatum est in ipso luctatore iacob qui luctabatur
cum angelo de quo dicitur 32 Cum iacob ad proprios parentes rediret in via an-
gelum invenit cum quo luctatus est ad magnum certamen habuit per quod
signatur quod qui ardua virtutum comprehendere voluit sepe ex ipsarum arduita-
te virtutum reverberatus succumbit sed demum victus angelus femore iacob eum
uno pede claudicare fecit dicit hoc cum virtutum difficultate triumphaverit
uno pede sinistro scilicet affectus claudicaverit [illegible] ut dicit greg(orius) necesse est ut
debilitato amore huius seculi solus in nobis amor convalescat dei

[tam]

Si ergo angelos et virtutes in potestate habemus uno pede claudicamus quia dum crescit in nobis vigor mentis fortitudo mox deficiat carnis et cum desiderium eternorum arescit sicut in solo pede amoris dei tota virtute se sustentat et stat quia pedem amoris seculi quem sibi in terram contenere tam a terra suspensum portat. 3o quia confitentes non solum compugnare et luctari sed etiam supplantare et sub plantis ponere et conculcare scilicet omnia delectabilia mundi. Sicut ipse omnia arbitratus sum ut stercora ut christum lucrifaciam. Et hoc significatur per hoc nomen Iacob qui supplantator interpretatur qui quantum ad eius effectum subplantavit fratrem suum esau bis primo in primogenitura et in benedictione patris. Esau interpretatur vanus et significat mundum qui totus vanus est quia vanitas vanitatum et omnia vanitas dicit Ecclesiastes hunc mundum in primogenitura supplantat confitentes. Nam mundus cum omnibus que in eo sunt ante hominem creata sunt sed homo mundus cum omnibus que in eo sunt ante hominem creata sunt sed homo mundum cum omnibus suis ad profectum spiritualem ad perfectionem tendens ipsum mundum cum omnibus suis atterens sub pedibus affectionis calcat iuxta illud Psalmi. Omnia subiecisti sub pedibus eius etc. Supplantat etiam ipsum in benedictione patris et eterna. Nam deus pater in prima rerum creatione omnibus animantibus que in mundo benedixit antequam crearetur dicens crescite et multiplicamini. Quam etiam benedictionem licet homo postea formatus constanter acceperit ultra hoc per profectum spiritualem in gratia multo habundantius percepit ultra hoc per profectum spiritualem in gratia multo habundantius et ipse crescit quam mundus et omnia que in mundo sunt quia mundus transit et concupiscentia eius ut dicitur Io. ii. Justorum autem hominum scilicet proficientium semita quasi lux splendens et crescit usque in diem perfectum ut dicitur Proverbiorum 4. Et hoc est quod dicit Hugo super Genesim omnem. Sed iam nos spirituales sed simus terra scilicet fecunda si iam non simus arida afferimus ut benedicamur a patre. Genesis. Ecce odor filii mei sicut odor agri pleni cui benedixit dominus. Gen. 27. In hac benedictione homo proficiens super creature greditur et subplantat omnem creaturam mundi quia conficito ipse multipliciter replent tantum spiritualiter picture homines autem proficientes replent celum et naturaliter valet

*In Johannem fratrem eius. Textus (vide supra in morte) dictum glorificatus debet assumi Johannem in singularis gratie dona tionem quod convenit profectus et contemplatus. Johannes enim interpretatur in quo est gratia dei vel cui donatio a domino facta est. Fuit autem donata Johanni a domino donatio triplicis gratie que in eo fuit scilicet caritatis spiritualis primitus intellectualis et castitatis corporalis. Primum patet nam ipse pre multis aliis amoris (?) pre ceteris aliis a domino meruit honorari et est probabile quod ipse dominum plus ceteris redamavit quod videtur in ista interrogatione domini Petre diligis me plus hiis. Sed hoc ita potest intelligi sicut dicit Augustinus super Johannem ut Johannes hoc loco qui specialius dilectus est

158 (?) [margin]
gratia [margin]
super [margin]
creature [margin]
valet [margin]

et propter hoc plus ceteris dominum diligebat / tercio nempe enim in nomine eorum
quorum caritas sub interrogacione inferior signatur insciet / magnitudo
eciam amoris sui ad dominum / eciam et hoc patet cum cor ipsius tanto a-
more divino estuabat quod non nisi de amore et caritate loqui po-
terat ut in epistolis suis / tercium patet cum ipse de plenitudine totius sa-
piencie de ipso sacro divina pectoris fonte potavit et que ibi hau-
sit nobis refundavit scripto / que nullus umquam vidit purum homo purius /
ut de ipso cantatur ipse enim in suo ewangelio comprehendit omnia que
pertinent ad agenda et speranda et ideo non immerito propter puritatem
intellectualem et altitudinem contemplacionis aquile comparatur unde
de eo apparate ecclesia cantat In medio ecclesie aperuit os eius et im-
plevit eum dominus spiritu sapiencie et intellectus / tercium patet nam ipse ab
infancia natalis sue castissimus fuit et totus a nupciis virgo in eodem
permansit unde et dominus propter prerogativam virginitatis matrem suam virgineam
virgini commendavit / Iohannis xix itaque Iohannem propter hec tria dona
ascendentem in montem glorificacionis assumere debemus / Et sic Iohannes
et frater Iacobi prerogativo ab eis per limen paratus est vita ac[tiva] activa
et contemplativa / primo ergo in Iohanne attendimus caritatem specialem
cuius quidem assumpcio non est in potestate nostra sed solius dei donante / possumus tamen
cum dei adiutorio assequi eius per desiderium et conatum nos disponere
et preparare quod ut dicit Augustinus in libro de civitate dei Causa quare deus quibusdam
non dedit graciam est quia noluit recipere / caritas quidem in omnibus electis
est cuius contrarium est peccatum mortale ab anima expellit sed
sicut / fugit tenebras ab eius specie sic deum diligere super omnia nos facit et
hec caritas est necessitatis ut dominus dicit in ewangelio Mt x qui amat
patrem et matrem plus quam me non est me dignus / deus autem racio est di-
ligendi unde Augustinus monologion [illegible] dicit quod creatura racionalis non debet di-
ligere nisi summam bonitatem in omnibus et super omnia et propter scriptum est unus
racio est eterna in quo est summa diligentis summe est diligendus / sed hec
est in deo [illegible] est caritas specialis quando deus specialiter cuiusdam ad perfectionem
tendenti addidit que multiplex est tamen varia dei dona largiens in
corporis ephesiorum unicuique nostrum data est gracia secundum mensuram donacionis Christi
hanc specialem graciam desiderat et petit Augustinus in libro de contemplacione
domini [illegible] sic dicens / O clementissime pater invoco ad aures meas quod
preparas ad recipiendum / te desidero quia inspiratus et quesivi et inveni
te domine / et amare desidero / auge desiderium meum et da quod peto quia
si cuncta que fecisti dederis michi non sufficit servo tuo nisi teipsum dederis
da ergo te michi deus meus redde te michi me / et si parum est animus / vo-
lumus ut sciam eciam quantum desit michi amoris ad id quod satis est ut currat

lup

||

ca^m

vita mea in amplexus tuos nec auertar donec abscondar in abs-
condito vultus tui / 2o in Johanne attendimus puritatem intellectua-
lem que necessaria ascendentibus in montem ad videndum glorificationem domini nostri
Jhesu Christi. Unde enim postquam quieverat omnis ascendit in montem domini aut quis
stabit in loco sancto eius. Respondetur scilicet innocens manibus et mundo corde etc.
Unde dominus enim docet discipulos perfectionem suam in sermone suo in monte
ait Beati mundo corde quoniam ipsi deum videbunt. Est ergo autem mundicia cor-
dis seu puritas duplex. Una est depuratio affectus ab inordinatis affecti-
onibus que fit per virtutes et dona et hec est preambula dispositio ad alia.
Alia est depuratio intellectus a fantasiis et erroribus et hec datur per donum intel-
lectus. Unde mundicia cordis attribuitur spiritui intelligencie secundum glosam. Et in-
tellectus mentis est oculus. Ita mundicia cordis facit ad intelligentiam sicut
puritas et claritas pupille ad videndum seu ad visionem oculi corporalis.
Hec puritas ad videndum glorificationem Jhesu necessaria est. Sine enim affectus sit
intellectus sit impurus glorificationem domini non videt exemplum in ceco nato. Joh. ix
quem cum dominus lutum linivit super oculos nichil vidit sed postquam lavit
oculos a luto clarificatus est visus eius et meruit videre Jhesum. Per
lutum quo dominus linivit oculos ceci potest intelligi consideratio in-
ferior quo ... in affectu quam in intellectu que puritas quam diu inheserit
puritati tam in affectu quam in intellectu ... ceci sunt omnes peccatores sed abluto luto ab utroque
oculo ad divina videnda clarificatur intelligentia quam clarificationem petit Augustinus in speculo suo manuali
Da hec tunc domine cordis mei oculum intime visionis tue perspi-
cuitati. O summa domine cordis mei ... caligine peccatorum et ignorantie cel-
estia luce velatus enim est et tenebris caligine ... sincero fidei oculis et puro lumine cordis
illumina enim lumine tue gratie ut sincero fidei oculis et puro lumine cordis
inspiciam misteria regni tui / 3o in Johanne attendimus castitatem
virginalem que necessaria est ad ascendendum in montem visionis divine.
... ut dicit Augustinus in libro soliloquiorum nichil est quod magis ex arce deiciat animum vi-
rilem quam blandimenta femine sine femina corporis qua ille continet
... sine quo uxor haberi non potest. Unde Hugo ad socium volentem uxorem ducere
... non est uxor ducenda viro sapienti quia studia philosophie impedit nec
potest quisquam libris et uxori simul vacare. Castitas autem virginalis in pro-
posito accipitur non ... ab integritate corporali que multum facit
ad contemplandam sapienciam. Unde illud dicitur in anglica ...
castitas est virtus ... quia hec virginalis castitas a paucissimis
possidetur quia semel perdita est irrecuperabilis et alio accipitur virgi-
nalis puritas et castitas a puritate mentali de qua Augustinus super ...
Tanta est virginitas mentis ut ... fides sola spes firma caritas
et hec retorquendo ad castitatem mentalem simul et corporalem ...

xvi

peccabilis e . Et sic illi censentur virgines qui fuerunt virginales sicut prime de te perdita per fidem spem caritatem firmant se in proposito perpetue et perfecte prime continentie observantes illud apli Col. Mortificate membra vestra que sunt super terram. qualis etiam virginitas fuit in coniugio patrum sicut docet orig. super epistolam ad Ro. ubi dicit quod abraham habuit corpus emortuum et zara habuit vulvam emortuam et in spiritu erunt filiorum generatione. ubi dicit orig. quod illa mortificatio non fuit ex infirmitate nature sed secundum illam de qua ait apostolus Mortificate membra vestra que sunt super terram non enim maculabant luxuria non urebantur libidine sed solum propter promissionem divinam de [illegible] deserviunt operam copule coniugali et tale eorum connubium fuit officiosum non libidinosum unde aug. in libro de bono coniugali non impar est meritum celibatum Johannis qui nullas nuptias expertus est continentie abrahe qui filios generavit sicut non impar est meritum in petro patientie qui passus est et Johanne qui passus non est quod enim illi victoribus habebant in opere hoc isti in habitu et quicunque fuerunt de patriarchis illo tempore qui per tempore capiat est enim difficile isto tempore tam castum reperire connubium ut dicit aug. ibidem quicunque tamen sive connubio sive in celibatu ita mortificavit membra sua ut dictum est huius virginitatis statum censetur attingisse / Ideo accipitur castitas virginalis ab immunitate intellectus per quanto vero mens totalis in munus e ab intentionibus specierum corruptarum nam omnes species [illegible] et abstracta corruptorum est obnoxia et per hoc mentem ab sublimitate montis tendentem impedit et abducit. Ergo talem mentem esse virginem a abstinendo specierum corruptionem in munus [illegible] id dicit in libro de mistica theologia forti contritione sensus derelinque et omnia sensibilia et intelligibilia ad eius unionem [illegible] que est super omnem scientiam habent virginitatem in unitatem pergit aug. in libro de contemplatione dei unde [illegible] cristi continetur tumultus carnalium conticescunt fantasie terrarum et aeris sic taceat quiesco tumultus carnalium et imaginarie revelationes omnium quarum aeris et poli taceant somnia et imaginarie revelationes omnis lingua omne signum et quicquid transeundo fit sileat sibi et ipsa anima et transeat se non cogitando se secundum te deus meus. hos enim tres discipulos assumeat concedat xpus Jesus

Et duxit illos in montem excelsum seorsum. Viso quomodo disponimur ad videndum deum transfiguratum per trium discipulorum assumptionem. Sequitur nunc videre qualiter nunc anime excitate in monte fit deductio. Tobi sciendum quod per montem istud excelsum intelligitur celsitudo divine contemplationis unde moyses enim ad eorum contemplationem dei invitatur ait ipse deus Ascende ad me in montem et mons ille dictus est thabor quod interpretatur ascensio lucis quia omne quod manifestatur in luce manifestatur. Circa hunc ascensum montis duo sunt videnda primum secundum quid hominem montem istud ascendere valeat. Secundo quo ductore ad eius verticem perveniat. Quantum ad primum quod quia mons ille excelsus est nemo potest ascendere nisi deposuit omnia onera sua. Onera autem sunt tria scilicet tres temporales corpus proprium et anima propria primo

depone

ergo oportet sarcinam omnium rerum temporalium quia ut dicit Gregorius libro
moralium Ceteris viris rerum affluentia onerosa est quia hoc ipsum quod tolle-
rant quasi festinantes ad patriam in itinere multa portare non possunt ut
eo expeditius valeant et ideo ad fastigium contemplacionis ascendere festina-
verunt pondus rerum temporalium a se per paupertatem voluntariam abiecerunt ut sic
cum Christo tanquam electi discipuli possent in montem visionis ascendere iuxta
illud Luce 14 nisi quis renunciaverit omnibus que possidet non potest meus
esse discipulus. 2º oportet deponere corpus proprium. Corpus enim quod corrumpitur
aggravat animam ut dicitur Sapientie 9 propter quod ad sublimia ascendentem sive
ascendere volentem oportet corpus deponere et si non quantum ad eius actualem
separacionem saltim ab eius passionibus et affectibus abstractum. 3º oportet etiam
spiritum deponere dividendo scilicet in proposito animam a spiritu et accipimus animam
prout est in corpore creato et sic est omnis spiritui tendenti ad superna divine con-
templacionis et hanc divisionem anime et spiritus intendit apostolus ad Hebreos 4
ubi dicit vivus est sermo dei et efficax et penetrabilior omni gladio ancipiti et cetera quod
verbum exponens beatus Augustinus in libro de spiritu et anima sic ait nichil in creaturis
habet divisione mirabilius ubi illud quod essencialiter unum est et indivisum
secundum se ipsum quadam penetracione dividitur neque enim in homine alia est anima
alia spiritus nisi vna eademque simplicis nature substancia nec enim in hoc gemino
vocabulo gemina intelligitur substancia sed ad distinctionem potencie geminae vis eiusdem
se vna inferior que anima dicitur alia superior que spiritus designatur et scin-
ditur in hac divisione anima et quod carnale est ad summa evolat et ab infimis
dividitur ut ad summa sublevetur. ab anima scinditur ut deo iungatur qui
qui adheret deo unus spiritus est felix divisio et mirabilis separacio ubi quod
corpulentum et feculentum in terreno remanet quod spirituale et subtile est
usque ad speculacionem divine glorie sublimatur hec Augustinus Similia ponit Ricardus
in libro de extermino mali ex isto apparet quid sit illud in homine quod ad istud mon-
tem divine visionis ascendere prevalet quia solum mens sive spiritus quod
est supremum et optimum in homine secundum quod simul ad imagines et similitudinem
dei ut dicit Augustinus 4º debet et cetera. Quartum ad istum quod ad sublimitatem huius montis
nemo pervenire potest nisi habeat ductorem Christum unde dicitur hic dicitur hic
quod istos tres discipulos Ihesus duxit in montem excelsum nonenim
per se ipsos poterant ascendere nec viam sciuissent. necesse est ergo habere
ductorem Ihesum qui de se ipso dicit ego sum via veritas et vita Io-
hannes 14 unde Ricardus in libro de 12 patriarchis sic dicit. ducuntur discipuli Ihesum sur-
sum et seorsum ut possint ascendere montem excelsum via ardua
et secreta et multis incognita que ducit ad montis huius fastigia
illi soli ut arbitror sine errore currunt. illi soli sine impedimento perve-
niunt qui Christum sequuntur quia a veritate ducuntur quisquis ad alta pro-
peras scientias cave si te precedat veritas nam sine ista frustra laboras

|| ut supra

|| predicto

speculacio

ffri

cb

Cristum ergo continue sequere si non vis errare, et subbit, ne te perterreat labor
nec retrahat timoris difficultas et sublimitas ascensionis, audi et attende
quis sit fructus perventionis. In huius montis cacumine ihesus transfiguratur
ubi cum moyse et helia videtur et sine indice cognoscitur utrumque, vox
patris ad filium auditur. Restat nunc 3m principale scilicet mentis sublena-
te ab omnibus rebus creatis secessio quod innuitur in loci sequestracione cum
additur seorsum. Debet esse locus orationis i. a tumultu curarum rei remote
sequestratus, quod dominus ostendit in exemplo qui frequenter ad montem volens
orare secessit et hoc idem facere nos docuit in consilio cum dixit. Tu autem
cum oraveris intra cubiculum tuum etc. Cassianus libro ... quomodo sit implendum a nobis Ioh-
cassianus in collacione prima ysaac abbas dicit, viam intra cubiculum
nostrum oramus cum ab omni strepitu sollicitudinum quieti et liberi preces nostras
domino effundimus, clauso vero hostio oramus cum intimo mentis affectu
secretis labiis sub silencio domino supplicamus qui non vocum sed cordium
scrutator est, quod ita mens in oratione debeat esse recollecta in se ut omnem
creaturam ab oratione excludat patet per beatum anthonium qui sic dicit Non
est perfecta oratio in qua se monachus vel hoc ipsum quod orat non intel-
ligit. Igitur quicumque predictos tres discipulos assumit et ipsum ductorem
in montem ascendit hic procul dubio transfiguracionem domini videbit, quod nobis
concedat. Item dubitatur utrum ante suam passionem xpus debuit transfigurari et gloriam
claritatis ostendere. Dicendum est quod ... triplici racione ostendit congruum fuisse xpm
ante suam passionem claritatem sue glorie manifestasse. Primo propter apostolorum
confortacionem. Secundo propter eorum dubitacionis remocionem. Tercio propter future glorie acqui-
sitionem. Dixerat enim xpus in medio discipulis qui vult venire post me abneget
semetipsum et tollat crucem suam et sequatur me. Istud autem iter ad se-
quendum xpm videbatur esse multum asperum et difficile crucem tollere mortem
sustinere semper negare visibilia pro invisibilibus commutare, negare quod sis
cum velle esse quod non sis saltem fine itineris non viso non cognito licet aliquo
cognito multum est difficile per viam ambulare, et terminus vie ex toto igno-
rare sicut est difficile sagittantem sagittare si signum omnino ignoraret unde
cum xpus diceret Ioh xiiii quo ego vado scitis et viam scitis. Videt thomas
dicens, domine nescimus quo vadis et quo possumus viam scire. Proponens
ergo discipulis et aliis fidelibus tam asperam iter et viam sic difficilem
noluit ad eorum peregrinacionem et perfectionem eis ostendere terminum ipsius vie et quod
perfectionis dulcedine perfruerentur et viso fine termino vie facile et delectabiliter
per hanc viam ambularent. Sicut paulus post raptum ad tercium celum
cupiebat dissolvi et esse cum xpo. Secundo propter dubitacionis remocionem predixe-
rat enim apostolis xpus passionem et futuram postmodum gloriam resurrectionis

seorsum

hec

dum

Ro ...

cb ...

potuerunt go apli de ista promissione scandalum sustinere et tacita cogita-
cione dicere passionem et mortem dicis esse venturam sed quod promittis de
resurrectione in gloria tempore differtur quantum ad nos quia nec tempore nostre
visionis vis nobis revelare ideo multo scandalum patimur / de ista promissione
volens go cognitor occultorum eos ab ista dubitacione removere dixit sunt quidam
de hic stantibus qui non gustabunt mortem donec videant filium hominis veni-
entem in regno suo et viam claritate fulgentem in qua pacto videri videbitur
ab omnibus / et sicut promisit sic observavit post dies sex non tamen ex-
pressit nomina illorum discipulorum qui erant visuri eam quia reliqui vel
concupiscerent scripti exemplum illius glorie visuri / et contristati fuissent velut
despecti si non fuissent vocati ut dicit Eus. Secundo quia illius glorie possibilem
acquisicionem modus eius acquirendi futuram gloriam est passio et mors tam in
xpo quam in aliis tamen de se dicit Luce ultimo oportebat xpm pati et ita
intrare in gloriam suam / de aliis vero dicit aplus quod per multas tribulaciones
oportet regnum celeste intrare quia non coronabitur nisi qui le. ce. sicut ergo
acquirendi possibilitatis ostendit xpus de modo acquirendi illam gloriam reputat
de morte dicens / quod si hoc non ordinet animam non posset salvare ipsam
et nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fructum non faceret / scien-
dum aliquid possibilitatis ondit de claritate illius glorie ante suam passionem

Et transfiguratus est ante eos et resplenduit fa-
cies eius sicut sol et vestimenta eius facta sunt
alba sicut nix / et ecce apparuerunt illis moyses et he-
lias cum eo loquentes. Respondens autem petrus dixit
domine bonum est nos hic esse si vis faciamus hic tria
tabernacula tibi unum moysi unum et helie unum. Adhuc
eo loquente nubes lucida obumbravit eos et ecce
vox de nube dicens hic est filius meus dilectus in quo
michi bene complacuit ipsum audite

ecce

Et est secunda pars evangelii in qua describitur ipsa xpi transfiguracio
circa quam tanguntur quinque quia primo premittitur actus transfigura-
cionis insinuacio ibi primo modi explicacio ibi et resplenduit fa-
cies eius 3o apparicio ibi et apparuerunt illis 4o ponitur quedam
petri tacita responsio ibi respondens autem petrus 5o subiungitur divine
maiestatis revelacio ibi adhuc eo loquente primo ponitur actus transfigura-

dicitur transfiguratus et circa dicta transfiguratus se ut videretur alta fieri certa ante
quam quando erit transfiguratus et tunc in speciem carnis assumpsit figuram subtilem amisit
Lucas . prius audiuit cum eos qui erant amici se et qui deberet uel manifestabo uel ipsi
qui erant mundi corde super et beati mundo corde quoniam ipsi deum videbunt qui erant
quales sunt ex Seneca per multa capitula . Dicitur

cionis enim dicitur Et transfiguratus est ante eos . Ubi occurrit dubium utrum dubium
decuit cristum transfigurari ceterum quod non quia non competit corpori in diuersas
figuras mutari . hoc enim corpori fantastico competit corpus enim Christi non
erat fantasticum immo verum quare et respondetur quod decuit et conueniens
fuit Christum transfigurari propter quatuor primo quia sicut iobus eis predixit igno-
miniam passionis sue ne aduemente tempore passionis sue nimium turbarentur
uel etiam scandalizarentur conueniens fuit ut gloriam suam in qua erat
resurrecturus ostenderet secundum sicut crisostomum et Ieronimum quia cum discipuli audie-
rant se debere mori timebant mortem ut ergo eos prouocaret ad futuram
beatitudinem pro qua etiam mortem contempnerent ipsam gloriam eius corporis eis
ostendit . 3o secundum Bedam et Remigium ad ostendendum in quanta gloria esset ve-
turus in die iudicii . 4o secundum Ambrosium et theophilum ut ostenderet veritatem
beatitudinis quam eis promiserat quia difficilis est ad credendum ideo gloriam sui
corporis eis demonstrauit Sed propter obiectionem est sciendum quod non fuit trans-
figuratus quasi amiserit figuram priorem sed transfiguratus dicitur in figura
faciei superuenit splendor insolitus qui conueniret per totum transfiguratio
quia sit totum quicquid super corporis superficiem solet accidere unde si homo
palidus siue rubeus efficiatur rubicundus dicitur enim esse transfiguratus
siue transformatus unde Ieronimus super Mattheum nemo inquit putet Christum per hoc
quod transfiguratus dicatur pristinam formam et faciem perdidisse uel amisisse
corporis veritatem et assumpsisse corpus spirituale uel aereum Sed quomodo
transfiguratus fuit euangelista demonstrat dicens . resplenduit facies eius sicut sol
vestimenta eius facta sunt alba sicut nix Ubi splendor faciei ostenditur
et candor describitur non substancia tollitur sed gloria mutatur Sed propter illud
quod non simpliciter dicitur transfiguratus est et addidit coram eis et mi-
nus quod non simpliciter sciendum secundum origenem quod diuersis habet verbum dei formas apparens vni-
cuique sciendum secundum quod videtur expedire in euangeliis enim illis simpliciter intelligi-
tur secundum quod videtur expedire ab eis qui non ascendunt per excitatorem verborum spiritualium super excelsum sapiencie
montem . eis autem qui ascendunt iam non secundum carnem cognoscitur sed deum
intelligitur coram hiis deus transfiguratus est respice et non coram illis qui
sunt deorsum qui sunt in conspectu terrena viuentes Sequitur cum dicitur et resple-
nduit facies eius sicut sol ponitur modi transfigurationis explicatio . modus
enim transfigurationis attenditur in duobus scilicet in faciei splendore et in ve-
stimentis candore . quantum ad primum dicitur et resplenduit facies eius
sicut sol Circa quod dubitatur primo in quo fuit huius claritatis sub-
iectiue Circa quod diuersi diuersa dixerunt illam claritatem esse in aere circumstanti
non autem in corpore Christi et huic opinioni videtur repugnare euangelista qui
dicit quod aer non resplenduit sed facies eius . alii autem dixerunt quod Christus
mortalitatem ad tempus deposuerat et quod isto tempore assumpsit corpus

ca m

in passibile ideo potuit facies eius resplendere per dotem claritatis sicut
corpora aliorum sanctorum post resurrectionem. Iuxta illud Ro. 6° Christus resurgens ex mor-
tuis iam non moritur. Et sicut post resurrectionem in carne immortali cicatrices
permansit et palpandum se prebuit atque manducavit et bibit que omnia
videntur pertinere ad carnem mortalem, ita in carne adhuc mortali immor-
talitatis gloriam ostendere potuit. Alii quidam dixerunt quod corpus Christi nam erat
immortale et splendens sed per dispensationem illud mortale fecit ut posset
pati. Unde claritatem que sibi inheret naturaliter ostendit in transfiguratione.
Sed nec illud dictum videtur posse stare quia claritas transfigurationis
fuit claritas corporis glorificati, sed Christus non habuit corpus glorifica-
tum ante mortem. Luce 24 dicitur oportuit pati Christum et ita intrare in
gloriam suam, que gloria secundum theologos intelligenda est de glorificatione corporali
et Io. 7 dicitur nondum erat spiritus datus quia nondum Iesus erat glorifi-
catus. Dicendum ergo quod illa claritas subitanee fuit in corpore non per depositionem
[illegible] mortalis sed ea manente nec ante transfigurationem illa claritas existe-
bat et secundum quod dicit Cirillus non mutata figura sed conditione corporis
quedam splendida gloria supervenit eum et tunc emergit secundum dubium
qualis fuit illa splendida gloria vel claritas. Dicendum quod claritas illa fuit
claritas glorie et corporis glorificati, sed de modo quo illa claritas inheret
corpori Christi dicunt quidam quod dominus diversis temporibus assumpsit diver-
sas dotes scilicet subtilitatem cum clauso virginis utero exivit, agilitatem cum
supra mare ambulavit, impassibilitatem cum de manibus iudeorum eum pre-
cipitare vel lapidare volentium exivit illesus, claritatem cum est transfigu-
ratus ut hic. Et hoc Hugo de sancto victore. Nec hec positio convenit tenere
quia dotes corporis gloriosi non sunt aliud quam quedam refusiones et re-
dundantie glorie anime in corpus secundum illas habitudines secundum quas anima comparatur
ad corpus. Et quia anima Christi substantia fuit comprehensoris gloriosa fuit
et beata fuerunt omnes dotes a principio simul habuit habitu sed non actu
et hoc fuit secundum divinam dispensationem ut gloria anime non redundaret in cor-
pus usque ad resurrectionem propter misterium passionis. Et quia ipse Christus inter
homines vivere debebat et per omnia eis similis apparere ideo alii dicunt
quod duas alias dotes accepit simul cum gloria anime a qua causantur, sed eas
in diversis temporibus manifestat scilicet subtilitatem in [ascendendo?] claritatem in transfi-
guratione. Unde secundum illos hec claritas fuit claritas glorie talis per omnia
qualis nunc est in ipso qua fulget triumphans, quia sicut nunc per gloriam
anime refulget caro eius, ita et tunc secundum deo permittente ad illud mo-
dicum tempus secundum suum modum gloriam anime in corpus redundare. Quo ad dotem
claritatis sed hoc simpliciter asserere non convenit omnino tutum licet sit consonum

xvii

dicto Ieronimi qui dicit quod talis nunc dominus apparet in transfiguracione qualis postea venturus est in regimine sive tempore iudicandi / hoc etiam videtur consonare promissioni quam dominus apostolis fecerat promiserat enim eis quod essent eum visuri in gloria regni sui et idem videtur sonare verba Jeronimi et Crisostomi et Bede tamen in glosa hic et Luce 9 dicitur hanc non fuisse claritatem glorie et immortalitatis sed quandam eius ymaginem / Sed ad concordandum dicta sanctorum doctorum dicere possumus / quod claritas illa quam cristus in transfiguracione sua assumpsit fuit claritas glorie quantum ad essenciam non quantum ad modum essendi Circa quod sciendum quod claritas transfiguracionis convenit cum tali claritate et differt ab ea in quinque Primo convenit cum ea in substancia quia utraque qualitas est substancialis eadem sed differunt in proporcione quia claritas glorie est maior claritate transfiguracionis quia tantam claritatem ut est glorie oculi apostolorum non potuissent pati sicut filii israhel non poterunt pati intendere faciem moysi que in vultu cornuta fuit / 2o conveniunt in essencia quia utraque existit in corpore hominis sed non alibi sed differunt in inherencia quia claritas glorie inheret corpori per modum habitus permanentis non sicut quedam immanens et corpus efficiens / sed claritas transfiguracionis existebat in corpore christi per modum passionis transeuntis sicut enim aer illuminatur a sole Etiam visio quia paulus vidit deum in raptu fuit visio glorie quantum ad essenciam qui vidit deum ut videtur in gloria sed non quantum ad existenciam non enim inheret sibi per modum habitus permanentis sed per modum passionis raptus defluentis / 3o conveniunt ex parte subiecti quia corpora hominis variat substancia sed utraque est recepta in corpore hominis / Differunt autem quia corpus transfiguracionis claritatis erat corruptibile et mortale sed claritas glorie est in corpore liberato ab omni corrupcione in morte / 4o conveniunt quo ad racionem originis quia utraque claritas glorie est in corpore liberato / corporis est ab anima nec originatur a corpore derivata sed differunt quo ad causam originalem / claritas enim corporis glorificati derivatur ab anime claritate sicut dicit Augustinus in epistola ad dioscorum sed claritas corporis in transfiguracione derivata fuit a divinitate ipsius ut ait / Damascenus et tamen hoc etiam a gloria anime eius redundavit in corpus ut dictum est / 5o conveniunt in excellencia fulgoris visibilis quia utraque claritas excellit omnem fulgorem corporalem / sed in differunt in racione miraculi / claritas enim transfiguracionis miraculosa fuit sed claritas glorie non dicitur miraculosa non enim est miraculum quod mortuus suscitatus est / Sic claritas glorificati corporis in transfiguracione fuit sic eius ambulacio super mare non enim talia effluebat ab anima christi tunc in eius corpus ut accidit in beatis sed proveniebat ex vi sue divinitatis et hec sequitur quod dicit dionysius in epistola 4 ad gaium super per operatur iste christus ea que sunt hominis et hoc innuit virgo concipiens et aqua instabilis materialis terrenorum pedum sustinens gravitatem Unde non est dicendum sicut dicit hugo quod christus assumpserit dotes claritatis in transfiguracione agilitatem in ambu-

Marginal notes (left): Au[gustinus] to; dyoscorum; [Ambu]lacio christi [super mare] / [n]atale 3

Marginal notes (right): dicit; esse; meruit; gaium

latione super mare et subtilitatis egrediendo de utero virginali quia dos nominat quandam qualitatem remanentem corpori tali glorioso sed miraculose habuit ea que pertinent ad dotes 2o describitur quare hic claritas comparatur soli quia dicit resplenduit facies eius sicut sol cum tamen ipse sit lucidior sole ut dicitur ecclesiastici 23 Ad hoc dicendum secundum remigium quia nil est in corporalibus lucidius sole Item claritas faciei christi dicitur sicut sol splenduisse et est racionabile propter tria primo quia sicut in sole est fons luminis corporalis ita in christo est fons spiritualis 2o quia sicut cetera sidera recipiunt lumen a sole ita de claritate corporis christi glorificati quia fulgebunt iusti sicut sol 3o sicut lux solis est vivificativa ita claritas corporis glorificati vivificat corpora et nota quod claritas solis obfuscat visum ita quod non possumus totum solis inspicere Sed claritas faciei licet maior esset claritate solis non tamen obfuscavit sed miro modo delectabat ubi nota quanta fuit discipulorum istorum consolatio cum viderunt christum tanta claritate fulgere quia sicut sanctus effrem dicit duos soles oculi discipulorum viderunt in monte unum in firmamento totum mundum illuminantem et aliud in facie salvatoris fulgentem Deinde quantum ad 2m scilicet vestimentorum candorem dicit evangelista facta sunt vestimenta eius alba sicut nix Circa quod duo sunt consideranda primo unde venit illa vestimentorum refulgencia Ad quod dicendum uno modo quod sicut claritas corporis christi emanavit a claritate anime ipsius ita refulgencia vestimentorum eius emanavit a claritate corporis christi quod non tamen in facie sed totum corpus lucidum erat Unde dicit sanctus effrem in vestimentis christi ostensum est quod ex toto corpore emanavit gloria eius et de tota carne refulsit lumen eius et de toto ipso fluxerunt radii Alio modo dicitur quod miraculose vestimenta sua dealbata sunt super omnem industriam nature et artis et hoc expressius voluit signare marcus qui ait quod vestimenta eius facta sunt splendida et candida nimis sicut nix qualia fullo non potest candida facere 2o videndum est quid spiritualiter significat fulgor faciei et vestium christi et quidam dicunt quod uno modo quod splendor faciei significat divinitatis claritatem fulgur vero vestium claritatem humanitatis Alio modo dicitur quod claritas faciei representat futuram claritatem capitis et fulgur autem vestimentorum eius significat futuram sanctorum claritatem scilicet membrorum eius que superabitur a claritate christi sicut candor nivis superatur a fulgore solis Unde gregorius 22 moralium dicit quod vestimenta christi facta sunt splendida quia sicut in summe claritatis culmine sancti eius omnes lucem iusticie fulgentes adherebunt vestimentum nomine iustos quos sibi adiungit secundum illud ysaie 49 hiis omnibus sicut vestimento et ornamento vestieris qui et nivi comparantur quia candidi erant virtutibus et omni viciorum estu ab eis remoto vel aliter rum gloriam fulgur faciei christum solem significat iusticie vestimenta quibus fuit indutum est sunt sermones suos quos ipse dixit et ex tronco corporis sicut vestis eius alba refulsit ita et in oculis mentis sermo divinarum lectionum dealbescat Unde apparuerunt moyses et helias hic est lex cum prophetis et cum verbo quia eius lex sine prophetis nihil et sine verbo

Hic ponuntur quinque dubitaciones. Prima utrum immutacio facta in corpore domini qua facies eius resplenduit sicut sol debuit dici transfiguracio. Secunda utrum solum corpus Christi fuit transfigurabile an eciam alia corpora ut moysi et helie ceterorumque. Tercia quod ostensio glorie resurrectionis potius facta fuit per claritatem quam per alias proprietates sicut per agilitatem impassibilitatem subtilitatem. Quarta utrum maior sit claritas corporis Christi quam claritas corporum aliorum sanctorum. Quinta utrum illa claritas fuit gloriosa vel similis glorie. Ad primam arguitur quod non. Nulla immutacio facta in corpore manente eadem figura que prius fuit debet dici transfiguracio sed immutacio facta in corpore Christi in illa apparicione qua resplenduit sicut sol facies eius fuit facta in corpore figurato et remansit eadem figura in eo corpore que prius erat ergo illa immutacio non debet dici transfiguracio. Secundo arguitur immutacio in corpore Christi non dicitur transfiguracio quia proprietatem immortalem ostendit sub corpore mortali ergo eadem racione debet appellari transfiguracio ad ostendebat proprietatem mortalem sub corpore immortali sed hoc fecit Christus post resurrectionem quod ostendit proprietatem mortalem sub corpore immortali scilicet prebuit se palpabilem post resurrectionem cum dixit palpate et videte quia spiritus carnem et ossa non habet sed consequens non dicitur transfiguracio ergo et prima. In oppositum est hic textus. Videtur quod figura in scriptura dicitur tripliciter. Uno modo dicitur figura distinctio secundum quantitatem et hoc modo dicitur proprie figura de hac Ier. cap. a in ventre matris figuravi te. Secundo dicitur figura eadem quod forma et hoc modo dicitur figura secundum qualitatem de hac habetur primo ad cor. preterit figura huius mundi. 3° dicitur figura id est quod signum et de hac habetur primo ad cor. decimo hec autem in figura contingebant. Sit prima conclusio hec. Si accipiatur transfiguracio prout est immutacio figure secundum quantitatem hoc modo non fuit transfiguracio in illa apparicione probatur quia liniamenta in corpore Christi non fuerunt immutata sed per se eadem manserunt ante et post. Secunda conclusio accipiendo transfiguracionem secundo modo secundum quod transfiguracio dicitur immutacio in formam aliam de qua et dicitur secunda ad cor. xi Sathan transfigurat se in angelum lucis hoc modo fuit ibi transfiguracio probatur quia forma claritatis realis fuit in corpore Christi tamen in subiecto que prius non fuit ibi ergo conclusio vera. Tercia conclusio accipiendo transfiguracionem tercio modo prout figura dicitur signum vel ostensio signi hoc modo eciam fuit transfiguracio probatur talis transfiguracio fuit signum future claritatis quam habebunt beati post finale iudicium ergo quod vera. Arguitur patet quia dicit glossa hic Ut ista transfiguracio fuit in exemplum future beatitudinis sed tunc est dubium cum corpus Christi elementare fuit id est naturaliter opacum per quem modum fuit ibi ista claritas. Dicendum igitur sciendum est quod corpus animalis quantum est de se non movetur naturaliter nisi deorsum propter gravitatem sed mutatur anime movetur motu progressivo aut circulativo sic corpus Christi quantum de se fuit opacum fuit sed quia continue fuit divinitati vel anime beate quia sicut aliqui doctores anima Christi secundum superiorem porcionem racionis perfecte fuit beata licet esset passibilis secundum inferiorem porcionem racionis racione unione ad di-

Humanitatem vel ex unione anime beate per redundanciam claritatis deitatis vel anime beate clarum fuit Sed tunc obicitur quod semper fuisset clarum quia semper continuo non sequitur quia ista redundancia voluntaria fuit et sic eodem modo potest dici de agilitate corporis cristi qui in undis ambulavit et ideo dicendum est quod ibi fuit operatio in habitu in transfiguracione et claritas in actu Et sic dicendum quod in aliis dotibus cristi prima ratio stat per prima hoc est secundum quod eadem racione corpus cristi quod ostendit se palpabilem post resurrectionem illa ostensio vel mutatio deberet dici transfiguratio Respondetur negando quia in masse ignobilius non ad nobilius dicatur transformatio et non econverso Sicut domus in mente sive arte non dicitur fieri domus in opere sive artificio sed econverso Dicit leo papa non ostendit eis claritatem deitatis illam ineffabilem et inaccessibilem visionem que in vita eterna servatur mundis cordis quia illam tunc in mortali ac audacia nullomodo poterat videre et intueri in vita illud Non videbit me homo super terram et vivens sed ostendit eis claritatem humanitatis Non sic enim transfiguratus est in se eo quod priorem formam corporis abicerit vel amiserit nec sic quod veritatem corporis abicerit et spiritualem corpus celeste vel aereum assumpserit sed manente substancia manente quantitate corporis que attenditur ex lineamentis et manente qualitate priori que attenditur secundum colorem maior splendor accessit ex quo prius color naturalis sed potius obumbratus sicut patet de lumine candele quod ardet in splendore solis sed conditur sic de facie cristi vultus eius alteratus non dicit alia sed et alteratus quia non per commutationem sic dicitur sed per refulgenciam nimii splendoris sed subditur et resplenduit facies eius sicut sol Soli istam claritatem comparat quia in rebus corporalibus tunc comparatum inveniri clarius potest et dicit sicut sol Nec credendum quod splendor ille fuisset a sole visibili et non a facie cristi Notandum est hic quod unde preter a principio circa eius fuit glosa per appertam visionem et perfectam fruicionem veritatis quod divina dispensacione fiebat ut gloria anime non redundaret ad corpus ut sic corpus esset passibile et mortale ad implendum precium redempcionis humane et eodem modo quod divina ordinacione factum est ut gloria anime redundaret ad corpus et in hora transfiguracionis ut sic apostoli animarentur ad sustinendum passiones ad quas ipse invitaverat in precedenti capitulo per gloriam visionis Sed queritur propter quid sic alta fuit transfiguratio in se nobis solummodo Respondetur sed ad eius apostolos alia transfiguratio nisi sit adductus similitudo in quo et ipse cristus et sancti eius lucebunt sole clarius Corpus non assumpsit claritatem sed dotem similitudinem Sed scriptura vestimenta eius facta sunt candida sicut nix ita quod facie claritas et in vestes redundavit quia sic perfusa fuerunt lumine ut alba quod appareret Item notandum quod splendor faciei sit claritate divinitatis fulgeret vocat ~~eum~~ claritatem vestium humanitatis eius Item claritas faciei significat futuram claritatem capitis cristi fulgens vero vestium designat futuram claritatem membrorum eius scilicet sanctorum qui superabitur a claritate corporis sicut candor nivis superatur a fulgore solis Candor ergo sit gloriam future servus quod in lux domine eternis invitatur in

Veste candida apparuit et secundum bedam vestitus domini in sanctuario illius colore
accipitur quem in terris despectus videbatur et marcus pulcre de istis vesti
bus dicit quod facta sunt candida nimis velud nix qualia nec fullo potest facere
super terram nemo enim est qui sine a tactu aliquo peccati vivere possit super quam
fullo i. amator doctor vel sui corporis omnium emendator non potest facere super quam
dominus fecit in alio veste suam scilicet ecclesiam candidans ab omni inquinamento carnis et
liberat carne ... refirens Ad secundum dicendum quod filius enim ut dicit gloza
super illo ... Cor. 3o Non poterunt filii israel intendere in faciem moysi propter
gloriam vultus eius quia maior esse non poterat quemvis etiam ut dicit glossa
in ... non cognoscebat eam donec peperit quod ioseph mariam vidue non poterat
facie ad faciem quam se complectat quia tamen in corpore christi fuit claritas
ex virtute et gratia unionis cum deitate que est quasi similis et expressa
similitudo ad gloriam celeste quia est eiusdem generis cum claritate glorie et si non
similiter tamen secundum partem sicut caritas vie assimilatur caritati patrie In
moyse autem vel virgine gloriosa fuit claritas per quandam consequentiam
nam solum ex consortio sermonis ut de moyse dicitur Exodi 3 vel
ex consortio dei mentali vel etiam corporali quod habuit virgo beata in cantatione
tua et similis glorie claritati sicut fides in via simile est visioni in
patria et quasi enigmatica similitudo eius Secundo claritas in christo dicitur transfi
guratio et non in aliis et licet in moyse esset tanta claritas quod non posset
videri ... quia maior erat claritati christi vel glorie claritati magis similis
scilicet quia erat inproporcionata et offendebat et disgregabat visum et propter
magis dissimilis glorie claritati quia corpori ... gloriosa claritas compatitur
aspicientium visum demulcet et confortat et hec christi claritati conveniebat quia ante secundo
dicit super matheum ... talis quod deus non potest in hac vita tam clarum facere sicut
fuit claritas in corpore christi intelligendum quod loquitur de potentia ordinata vel con
gruentie non absoluta Non enim est defectus ex parte divine potentie sed ex parte
corporum mortalium que per peccatum quod est oppositum vel repugnans glorie non sunt
susceptiva talis claritatis Ad quartum dicendum quod cum sint ... proprietates secundum quas
ordinatur glorificatio ipsa claritas est principalis ad illam consequitur actio ...
cum lucis consequitur subtilitas quia lux per ... similiter subtilitate et ad
penetrandum corpora maxime transparentia sicut patet in lapide cristallino qui
penetratur a luce sic ad ipsam consequitur agilitas quia motus vel mutatio eius
est quam subita similiter ipsam sequitur impassibilitas enim nullum enigma
metum patitur ab aliis quia claritas post omnes alias ... conveniens fit unio
glorificationis corporis per claritatem et propter hoc dominus dicit fulgebunt iusti sicut sol
Ad quintum dicendum est quod hanc dubitationem facit remigius super ... passio
dicens quod si facies iusti resplendebunt sicut sol et sancti sicut sol fulgebunt
videtur esse equalis claritas dei et sanctorum ad quod videtur quod dicendum est enim super
quod gloria corporis derivabitur a claritate et gloria anime iusti tamen sequitur gloria
anime iusti maior esse non possit ut potest anime personaliter ... unitate non par
claritatis alicuius corporis equari claritati corporis christi neque
corporalibus ... lucidius sole secundo ad manifestandum com
... et facies dei resplendere et iusti fulgere dicuntur sicut sol

Erunt igitur corpora sanctorum corpori cristi in claritate configurata secundum
equalitatem unde apostolus dicit reformabit corpus humilitatis nostre configura-
tum corpori claritatis sue. Ad quintum dicendum. Triplex est similitudo quedam
est enigmatica in re que est omnis alterius generis sicut nos dicimus quod
fides que est in via similis est visioni in patria sed assimilatur cognitioni glorie
z alia — est etiam similitudo realis et que est rerum eiusdem generis secundum quod est per e dupli-
citer aut secundum perfectionem aut secundum comparationem si secundum comparationem
dici q — hoc modo quod caritas in via assimilatur caritati in patria. Non enim eodem
assimilatur quo fides cognitioni in patria quia fides assimilatur ei enigmatice
quia fides euacuabitur sed caritas nostre caritati patrie equalis quia non euacua-
bitur caritas nostre adueniente illa que est in gloria sed magis complebitur
ab ea. Est ergo ei similis in re sed tamen non illam comparationem quia dimittitur secundum
perfectionem et comparationem. Est etiam similitudo realis secundum perfectionem sicut nos
dicimus quod similis est similis patri et caritas petri in patria similis caritati pauli in
patria. Ubi ergo loquimur de similitudine enigmatica que est rerum omnino alterius generis
hoc modo claritas illa non fuit similis glorie sed fuit claritas gloria quantum ad essentiam
non tamen quantum ad modum essendi. Claritas enim corporis glorificati deriuatur a clari-
tate anime sicut dicit augustinus in epistola ad dioscorum. Sed inter claritas corporis christi in
transfiguratione deriuata est a diuinitate ipsius ut damascenus dicit et a gloria anime
redundat ad corpus ex quadam dispensatione diuina prohibita est ergo claritas in
corpore passibili ut expellet wlica cum. Sed dicendo realem similitudinem
que est rerum eiusdem generis tamen secundum comparationem hoc modo fuit illa claritas similis
glorie et sic potuit dici gloria secundum genus. Ubi autem loquimur de similitudine reali
que secundum perfectionem rerum eiusdem generis hoc modo non fuit ei similis sed secundum completum
p[er] quia sicut anima christi et corpus fuit coniuncta diuinitati fuit gloria secundum partem licet
non secundum totum hoc est secundum partem superiorem non secundum inferiorem inmo secundum
partem inferiorem in ea fuit passibilitas et consequentia et alia que impediunt gloriam sed
secundum partem superiorem erat gloria et illa gloria non fuit alterius generis sed gloria quam
habuit per rationem fuit quod in dispensatione qua ostenderetur in suo corpore gloria tamen prima
erat coniuncta diuinitati sicut anima potest esse gloria secundum partem et secundum partem non et dico
corruptibile et obscurum sit et ex dispensatione fuit quod ostenderet in illa claritate
rationem in qua debuit esse post et hoc propter corroborationem fidei nostre quam habet
ex visione ad diuinitatem.

Et ecce apparuerunt. Hic ponitur transfigurationis testificatio et primo
testificatio humana secundo diuina ibi adhuc eo lo-
quente primo adducit per testificationem eminentium virorum in veteri testamento secundo
eminentium in nouo ibi respondens autem petrus dicit ergo. Et ecce moyses et helias
ad apparuerunt eis hoc est ipsis discipulis cum illo ut ostenderet eis esse que lex et prophete
premiserunt cum eo loquentes cum illo de passione et resurrectione eius et preuidere de passione
et hoc exprimit lucas in nono capitulo quod loquebantur cum illo de excessu circa istum
pertinentem tria sunt videnda primo quare potius isti duo quam aliquis sibi
primum apparuit ad hoc ratione assignat quidam quia primus est quia homines
dicebant heliam esse cristum alii ieremiam unum ex prophetis capita prophetarum sacer-
dotum ut saltem videatur dominus suorum et domini secunda est quia multi accusabant

Domini de transgressione legis ideo moysen voluit assistere accusabat
autem quia vsurpabat sibi diuinum honorem. Ideo heliam diuine glorie
zelatorem voluit apparere in sua gloria nam cum illi duo sancti assisterent
si cristus legi vel deo contrarius fuisset. Tercia vero ut ostendat se habere potestatem
mortis et vite et esse iudicem mortuorum et viuorum. Vnde moysen
iam mortuum et heliam adhuc viuentem secum duxit. Quarta quia sicut dicit
luce loquebantur cum eo de excessu quem completurus erat in ierusalem id est de
passione et morte sua. Ideo ut discipulorum animos confortaret induxit
eos in medium qui se morti exposuerant pro deo. Nam moyses cum periculo
mortis obtulit se pharaoni helias vero regi achab. Quinta racio est quia
volebat ut eius discipuli emularentur mansuetudinem moysi et zelum
helie. Sexta est secundum hilarium et ieronimum ut ostendat se in lege quam
dederat per moysen et prophetas inter quos illi duo summos esse. Item alia
ratio ut ostendant ipsum esse quem legis et prophetarum scripture predixerunt
et promiserunt et ut hinc appareat quod lex et prophecie a cristi doctrina non disce
dunt et quod finis legis et prophetarum in suo sermone cristus erat. et eius gloria
propter quam venerat et ut ipse ostenderet se esse supra legem quam moyses
legislator dedit et super prophetas inter quos eximius elias predicator fuit propterea
primus per moysen quid significatur lex per heliam prophecie per dominum ewangelium
apparuit ergo dominus medius inter moysen et heliam tamquam ipse ewangelium
habet a lege et prophetis testimonium Item ut ex omni parte xpc testimonium
habet de celo habet de celo patrem in voce de ethere nubes de paradiso heliam
de terra apostolos de inferno moysen Item glosa dicit hic de helia quod fuit eximius
prophetarum quod de dauid dicitur hic in prologo super psalterium Item de moy
se idem Item glosa xc moyses fuit eximius prophetarum domini familiaritate
signorum ostensione legis promulgatione helias eximius vite auste
ritate arguendi audacie vite diuinitate dauid eximius prophetarum prophetie
sublimitate regia dignitate et spiritualiter ei facta promissione Item ambrosius
dicit quod testes tres habent de celo heliam moysen et ipsum patrem quod moyses
erat in limbo patrum helias in paradiso terrestri id est vero venit de celo videtur de
celo venisse secundum existenciam sed secundum fine quia in futuri eunt prestatur inasilia
Si queritur quare vnius viuus et alter mortuus apparuit videtur Ieron
ut significaret ipsum moriturum et iterum resurrecturum et victurum vel ut
nos simus mortui mundo et viuamus deo et potest esse septima racio ottam
assignant ambrosius d. Non erat cristi solius quia veritas esset suspecta quod
non legis aut prophetarum aut ewangelium auctoritate probatur et firmatur. Nona est
racio potest addi quia cum istis duobus prophetis reuelata fuit antiquitus
gloria domini moysi quando quando apparuit cornuta facies eius et helias vero
in monte synai ut dicitur 3 Re 19 quoniam eum habebant de gloria domini certio
rem et ideo quasi testes ydoneos adducuntur quod gloria domini erat admirabile
Secundo videndum est an moyses et helias vere fuerunt ibi. Ad quod dicit
quedam gloza luce quod eos non vere ibi fuisse sed ymaginarie vel in
subiecta alia quedam corpora fuisse formata vel etiam angelorum ministerio ge
stum est ut angeli eorum personas assumerent sed hec tamen suspecta

Signum quia contra eam est secundum super cum sic dicens. Considerandum
est quod scribis datur phariseis de celo signa poscentibus dare nolentibus
ut apostolorum augeat fidem signa dat de celo helia inde descendente
quo condescendente et moyse ab inferis resurgente quod est sic intelligendum
secundum doctores quod anima moysi suum corpus assumpserit sed quamvis eis
apparuit per aliquod corpus assumptum sicut angeli apparent helias apparuit
in proprio corpore et etiam quod non de celo empireo allata sed de aliquo emi
nenti loco in quem raptus fuerat curru igneo ut legitur 4 Regum 2 13o
videndum est de eo quod subdit loquebantur cum eo de qua vero locuti sunt et
bene dicit beatus Augustinus quod sic loquebantur venisti quem mittendus eras natus
de virgine esuristi sitisti lassatus sedisti sed nondum erant supplicia spontanea
didisti inchoasti sed nondum complesti quod tunc perfecte compleas cum pendebitur
in ligna suspenderis. Et quod dicit Lucas capitulo 9. Loquebantur de ipso de
excessu quem completurus erat in Jerusalem i. de mysterio sue passionis et mor
te et etiam de mysterio sue incarnationis secundum illum in passione enim
cristi multiplex erat excessus fuit enim excessus amoris secundum apostolum et propter
nimiam caritatem qua dilexit nos cum essemus mortui peccatis convivificavit
nos in cristo 2 Johannis 17 maiorem hanc dilectionem nemo habet. Item fuit ex
cessus doloris Trenorum 1 o vos omnes qui transitis per viam attendite et videte
si est dolor sicut dolor meus. Item excessus humilitatis ad philippenses et
semetipsum exinanivit formam servi accipiens. Item fuit excessus iniquitatis
et illud fuit excessivum peccatum quando Judei cristum occiderunt in quo excesserunt men
suram peccati suorum ut dicit Crisostomus. Item fuit excessus utilitatis quantum ad passio
nis effectum excessit enim omnem effectum creatum hominis humanum dum communitate
ex omne ad omnem istud itaque excessum complevit in Jerusalem in quo crucifixus
est in quo fuit consummacio redempcionis eius unde ipse dixerat discipulis
suis Luce 18 Ecce ascendimus Jerusalem et consumabuntur omnia que
scripta sunt per prophetas de filio hominis tradetur enim gentibus et illudetur
et flagellabitur. Et sicut dicit Origenes super librum numerorum quod moyses in
hac assumptione oravit pro populo suo petens ut tanta multitudo gentium introissent
omnis Israel salvus fieret. Et loquebantur nondum quod loquebantur de celo nam
non tantum cognoverunt per cristum quod nesciebant sed ut essent cum adoraverunt et ei
gratias agebant de adventu in carnem et quam ministerium passionis
quod ipsi predixerant viderunt quod in proximo esset complendum congratulabantur
in ierosolimis cristo quod tamen glosa faciens sic debebat conspui et invidiose
tradi iudicari et crucifigi nondum erat quod gaudium magnum factum est
apostolis et prophetis non solum de transfiguracione cristi sed etiam de mutua
visione ut dicit effrem quod utriusque testamenti principes congregati
erant cum deo Abraham videbat enim moyses dux Judeorum principes
cristianorum patrum considerabat helias castus virginem Johannem et
utrosque laudabat in Jacobo mirum privilegium Johannem dicit Crisostomus aut pe
trus hic ponitur testimonium apostolorum qui fuerunt eminentes in novo
testamento ad tantam evidentiam ostendendum quod beatitudo eterna consistit in aspectu
claro ipsius divinitatis deitatis et perfecta eius fruitione accidentalis aut eo

Sistit in aspectu humanitatis Christi et delectatione consequente per quam sicut per
ministerium consilium dimittati sunt seu adducti ad gloriam Christi aut apostoli qui ad
missi fuerunt ad videndum transfigurationem non viderunt ipsius divinitatem sicut
Paulus in raptu sed tantum eius humanitatem in forma tamen gloriosa et tantum in eius
aspectu fuerunt sic delectati quod voluissent in perpetuo manere ibi quod dicit
Textus Respondens autem Petrus tamquam ferventior dixit bonum est nos hic esse si
vis faciamus tria tabernacula nobis ad manendum sed quia ad manendum gratie
tibi unum Moysi unum et helie unum in tribus his non credat domino
ordinans inordinatum et quod cupit declarat dicit quod loquebatur petrus nesciens quid
diceret Sicut enim ex magnitudine passionis et timoris vel amoris aliquis prorumpit
in aliquam vocem sine premeditatione ita similiter ex magnitudine devotionis
et delectationis sicut dixit petrus illa verba que tamen non erant notabilia
quia in solo aspectu humanitatis Christi non consistit beatitudinis essentia ut
supra dictum est et ideo illud non debebat sufficere pro finali beatitudine Unde glossa dicit si
petrus videns clarificatam humanitatem tanto afficitur gaudio ut nunquam
velit ab eius intuitu secedere quid si perfruitur deitatis quid de hiis qui deitatem videre meruerit
Nota quod claritas corporis Christi de presenti multo excellentior est quam fuit claritas eius
in transfiguratione et igitur solum fuit similis claritati beatitudinis quod claritas
est de multis et delectationis sensus corporis et sic. Ponitur quedam petitio tacita
Christo scilicet ad quid credat Christus ad verba Moysi et helie loquentium de excessu
domini quod ad Christum intendens impedire mortem eius scilicet non fuit aliquid apte
contradicere quia de hoc fuit alias obiurgatus Matthei 16 sed idem occulte per certa
signa insinuat et dicit glossa Domine bonum est hic esse sciebat enim secundum Theophilum
petrus quod Christus volebat ire in urbem ad mortem et audiebat Moysen et
heliam de hoc loquentes cognoscebat etiam quod iudei conspirauerunt interficere
Christum volentes igitur impedire mortem eius sumpta occasione cupiebat
remanere ibi in monte tamquam in loco secreto et securo cogitabat enim quod si in-
dei obsedissent eos adesset Moyses qui pharaonem devicit et in monte orans
contra Amalech obtinuit et legem in monte accepit et deum pro populo pla-
cavit Exodi 32. adesset et helias qui solitus in monte stare consuevit quia
scandalisarentur homines quem crucifixum cernerent enim crucifixum audie-
bant gloriosum. Tercia secundum Remigium quia maiestas illius si fuisset
divulgata in populo plurimi impedivissent passionem eius resistendo prin-
cipibus sacerdotum et sic redemptio humani generis fuisset retardata. Quarta
secundum Hilarium quia debebant esse tunc testes divinitatis Christi cum essent
spiritu sancto repleti. Quinta secundum Damascenum quia alii discipuli adhuc imper-
fecti fuissent tristati quod hanc non vidissent et Iudas magis fuisset in-
citatus ad proditionem salvatoris. Sexta quia non Christo exaltato fuisset dubi-
tabilis ideo reservata fuit illa visio illo tempore divulganda quando
ipsi resurrectioni perhiberi debuit testimonium cui prestabat argumentum
eius modicum ipsa gloria transfigurationis. Verba enim suo tempore dicta sunt
lingua argentea sunt prolata prout dicitur mala aurea in lectis argenteis
qui loquitur verbum in tempore suo. Septima ut daret nobis exemplum quod que ad
laudem et gloriam nostram spectant esse occultanda secundum Ieronimum in hac
vita mortali ne appetitus laudis subrepiat. Et ad faciendum
hoc enim Ecclesiastico dicitur ne laudes hominem in vita sua. Et in eodem an-
te mortem ne laudes quemquam. Per hoc etiam ostendit quod secreta et misteria divina
non sunt semper sed loco et tempore debito publicanda et docet quod [illegible]
~~divinitatem sunt semper~~ non facile publicandi revelaciones nobis
factas sicut Paulus annis xiiii raptus sum tacuit. Fuit autem transfigura-
cio domini facta circa ver ante passionem. Unde evangelium de transfiguracione legitur
in ecclesia sabbato iiii temporum post primam dominicam quadragesime. Festum autem
transfiguracionis domini celebratur vi kalendas augusti quia tunc ab apostolis
fuit transfiguracio predicata et publicata quod tacuerunt usque ad diem
ipsius ascensionis a domino eius factum in monte Thabor qui grande mons
est in grandi silva circumdatus habens tres capellas [illegible] quod Petrus
ait faciamus tria tabernacula in descensu vero montis Thabor
contra occidentem est una capella ubi dominus dixit apostolis nemini

Dyrexitis visionem quam autem habent visionem post mortem divulgaverunt
patet ex textu trium evangelistarum Petri ex epistola Petri qui visioni
interfuit testimonio 2a Petri 1 non enim indoctas fabulas secuti notam
fecimus vobis domini nostri Jesu Christi virtutem et presentiam sed speculatores
facti illius magnitudinis accipiens enim a deo patre gloriam et honorem
voce delapsa ad eum huiusmodi a magnifica gloria hic est filius meus dilectus
in quo mihi complacuit ipsum audite et hanc vocem audivimus nos de
celo allatam cum essemus cum ipso in monte sancto Johannes modo etiam qui eidem
visioni interfuit ipsam devulgavit Jo. 1 et vidimus gloriam eius
gloriam quasi unigeniti a patre Dubitatur quare tota trinitas ibi fuit ma

Dubium

nifestata sicut in baptismo dicendum est quod sicut apostolus ad Ro. 8o dicit
Tota perfectio predestinatorum et adoptivorum filiorum dei consistit in hoc ut
sint conformes imagini filii eius qui primogenitus in multis fratribus
Ista autem conformitas in nobis ostenditur primo in gratie receptione
et peccatorum remissione secundo in glorie consecucione et trinitatis fruicione primam
conformitatem Christus nobis ostendit in baptismo quia baptismum con
secrando et tactu sue mundissime carnis vim generativam aquis conferendo
et tunc omnes qui baptisantur incorporantur Christo et conformantur sibi
per peccatorum remissionem et gratie receptionem Secundam vero conformitatem
ostendit nobis Christus in transfiguratione quia tunc aliquam claritatem apostolis
ostendit quam ostensurus et daturus est omnibus electis eius et quia tamen
gratie collatio que pertinet ad primam conformitatem quam glorie adeptio que pertinet
ad secundam est operatio totius trinitatis ideo tam in baptismo quam in transfi
guratione tota trinitas est manifestata Nam in baptismo filius in carne
pater in voce spiritus sanctus in columba que innocentiam regeneratorum
ostendebat In transfiguratione vero filius similiter in humanitate pater
in voce spiritus sanctus in nube lucida que claritatem manifestabat Jo.
Damascenus dicit quod diabolus videns Christum fulgentem recordatus est
Moysi tum glorie et faciei glorificata ita ut filii Israel non possent respicere
in eum sicut ait deceptus sit quia Moyses glorificatus est extrinsecus
adveniente gloria Christus autem ex innato glorie divine fulgore nam
ypostasis verbi una et eadem est gloria verbi et carnis ergo transfiguratur vero
quia non quasi accipiens quod non erat sed manifestans discipulis quod
erat [illegible] quod significatur ait cum cum transfiguratus est ante eos attestatur
etiam magnitudinem glorie Christi stupor et timor apostolorum Nam in ba
ptismo turbe que ibi fuerunt vocem patris audientes claritatem
tamen Christi corporis nondum videntes non dicuntur timuisse nec in facies
suas cecidisse sed discipuli in transfiguratione dicuntur timuisse nube
clara eos obumbrante quia humana fragilitas conspectum maioris
glorie ferre non sustinet ut dicit Glossa
Et interrogaverunt eum discipuli eius dicentes quid ergo scribe dicunt
quod Heliam oportet primum venire At ille respondens ait eis Helias quidem
venturus est et restituet omnia Dico autem vobis quia Helias iam venit
et non cognoverunt eum sed fecerunt in eum quecumque voluerunt Sic et filius

hominis passurus est ab eis. Tunc intellexerunt discipuli quia de Iohanne
baptista dixisset eis. Et cum venisset ihesus ad turbam accessit ad eum homo ge
nibus provolutus et dixit ad eum dicens miserere filio meo quia lunaticus
est et male torquetur nam sepe cadit in ignem et crebro in aquam et obtuli
eum discipulis tuis et non potuerunt curare eum. Respondens ihesus ait o generatio in
credula et perversa quousque ero vobiscum usque quo patiar vos afferte huc illum
ad me. Et increpavit illum ihesus et exiit ab eo demonium et curatus est puer
ex illa hora. Tunc accesserunt discipuli ad ihesum secreto et dixerunt ei quare
nos non potuimus eicere illum. Dixit illis ihesus propter incredulitatem vestram.
Amen quippe dico vobis si habueritis fidem sicut granum sinapis dicetis monti
huic transi et transibit et nichil impossibile erit vobis. Hoc autem genus non
eicitur nisi per oracionem et ieiunium. Post fidei resurrectionis confirmationem
subditur hic confirmacio fidei passionis et hic explicatur primo per exemplum sacra
mentis eo per miraculum lunatici hominis ibi Et cum venisset ad turbam. Secundo
per verbum salvatoris ibi Conversantibus autem eis. Primum fit ad confirma
tionem miraculum ad placationem eorum ad compassionem. Circa primum ponitur primo amo
tio false opinionis circa fidem resurrectionis. Secundo ponitur exemplum
ad confirmandum virtutem fidei passionis ibi dico vobis quia helias
iam venit. In prima ponitur primo discipulorum interrogatio secundo
domini responsio ibi At ille respondens dixit. Et interrogaverunt eum discipuli
eius dicentes quid ergo scribe dicunt id est legis interpretes et doctores qui auctoritatem
habent expositionis legis quia heliam oportet primum venire ante adventum tuum.
Nos secundum visum adventum helie discipuli non sciebant quod scripture hoc
de eo manifestabant et probabatur hic primo in plebe introducta sicut et
de xpo eis ante. Non oportebat adventum xpisti et helie a scribis interpretabantur
scripture enim dicunt duos esse adventus xpisti sed scribe plebem inducentes
in adventum solum [illegible] intimabant plebi et dicebant quod si hic est
xpistus oportebat heliam prevenire. Ubi notandum quod discipuli audierant
a phariseis et legisperitis quod helias debebat venire circa mundi consumationem
ut habetur malachie ultimo Ecce mitto vobis heliam prophetam ut con
vertat corda patrum ad filios et filiorum ad patres eorum ne forte veniam et per
cuciam terram anathemate. Et ideo quia heliam viderant credebant
finem mundi propinquum mirabantur tamen quod ipse ita cito recessisset et nichil fe
cisset nec predicavisset cum tamen scriptum sit malachie ultimo quod
debet convertere corda patrum ad filios et filiorum ad patres. Dixerunt igitur quod
helias veniens restituturus erat omnia in antiquum statum concordie et gratie et
innocentie. Ideo querebant interius quomodo dictum prophete quod sit intelligendus
adventus eius ante xpistum. Et salvator breviter respondet quod duplex est ipsius
adventus primus ad iudicium in fine mundi et tunc preveniet helias in propria
persona predicando iudeis et convertendo ipsos ad xpistum et falsitatem antixpisti
detegendo. Et hoc est quod dicit helias quidem venturus est scilicet in fine mundi.
Unde constat hunc non esse secundum adventum et restituet omnia quia animas
iudei qui tunc invenientur ad xpistum convertentur vel secundum glossam restituet eis
omnia scilicet illa que propheta de eo predixit scilicet corda patrum ad fidem filiorum

et commisso restituet et hoc quod morti debet ut in marco apertius demonstratur
quia quod de morte et quod domini commedo distulit tunc solvet psalmus quis
est homo qui vivet et non videbit mortem Augustinus de civitate dei convertet
corda patrum ad filios id est intelligentia patrum perducet in intelligentiam filiorum
ut sentiant illi quod senserunt isti et econverso vel convertet corda hominum
illius temporis ad credendum Christo et resistendum antichristo et hoc est de tertio et secundo ad
ventu Christi Item Christus dicit Johannes tot bona erunt quod Helye predicta que finit
[illegible] eius conceptus dicendum est quia tunc Christi existimantes Helyam non credideret
ei [illegible] aut Helie credet quia eo per tantam expectationem venit annuncians illum
facilius suscipiet quam ab eo dicentur Unde vero dicit quod Helyas iam venit Johannem
Helyam vocat per eiusdem modum sicut enim Helyas secundi adventus precursor
erit ita Johannes precursor fuit primi Christi hec autem Johannem Heliam no
minant ut ostendatur primum sive adventum veteri testamento et prophetie convenire
Alius est adventus ipsius Christi in medio quia iam precessit et hunc prevenit He
lyas in spiritu id est Johannes baptista qui habuit zelum veritatis et hoc est quod dicit
salvator dico autem vobis quia Helyas iam venit id est Johannes baptista
qui venit in spiritu et virtute Helye Luce primo ipse precedet ante ipsum in spiritu
et virtute Helye unde glosa Chrisostomi Helyas iam venit non corpore sed virtute et spiritu
precursor redemptoris Ideo constat primum adventum esse completum Verumtamen Jo
hannes est Helyas non in persona sed in spiritu quia fuit similis Helye et hoc in
tribus primo in austeritate vite quia de Helya scribitur quod erat vir pilosus quia
habebat vestem hirsutam et asperam et zona pellicea accinctus renibus similiter
de Johanne dicitur quod habebat vestimentum de pilis camelorum et zonam pelliceam
circa lumbos Secundo in soliditate constantie de Helya scribitur quod ipse con
stanter arguebat regem Achab et Ochoziam et similiter Johannes constanter
Herodem 3o in auctoritate doctrine quia venturus est predicatio in sua annuncians adve
ntum Christi sic ita Johannes primum adventum ut supra dictum est Et non cognoverunt
eum id est facta eius et doctrinam non approbaverunt quia pharisei et legisperiti
baptismum et doctrinam Johannis contempserunt et oderunt Amos quinto
odio habuerunt corripientem in porta et loquentem perfecte abhominati sunt Sed fe
cerunt in eo quecumque voluerunt id est illi spreverunt et decollaverunt Sed quomodo
dicit in plurali fecerunt cum non fecit nisi Herodes [illegible] Herodes hoc fecit
auctoritate phariseorum consensu quia probabiliter creditur quod Herodes de consilio
eorum Johannem incarceravit Herodias conatu puelle pro saltus et hoc ideo
quia testimonium perhibuit Christo unde in actibus quem prophetarum non sunt persecuti
patres vestri etc. Sic et filius hominis non cognitus ab eis passus id est Judei factus
et Judei eum non cognoverunt Johannis primo non conceptus quia in propria venit et
sui eum non receperunt passusque est ab eis Judeis insequentibus militibus
ex sequentibus Pilato iudicante Herode consentiente Et in hoc eludit
errore illorum qui putabant eum nequaquam amplius moriturum Tunc
intellexerunt discipuli quod de Johanne baptista dixisset eis quia videbant
inde impletum esse quod dominus dixit et quod etiam alibi eum Helyam
vocaverunt quia verba Christi attente receperant unde proverbiorum 20 fili si sus
ceperis sermones meos ut audiat sapientiam auris tua tunc intelliges
ceditur quia sic dicitur sic et filius hominis passurus est ab eis Contra
ille decollatus est crucifixus ille Christus iusticiam vero homo iste Christus

Redemptionis humane quia Christi humilitudo attenditur quo ad passionem in ge-
nerali sed quoad formam vel finem in speciali. Et cum venisset ad turbam
hic confirmatur fides passionis per miraculum in curacione lunatici ubi
tanguntur circumstancie infirmitatis et curationis. Ubi sciendum quod cum
dicat quod et cum venisset ad turbam seorsum enim locutus fuit cum discipulis
de ministerio regni et de futura passione. Unde sequenti die iesus rediens
de monte ubi transfiguratus fuerat venit ad discipulos quos inferius
dimiserat et occurrit ei turba. Per hoc moraliter instruuntur prelati quod si simi-
liter vellent ad subditos descendere per humilitatem compassionis et affabilitatis
multa turba occurreret eis per penitenciam sed quia semper stant in alto per ambi-
cionem seu elacionem vel per curiositatem ideo pauci eis occurrunt id est pauci ad eos
accedunt et pauciores ab eis sanantur. Legitur igitur nullum in monte
sanasse dominum sed misterium. Accessit ad eum [illegible] devocionis homo
et iste erat de turba ut dicitur Marci 9. In quo notatur racionabilitas
quia eius qui fecit et curare potencia homines et iumenta sanabis domine.
Genibus provolutus ad eum ad auxilium humilem implorationem. Sic
homo in temptationibus et adversitatibus constitutus debet se humi-
liare etiam corporaliter coram deo quia sepius multum ex humilitate corporis
consurgit humilitas anime et consequenter dei exaudicio. Non enim
flectit sicut illudentes sed genu flexo ad Philippenses 2 In nomine domini ihesu
omne genu flectatur. Nota quod et genu flexio ad humilitatem pertinet sed
prostracio ad deitatem sicut magi procidentes adoraverunt eum quia curvatur
genu in signum casus et erectio sit liberacionis a casu. Prostracio autem est in si-
gnum quod homo nichil est et erectio est recognicio maiestatis de nichilo magnum
erigentis dicens domine qui omnia potens Sapiencie 15 Subest tibi cum
volueris posse. Miserere quia tuum proprium est misereri. Et pro filio meo. Non
deprecantur pro seipsis sed miserere mei deus quod pro sibi coniunctis ut [illegible]
et Io. 4 de regulo cuius filius infirmabatur Capharnaum quod prius dictum
supra et de centurione cuius puer [illegible] supra. Misertus hominis loci
illius et obtulerunt ei omnes male habentes quod per inimicis ut Stephanus
Actus septimo. Et ad exaudicionem divinam mira flectebatur ut nullus est
qui absconderetur a calore divine misericordie. Filium meum unicum mihi est et est
illius miserearis quia lunaticus est. Duplici enim de causa demon aliquem secundum
[illegible] affligit hominem magis quam alio tempore lune. Una est ut per hoc crea-
tura dei scilicet ipsa luna infametur ut dicit Ieronimus. Alia causa est quia per
mollitiem cerebri ut in novilunio quando humida habundant super que luna habet
dominium aptius in ipso cerebro demon operatur. Sed in glosa Marci 9 surdum
et mutum dicit quem Matheus lunaticum appellat quia deficiente luna
que movet humida opilabantur ei vie aurium et [illegible]
lingua humida a capite descendente et sic redeunte mense surdus et
mutus fiebat. Moraliter peccator efficitur demoniacus per animi maliciam
lunaticus per carnis lasciviam mutus per impacienciam surdus per inobedienciam
vel sic hec tria facit peccatum quod per demonem fit scilicet lunaticum in malum va-
rietatem surdum ad verbum dei [illegible] mutum ad laudis divine con-
fessionem. [illegible] Stultus ut luna mutatur et male patitur in
quo innuitur acerbitas morbi. Unde Marci 9 et Luce 9 dicitur spiritus comprehendit

eum et allidat et spumat et stridet dentibus et arescit Nam sepe cadit
in ignem et crebro in aquam in quibus innuitur periculum morbi et tangit duo
elementa que vitam hominis extinguunt Crisostomus Considerandum est quod nisi providencia haberet homo fuisset pocius aliquando perisset demon enim qui ipsum in igne
et in aquam mittebat interfecisset eum omnino nisi deus eum refrenasset moraliter
per suggestionem diaboli secundum glozam homo frequenter cadit in ignem iracundie
et libidinis in aquam cupiditatis et gulositatis Et obtuli eum discipulis tuis
hic innuitur difficultas cum dicitur et obtuli eum discipulis tuis et non potuerunt eum
curare Crisostomus Infirmati sunt discipuli sed non omnes Tres enim columpne
petrus iacobus et iohannes tunc aliquando non fuerunt qui illum lunaticum curare non
potuerunt Vel secundum glozam latenter hic accusat apostolos ad sepe impossibilitas
curandi non ex vicio sed eorum quem curandi sint pervenit Unde hic quod dicit obtuli
discipulis habetur argumentum contra peccatorem qui signatus est per illud lunaticum
debet se presentare sacerdotibus in hoc quod non potuit curare ondit quod solius dei est
remittere principaliter peccata Unde sicut membra principaliter a capite recipiunt
sensum et motum ita eciam sine cristo qui est caput ecclesie secundum utrumque nam
nichil potest fieri Queritur quare discipuli non potuerunt curare illum luna
ticum seu demoniacum cum lucas quod dominus dedit eis potestatem super omnia demonia
ut supra 10 demones eicite Respondeo quod similiter potestas data est eis in illis qui digni
erant curatione hic autem quatuor fuerunt impedimenta per que non
potuerunt Primo propter infidelitatem petentis Secundo per peccatum pueri propter que punitus
erat Tercio propter tepiditatem fidei apostolorum Quarto propter difficultatem morbi
curandi Vel potest alia causa assignari quare discipuli illum lunaticum curare
non poterant quia videntes discipuli quod non essent admissi ad secreta cristi sicut
alii tres discipuli inciderunt quendam motum perturbacionis displicencie et invidie
sicut Marcus videbitur capitulo sequenti Et ideo ex hoc factum est quod in absen
cia cristi non habebant tantam virtutem demones expellendi sicut ante Respondens autem
iesus ait hic ponit increpacionem curacionis dicens Crisostomus ait O generacio incre
dula contra fidem et perversa contra mores quam perfidi et viciosi erant quousque vos
paciar Multi non tedio superatus amiciter est in verba indignacionis prorumpit
sed sicut medicus egroto contra precepta sua agenti Vel secundum glosam loquitur
iratus non homini sed vicio culpe non iratus dicit Potest quare arguit in communi cum
solus debet argui Respondeo quia turba tunc illo infidelis erat Unde gloza per unum
hominem iudeos arguit de infidelitate Unde addit Afferte huc ad me illum id
scilicet ad me misericordem Unde potest per quod dominus ab infidelibus sua munera non
subtrahit Et increpavit eum iesus gloza multi quod increpavit puerum non demo
nem et ostendit ipsum traditum in malum spiritum pro peccatis suis vel parentis sui quia
ut dicit Quamdiu ab infancia passus est Ideo potest dici quod pro peccatis parentum passus fuit
ab infancia sed tunc adultus factus fuit propria voluntate peccavit Unde et si non mor
bus tamen gravitatem morbi meruit pro peccatis suis Respondeo increpat illum scilicet demonem quod videtur
per illud Marci 9 et cum videret puer et vidit iesum stante spiritus conturbavit illum Et ex
presse lucas dicit increpavit iesus spiritum inmundum quid ergo est quod dicitur in gloza quod in
crepat puerum non demonem Respondeo non increpat demonem tamen Unde utrumque increpavit
scilicet demonem propter longitudinem obsessionis puerum propter peccatum suum Vel secundum glozam

Mr[?] de isto lunatico quia cum vidisset dominum statim spiritus conturbavit eum et elisus in
terram volutabatur spumans et domino iubente ut exiret clamans et discerpens
exiit quia sepe dicit glosa dum quis post peccata ad dominum venire voluerit magis a diabolo im
pugnatur vel ut odium virtutis incuciat vel expulsionis sue vindicet iniuriam
Spiritum discerpit et furenti clamore exiit quia diabolus dum de corde expel
litur acriores temptaciones excitat quam prius quando possidebat quietus ex
quo patet quod incipientes deo servire plerumque gravissimas temptaciones et impugna
ciones a diabolo sustinent quam ad dilectum et per bonum vitam dum vetere per consilio
qualiter se discrete gerant in temptacionibus quia tentaciones periculosiores sunt fortiter
prima consuetudine. Et sic exivit demon ab eo et curatus est puer ex illa hora iuxta
in signum quod ex ibi nullus morbus prevalet cui omnipotentis virtus manum
et dicitur puer transsumptive quia iam statu fuit adultus vel puer sicut ... per filio
accipitur in scriptura vel quia ex curatione puer effectus est oze c 1 Ego quasi
nutritius effraim portabam eos in brachiis meis et nescierunt quod curarem eos
moraliter iste lunaticus signat peccatorem quem dominus primo apprehendit per peccati dilectionem
Secundo clamat fit per peccati ardens desiderium tercio mutus fit ad peccati et divine laudis
confessionem quarto surdus et obduratus ad percipiendum monitorum quinto lunaticus
per mentis instabilitatem et continuat in malicia perseveratorum sexto cadit et vo
lutat per eius in diversa in diversa peccata precipitacionem septimo dissipat per
dissipacionem cogitacionum varietatum octavo stridet fiat dentibus per iram et invidi
am et spumare per crapulam et libidinem nono in ignem cadere inde mittit
vel ceram elacionis quia ignis sursum tendit et alta petit nec non in aquam
voluptatum et cupiditatum submergit decimo aridus redditur per omnem seu per ignem
viam et indevocionem undecimo cum descendit per peccati consuetudinem duodecimo
dilaniat et dilacerat per nature violatorem dum autem puer ad dominum accedit con
pugnatur quia post peccata commissa ad dominum magis a demonio vexantur et cum
redeunt vel per tedium virtutes et labores prius excruciat ad varia
gravia certamina illis opposuit quos de suo regno subtractos doluit
ait puer cum patiens sed diaconi patiens miserens miserabilis quia
qui penitentem vult sanare vicium odiendo et arguere et depellere sed hominem
amando refovere et confortare. Exiens ergo demon ab homine cum vexatur
si homo cor suum claudit humilitatis et caritatis fidei virtutum sed discerpsit
eum quando de corde expellitur acriores in eo temptaciones excitat et liberatus
a demone velud mortuus videtur cum enim terrena desideria subegit voluntas
in se carnales concupiscencias extinguit et mundo mortuus apparet cum autem hoc
in quo conditur de carcere et surrexit in quo curatur homo studiens
Primo enim dominus nos sanat demum a nobis requirit ut bonum operemur
Domine miserere filio meo quia lunaticus est. Hic in ... omnibus item
vult si petens similiter humiliter supplicet ut dicat cum devocione domine
miserere et obtinet ab ipso graciam per quam enim sanabitur anima et liberabitur
ab operacione dyabolica sicut dicitur in textu. Exiit ab eo demonium
et sanatus est puer ex illa hora. Cum autem anima per graciam sanata sit prior

vo tulsi fortis etiam est ad faciendum voluntatem patris celestis sed ad vitandum
mala et ad rapiendum bona que vult ipse dicit ergo quilibet peccator christo
domine miserere filio meo quia lunaticus est quod quidem vere est peccato-
ribus ante [illegible] culpam apponentibus [illegible] tormentis morbum
eo potentius antidotum clamatis ergo ad christum [illegible] et dicitis domine
miserere in quibus verbis primo innuitur evidentiam peccatoris quia per medicum
liberare non permittit domine vestram potenciam confitebatur ille qui dixit
hester xiii domine rex omnipotens in dicione tua cuncta sunt posita et non
est qui possit resistere tue voluntati secundo explicat insolentiam infir-
mitatis que debet remedium [illegible] eius dicit miserere in [illegible] tamen misericordia mise-
rendi implicatur potentis miseria quia miserere [illegible] misericordia ne-
cessaria est vestram miseriam explicavit psalmista david in persona peccatoris dicens
miserere mei domine quoniam in te confidit anima mea dicit ergo domine miserere
circa primum sciendum quod christus non esset sic humiliter supplicabat et misericordiam
implorabat esse summum dominum ita quod preter eum nullus alius est dominus
secundum [illegible] enim ille est dominus qui nullius servitio indiget [illegible]
et certe nullus est preter ipsum qui alicuius non indigeat sed ipse solus est per se
ipsum dives et sibi soli omnino sufficiens propter quod dicit psalmista in psalmo
dixi domino deus meus es tu quoniam bonorum meorum non eges iste enim dicit
est omni alio domino potentior dignitate [illegible] de ipso [illegible] rex regum
et dominus dominantium est etiam efficatior potestate de ipso enim dicitur exodi
xv dominus quasi vir pugnator omnipotens nomen eius vere omnipotens
quoniam sicut dicit sapiens subest tibi cum volueris posse solo enim nutu so-
lo iussu solo verbo solo quoque imperio omne possibile est est etiam diffusior
bonitate quia sicut dicit [illegible] bonus dominus [illegible] sperantibus in eo et
anime querenti illum enim et si ipsius bonitas extendit se ad omnem creaturam
et ad omnem hominem specialiter se tamen inclinat illis qui sperant in ipso
et qui in devotione querunt ipsum est etiam intimior principalitate
est etiam intimior omni creature quoniam ipsa sibi videtur si aliqui medici per
ipsius virtute sanant corpora ipse tamen solus potest sanare animas et ipse solus
principaliter attingit eam et se intimat ipsis propter quod dicit psalmista in psal-
mo sana domine animam meam quia tu solus attingis eam
ad istud ergo dominum pro nostra sanitate recurrendum est quoniam omnis morbus cuius-
libet ~~[illegible]~~ omnis subiacet ipsius potestati immo suo simul volito
sine quoque simplici verbo, sine quoque simul imperio propter primum dicit ille le-
prosus de quo legitur matthei viii domine si vis potes me mundare propter
secundum matthei viii ille centurio domine dic tantum verbo et sanabitur puer
meus propter tertium aliquando demonem obsidentem hominem [illegible] ab eo [illegible]
spiritus et statim exibat sicut legitur matthei nono et solo tactu sana-
bat infirmos sicut patet de illo surdo et muto quem tangebat matthei
viii [illegible] et de illo etiam ceco nato [illegible] immo quod plus est
non solum ipse tangendo sanabat infirmos verum etiam [illegible] infirmi tan-
gebant etiam eius vestimentum curabantur sicut patet de illa muliere
emoroissa — matthei nono ad istum ergo debent recurrere omnes infirmi pro
curatione specialiter illi qui laborant in infirmitate peccati quoniam nullus alius
medicus potest eos sanare etiam nisi ipsa anima est mortua per [illegible]

propter quod dixit ille princeps Christo sicut habetur Matthei nono Domine
filia mea modo defuncta est sed veni impone manum tuam super eam et vivet
debemus autem intelligere per istas curationes infirmitatum corporalium sanationes
infirmitatum spiritualium nullum enim sanabat Christus corporaliter quin eciam ipsum
spiritualiter sanaret Iste etiam sanationes corporales erant nobis figura sana-
tionis spiritualis Primo ergo invocat iste homo et anima penitens in hoc
verbo eminentiam potestatis quia potest iste perfectus medicus ab omni egritudine
liberare Sed proch dolor multi sunt qui non credunt in Christo esse istam potes-
tatem ac potestatem non credunt enim eum simpliciter deum esse sicut iudei et quidam
heretici in quorum persona dixit ille pharao sicut habetur Exodi quinto
quis est dominus ut audiam vocem eius nescio dominum vere illi nesciunt dominum
qui non credunt ipsum habere infinitam potestatem Multi etiam christiani
et si credunt Christum esse verum dominum non tamen timent ipsum sicut decet timeri
verum dominum de quo ipse conqueritur Malachie primo dicens peccatoribus Si ergo pater
sum ubi est honor meus quare ergo vocatis me patrem et dominum et tamen
non me honoratis sicut patrem neque sicut dominum timetis Cui tamen dixit
nobis propheta in psalmo Servite domino in timore Circa secundum nota anima
penitens explicat violentiam sue infirmitatis quam debet celesti medico
intimare cum dicit miserere Sciendum quod ut dictum est in verbo miserendi
implicatur miseria propter quam ipsius misericordia est et iustitia Et ecce dominus Ihesus Christus
ostendit suam misericordiam et ipsam quantum ad miseros peccatores manifestat spe-
cialiter in quatuor primo in defendendo creaturam suam in inspirando compuncti-
onem pure in remittendo transgressionem culpe et in commutando obli-
gationem pene eternam ad penitentiam Primum patet magna dei misericordia quia non statim punit peccatorem
qui ipsum offendit et qui dignus esset puniri ex iustitia sed ipsum expectat per-
mittens multis annis et multis temporibus continue committentem mala
de quo dicitur in psalmis miserator et misericors dominus longanimis
et multum misericors vere longanimis quia longe differt dare suam
sententiam et per patientiam peccatorem expectat ad penitentiam peccator enim ut dicitur
Ecclesiastes octavo centies facit malum et inde per dei patientiam expectatur proh
dolor multi abutuntur ista dei patientia unde dicitur Ecclesiastes octavo quia non profertur
sententia contra malos absque ullo timore filii hominum perpetrant mala sed
quid est ut dicitur Ecclesiastici quinto altissimus patiens redditor est Suffert enim
peccatores deus differt suam sententiam suspendit iustitiam expectans penitentiam
peccatorum sed tamen totum reddetur ei quia altissimus patiens redditor
est Grave peccatum est et grandissimum periculum contempnere hanc dei misericordiam
quam exhibet in expectando Expectat enim dominus ut misereatur nostri Ysaie xxx
Sed multi hanc misericordiam contempnunt quorum cuilibet dicit apostolus Romanos
primo secundo divitias bonitatis dei et patientie et longanimitatis eius
contempnis qui enim prius contempnit ipse postea contempnitur certum est ad
sciendum est quod quo semel a deo quis recessit per peccatum mortale ad
deum non potest converti per penitentiam nisi ipsemet trahat ipsum inspirando
compunctionem pure Est enim homo spiritus vadens et non rediens per se ipsum
enim potest a deo recedere sed non potest ad ipsum redire nisi gratia sua ipsum trahat

ut apostolus Rom. ij ignoras quod benignitas dei ad penitentiam reducit
quasi dicat non debes ignorare propter quod dicit idem dominus Jere. xxxj
In caritate perpetua dilexi te ideo attraxi te miserans tui. Revera
ex summa misericordia est ipse tractus de qua et ipse dicit Johannis vi Nemo
potest ad me venire nisi pater celestis traxerit ipsum. Revera etiam
omnes peccatores vult pater celestis ad me trahere funiculis vere
penitentie quia tamen nolunt trahi immo ponunt obicem tractui et funes
quibus trahi possent preciduunt eorum multis dicit apostolus Rom ij
Secundum duriciam tuam et cor tuum impenitens thezaurisas tibi iram
in die ire et revelationis iusti dei iudicii qui reddet unicuique secundum
opera sua. Quantum ad tercium sciendum etiam quod multum innotescit se divina
misericordia in hoc quod peccatores sibi per penitentiam reconciliat et infundendo eis gratiam
ipsorum peccata remittit de qua misericordia loquitur psalmista in psalmo Rogans ipsum
dominum dicens Miserere mei deus secundum magnam misericordiam tuam et secundum multi
tudinem miserationum tuarum. Significanter autem dicit multitudinem quia ita
est summa misericordia remittere culpam homini que propter infinitatem ipsius quem
offenditur quodammodo dicitur infinita. Quantum ad quartum sciendum quod peccator
propter mortale peccatum obligatur ad penam eternam quam dominus ab eo
eternaliter exigeret nisi per suam penitentiam eam commutaret misericorditer in penam
temporalem sed ipse ex summa sua misericordia quod homo de suis peccatis vera
citer penam illam eternam in temporalem commutet quam solvet peccator vel in
vita presenti vel in futura dicitur tamen temporalis quia habebit finem. Istud
tamen nobis fuit figuratum in servo illo de quo dicitur Mat. xviij quia
rogavit ipsum humiliter coram ipso penitentie omne debitum dimisit ei. Revera
ipsis penitentibus dimittit omne debitum pene quantum ad eternitatem quia ipsam
commutat in temporalem. Sed revera nisi ex corde dimittamus proximis debita
offensarum quibus nos offenderunt sicut ibi dicitur: Tradet nos deus
tortoribus quoadusque reddamus universum debitum quod tamen nunquam
poterit persolvi. Patent igitur quatuor affectus divine misericordie quantum ad pecca
tores. Rogemus ergo ipsum ut ipse qui nos expectat per penitentiam nobis inspiret
veram penitentiam et sic inspiret efficaciter ut faciamus ipsam nobisque re
mittat omnes nostras offensas et dimittat nobis penam eternam quam incurri
mus quam commutet in penam temporalem quam cum sua gratia patienter
offeramus. Et rogemus de istis quatuor in presenti vita nec differamus
usque ad aliam quia tunc erit deprecatio infructuosa propter quod dicitur
Eze. non parcet oculus meus et non miserebor. Ille enim dives epulo cum
esset in tormentis sicut habetur Luce xvj dixit Pater Abraham miserere mei.
Et quia nimis distulit et tarde rogavit petivit tamen guttam aque non
potuit obtinere. Placeat ergo sibi quod det nobis perceptionem spiritus id est veram
humilitatem ut misereatur nostri tamen ut dicitur pia ... pauperum suorum
miserebitur deus quod nobis ipse concedat per etc.

Tunc accesserunt discipuli ad Jesum secreto etc. Hic arguit dominus
discipulos ostendens primo unde sint curationis difficultates

Sexto propter oppositum vero est facilitas ibi Amen quippe dico vobis dicit
ergo tunc i. post increpacionem lunatici et curacionem accesserunt discipuli ad
Ihesum secreto probabiliter enim timebant discipuli quod ex culpa eorum esset in parte
quod demonium eicere non poterant ideo noluerunt de hoc dominum publice interrogare
sed magis in secreto vel verecundia forte timebant ne graviter reprehendissent quia ac
ceperant et ideo secreto interrogabant Et dixerunt Quare nos non potuimus eicere illud
dixit illis Ihesus propter incredulitatem vestram Intelligendum [illegible] quod eicere quod nos quod
audimus non est simplicitas patientis sed culpa deprecantis [illegible] dicit
quod hoc fuit propter incredulitatem patris igitur non discipulorum Item discipuli
non erant infideles ergo incredulitas patris et si fuit in causa non tamen
totaliter sed eciam hec incredulitas discipulorum Ad aliud dicendum quod dicuntur
increduli non propter defectum fidei sicut inde sed propter remissionem fervoris caritatis
vel ut Hylarius dicit quod domino in monte demorante ipsis cum turba residentibus
fides eorum tepuerat vel dicendum quia ex quo unus petrus trahit in ad
inde est postquam intraverant motum turbationis et invidie contra tres apostolos
qui fuerunt cum domino in monte incurrerunt quendam torporem in fide ex qui
bus sciendum est quod non potuerunt demoniacum curare Amen quippe dico vobis
hic ostenditur facilitas expulsionis primo respectu cuiuslibet demonis
generaliter Secundo [illegible] speciali ibi hoc genus demoniorum dicit
ergo Amen i. veraciter dico vobis si habueritis fidem sicut granum sinapis
Ex hoc arguitur [illegible] quod apostoli infideles erant nam ad granum sinapis secundum
[illegible] semina si non habebant fidem sicut granum sinapis nullam de fide ha
bebant ergo quia non fuit ibi comparacio ad quantitatem seminis sed potius ad
virtutem vel sensus est Si habueritis fidem sicut granum sinapis i. similem
in fervore grano sinapis fidem perfectam grano sinapis comparat quod [illegible]
facie humilis in pectore fervens est [illegible] apparens sed pressum
tacta quod intus latet ostendit vnde Apostolus Si habuero omnem fidem ita
ut montes transferam [illegible] ad hoc faciendum [illegible] magna fides vel
granum sinapis [illegible] purgat Item magis attritum
plus redolet et virtutem [illegible] proprium est sic fides [illegible] errorum
et viciorum superfluitatem expellit Actuum xv fide purificans corda eorum
[illegible] attrita [illegible] odorem [illegible] diffundit [illegible] probatio fidei
vestre speciosior sit auro quod per ignem transsit [illegible] intellectum reddit
[illegible] ad eorum [illegible] in aptitudinem [illegible] intellectum
et obsequium fidei dicetis monti huic dicetis i. dicere poteritis monti
monti huic transi hinc et transsibit [illegible] licet apostolos non legimus montes
transtulisse forte propter carenciam utilitatis, cum miracula data sint ad hominum
utilitatem leguntur tamen hoc fecisse aliquem sanctum patrem in vitis patrum
Apostoli tamen maiora leguntur miracula fecisse virtute fidei et mortuos suscita
tasse et cecos illuminasse et consimilia que non possunt fieri nisi virtute divina
[illegible] vel alibi [illegible] in nomine meo [illegible] credentes [illegible]
vel per [illegible] quod mons hic [illegible] i. dyabolus superbus qui propter
superbiam monti comparatur vel [illegible] in altum mare i. in profundum inferni
Et nil impossibile erit vobis [illegible] si [illegible] i. nulla
i. incommoditas erit vobis insanabilis Matthei nono habetur omnia

Impossibilia sunt credenti. Hoc enim genus demoniorum non eicitur nisi
per orationem et ieiunium. Oratio, qua ex fervore mentis elevatur in deum, et ieiunium,
per quod refrenatur caro, sunt effectus fidei. Sciendum etiam sicut in diversis
corporibus administrandum diversi angeli a deo deputantur et diversorum ordi
num, sic etiam in diversis temptationibus diversi demones diversos effectus
temptationis habent, quia aliqui potissime temptant de divitiis congregandis,
aliqui de honoribus appetendis, aliqui de fornicationibus explendis. Unde aliquis
dicitur spiritus superbie, aliqui spiritus luxurie, aliqui spiritus avaricie. Iste autem
demon habebat potissime virtutem temptandi de vitio carnis, quod vitium
potissime refrenatur per orationem et ieiunium, et per quos demon per talia superatur. Unde
glosa: Ista carnalium voluptatum mutabilitas non vincitur nisi convincitur
nisi spiritus oratione confirmetur et caro per ieiunium maceretur. Ad expulsionem autem
istius exprimebatur in expellente subiectio carnis ad spiritum, que fit per ie
iunium, et elevacio spiritus in deum, que fit per orationem. Alia autem adhuc non erant
in apostolis, quia pro tempore illo non competebat eis ieiunare propter presenciam sponsi,
nec erant adhuc in deum perfecte elevati, quia fuerunt rudes et imperfecti usque post
passionem et receperunt plenitudinem gratie sancti spiritus. Nec eicitur nisi ministrorum
potestate nisi in ordine ministri et in ieiunio et in mente, et hoc obmiserant apostoli,
et sunt circa claves adhibite ad demonem excludendum, sicut adhuc multi
erant eo quod clavibus secundum debitum ordinem utuntur non potuit, quia enim minister
usurpet sibi potestatem divinam et absolutam. Hic dicitur Ieronimus de supercilio pha
riseorum et de superbia luciferi, qui sine merito suam fidem voluit collocare in
summo. Unde Crisostomus dicit: Hoc genus non tantum lunaticorum sed universaliter omnium demo
niorum non eicitur nisi per orationem et ieiunium. Semper diabolus peccatorem inquietat
nisi per penitentiam ad deum convertatur, et quanto magis differtur tanto difficilius
expellitur. Unde Ieronimus: Docens autem apostolos quomodo nequissimus demon possit
expelli, omnes instituit ad vitam, ut sciamus omnia graviora quecumque vel immundorum
spirituum vel hominum temptamenta ieiuniis et orationibus esse superanda. Itaque divi
num et placandum eorum scelerum fuit accensa hoc remedio singulari posse pla
cari. Hic et Ieronimus: Per ieiunium enim sanantur pestes corporis et per
orationem pestes mentis, et cetere quecumque temptationes superantur. Vel per ieiunium
intelligitur declinatio malorum et per orationem operatio bonorum, et accipitur hic ie
iunium generale per abstinentiam non solum ab escis sed ab omnibus temporalibus
delectationibus et vitiis. Unde dicit Augustinus: Perfectum et magnum ieiunium est
non solum a cibis sed ab omnibus iniquitatibus et illicitis voluptatibus seculi
abstinere. Unde Bernardus: Si sola gula peccavit, sola ieiunet et sufficit; si vero
peccaverunt et cetera membra, cur non ieiunent et ipsa? Ieiunet ergo oculus
a curiosis aspectibus et omni petulancia, et bene humiliatus coherceatur, ut in
penitencia qui male liber vagabatur in culpa. Ieiunet auris prurientis a fa
bulis et rumoribus et quecumque ociosa sunt et ad salutem minime pertinencia.
Ieiunet lingua a detractione et murmuracione, ab inutilibus verbis et scurri
litatibus; unde quandoque ob gravitatem silentii ab ipsis que videntur posse necessaria. Ie
iunet manus ab ociosis signis et operibus omnibus quecumque non sunt imperata;
sed multo magis anima ipsa ieiunet a vitiis et propria voluntate sua

Item sine ieiunio hec cetera a domino reprobantur sicut scriptum est in diebus ieiunii vestri ieiunia voluntas vestra non solum autem ab illicitis sed ab ipsis quoque licitis et modice utimini ac sic ea vobis que prius commisistis illicita volumus condonari dicit Bernardus Et secundum Bedam sicut ieiunium generale est eius solum abesse sed a cunctis illecebris abstinere carnalibus ymo et ab omnibus vitiorum passionibus sic et oratio generalis eius solum in verbis est quibus divinam clementiam invocamus verum etiam in omnibus que in obsequium sui conditoris fidei devotione gerimus teste apostolo qui ait sine intermissione orationem ac sola opera gerimus que nos pietati commendent auctori semper eum orat qui semper benefacit et in bono perseverat Hic sunt preter ea quatuor

Dub. a

dubitationes prima utrum diabolus vexet hominem semper et vexatio sit ex peccato Secunda utrum sit aliquod genus demoniorum quod eiici non nisi ieiunio et oratione expellatur Tertio utrum fides propter suam puritatem grano sinapis comparetur Quarto utrum apostoli quasi increduli fuerunt transferri ad primum est dicendum quod ut dicit Origenes invexatus a demone quosdam lunaticos in pectore aspicimus quia quandoque aliquem motus honoris opem apparent quasi et quasi arrepti a demonio quibusdam passionibus comprehenduntur ut a bono proposito recedant quos sic promotos lune paratur et creatorem per creaturam culpabilem faciunt Contingit autem talis vexatio primordialiter ex peccato originali quia ex damno iustitie originalis homo spiritibus malis subiectus eius fuisset penas vel lesiones aliquas ab eis nec per se vel circa tuas recipiendo culpa eius precedente Hic cum primus homo a demonio fuit superatus in persona omnis similis penalitates incurrit ab eo recipere quia a quo quis superatus est eius servus est Unde dicit Crisostomus quod iste puer vexatus a diabolo non peccato suo personali cum ab infantia sua diabolus cepit eum vexare sed solum peccato originali diabolus in eum potestatem accepit Ieronimus vero dicit quod istam vexationem promeruit ex suo peccato actuali unde cum dicitur Christum illum interrogasse refert hanc interrogationem ... et ad puerum eo quod propter peccata sua eius que pudicitia ... sed quod ... addiderat fuisse a demonio oppressus et hic satis concordat dictis salvatoris dicentis tale genus demoniorum eiici eius posse in oratione humilitate et ieiunio castitatis per quod datur intelligi quod demon vexabat istum propter superbie attensionem et propter luxurie submissionem Ideo dicitur quod frequenter eum in ignem et in aquam proicere voluit Theophilus vero ait hunc puerum vexatum fuisse a demone propter infidelitatem patris dicens ideo deum permisisse filium sic vexari ut petendo pater qui erat incredulus filii sanitatem et videndi intercedere potestatem reduceretur ad fidem credendi unde cum Christus sibi dixit petenti Si quid potes adiuva nos si credere potes pater sicut qua omnia possibilia sunt credenti Fide Credo domine adiuva incredulitatem meam de modica ergo et imperfecta fide quam habebat pater istius pueri de Christo quia dicebat si quid potes quasi dubitando reductus est ad perfectam et veram fidem pervenit Agitur vexatio demonum quandoque ex peccato actuali et personali quandoque ex peccato paternali nam omnibus istis modis demon vexabat puerum predictum ut dictum

est Ad secundam dubitationem respondet Crisostomus dicens demoniorum genus 2
posse accipi particulariter et vniversaliter Nam licet demones temptent
homines de omnibus vicijs singulariter tamen aliqui deputati sunt
ad temptandum magis de superbia aliqui vero magis de luxuria
ut dicitur spiritus superbie secundum quod vnum dicitur et prelatum in demo
nibus quia igitur talis lunaticus secundum revolutionem lune gravius de
superbia et magis de luxuria vexabatur a demone Ideo hoc genus demoni
orum lunaticorum non eici nisi in oratione et ieiunio Saluator dixit esse eiciendum
ac si diceret carnalium voluptatum mutabilitas non eicitur nisi spiritus oratione
confirmetur et caro per ieiunium maceretur Si vero genus demoniorum
sumitur vniversaliter tunc tripliciter possit eici a nobis oratione et ieiunio primo
per divine offense satisfactionem secundo per temptationis superationem tercio per
veram meritoriam operationem Dupliciter enim deum offendimus videlicet cum
permittit nos a demone vexari primo ab ipso tamquam incommutabili bono
nos avertendo Secundo nos ad bona commutabilia convertendo et sic
dupliciter deum placamus primo nos ad ipsum convertendo et secundo nos ab
omnibus bonis commutabilibus separando primum facit oratio secundum ieiunium
omne genus demoniorum eicitur a nobis oratione nos ad deum convertente
ieiunio nos a creaturis separante Secundario per temptationis sepa
rationem Nam vniversaliter genus demoniorum nos dupliciter temptat primo per
inordinatum amorem male nos humiliante secundo quia a bona iusti
cie voluntas quia non plus timemus offendere deum quam hominem hunc duplicem
modum peccandi tangit Augustinus super illud modum psalmi incensa igni et
suffossa per fossa volens intelligere timorem male humiliantem et per incen
sa amorem male inflammantem Timor ergo male humilians expellitur
per orationem que nullum facit hominem supra se hic et deum Amor vero semper male
inflammans a nobis expellitur per ieiunium ergo omne genus demoniorum
expellitur a nobis oratione removente et superante timorem humiliantem male
et ieiunio superantem amorem male inflammantem Tercio modo per veram
meritoriam operationem Nam omne verum bonum meritorum consistit in
duobus primo in declinando a malo secundo in faciendo bonum iuxta
illud declina a malo et fac bonum igitur declinatio a malo fit per ieiunium
operatio vero omnium bonorum per orationem omne ergo genus demoniorum eicitur oratione
tamquam bona operante et ieiunio ab omnibus malis declinante Ad terciam 3
dubitationem respondet Ieronimus dicens fidem comparari grano sina
pis propter virtutem non propter quantitatem habet enim granum sinapis virtutem
purgativam purgat enim humorem malum de capite virtutem calefactivam
et probativam Quanto enim plus teritur tanto plus in eo virtutis
reperitur Dicemus ergo quod fides potest ad tria comparari primo ad errorem
cum continuatur et sit habet virtutem purgativam iuxta illud Act. xv
fide purificans corda eorum et sicut argentum non mistitur si mixtum
aurum sic qui mixtum fuerit plumbo vel stanno sic homo non infirmatur
nec polluitur in fide qui contemplatur celestia et spiritualia sicut terrenis
et temporalibus confunditur Unde Cristo cum turbis ascendente in montem
et ibi morem facientem alij discipuli qui cum turbis et populis remanserant

In fide fuerunt confirmati intantum quod cum conjectura post quam demo-
nium non potuerunt eicere audierunt a Christo propter incredulitatem vestram
hoc fuisse simile exemplum habemus Exodi xxxii quando Moyse faciente
moram in monte cum deo statim filii Israel fidem perdiderunt dicentes
Aaron fac nobis deos qui precedant nos hic enim vir Moysi nescimus
quid acciderit multis enim debilitantur in fide per conversationem multorum
et carnalium hominum cum quibus versantur unde Isaias conqueritur quia labia polluta habet
statim causam assignavit dicens quia in medio populi polluta labia habentis
ego habito Secundo fides comparatur ad caritatem qua confirmatur sic habet vir-
tutem miraculosam quia dicente apostolo Si homo habet fidem ita ut ma-
gnam ut montes transferat sine caritate nihil est Tertio si comparatur
ad perfectionem qua probat habet virtutem probativam quam probatur fides perfec-
tione sicut aurum igne Quarto quod fides assimilatur grano sinapis ut sit aliquid
nunquam quantitate quantumcumque habeat parum vel nihil habet Quinto comparatur ad
virtutem sicut dictum est ad quartam dubitationem Sexto dicit Christus dicens hoc
posse exponi secundum sensum spiritualem vel litteralem Spiritualis enim talis est si
dixeritis monti huic id est vel demoni et vel superbo inimico et superbo dyabolo
de quibus talibus scribitur in psalmo Transferentur montes in cor-
maris Transi hinc id est recedas ab hoc corpore obsesso et confestim transi-
bit in profundum inferni et sic montes per apostolos translatos et a corporibus
obsessis demones esse fugatos non solum semel sed pluries legimus et scimus
Secundum litteralem vero sic verificatur istud dictum quatuor modis primo
ut hoc miraculum intelligatur per apostolos esse factum sed non scriptum nam
multa miracula sunt aut per apostolos facta sunt que scripta non sunt Secundo ut
intelligatur tale miraculum facere potuisse sed non fecerunt quia utile et pro-
ficuum non viderunt si tamen utile et opportunum fuisse fecissent Tertio enim in-
telligitur hoc fecisse in persona aliorum sanctorum quorum ipse in personis eorum
nam in vitis patrum legitur et Gregorius recitat in dialogo qualiter sancti
viri ab apostolis et montes fecerunt transferri et saxa magna per [illegible]
dentia eorum precibus sit ligaverunt et deorsum non cadere [illegible] ut istud
intelligatur factum per apostolos cum maiora istis fecerunt quia mortuos su-
scitare cecos illuminare maius est quam facere montes transferri

Conversantibus eis in Galilea dixit illis Iesus filius hominis
tradendus est in manus hominum et occident eum et tercia die resurget
Et contristati sunt vehementer Et cum venissent Capharnaum accesserunt
qui didragma accipiebant ad Petrum et dixerunt ei Magister vester non solvit
tatem tantum secundum per alias virtutes humilitati comparatas que sunt et maiores
humilitate. Item ipsa humilitas est fundamentum aliarum virtutum quia per ipsam magis
removentur impedimenta humane salutis, quod est quando homo in terrenis magnificari
studet. Sic remote homo incipit ad celestia tendere et fundari in celestibus; non sunt
ergo quod magnitudo fundamenti precipue arguitur magnitudo edificii superedificandi. Sic
in proposito quod magnitudine humilitatis arguitur magnitudo felicitatis licet humili-
tas non sit maior inter alias virtutes quia illa que sunt priora generatione
non sunt maiora simpliciter. Item sicut primum procedendi actus est superbire sic
primum accedendi ad deum est se humiliare, ergo racione principii accedendi ad sa-
lutem nobis commendatur. Item nota secundum Anselmum in libro de similitudinibus
sunt septem gradus humilitatis, quorum primus contemptibilem se cognoscere,
secundus de hoc dolere, tercius hoc confiteri, quartus hoc persuadere ut scilicet velit hoc
credere, quintus ut paciens sustineat hoc dici, sextus ut patiatur contempti-
biliter se tractari, septimus ut hoc amet. Secundum glossam vero dicit quod perfecta humili-
tas tres habet gradus. Primus est subdere se maiori et non preferre se equali,
qui est sufficiens; secundus est subdere se equali et non preferre minori, et hic di-
citur habundans; tercius gradus est subesse minori, in quo est omnis iustitia. Scribitur
Item beatus Benedictus in regula sua ponit xii gradus humilitatis, quorum primus est
corde et corpore semper humilitatem ostendere, defixis in terra aspectibus; secundus
ut pauca verba et racionabilia loquatur aliquis non clamosa voce; tercius
ut non sit facilis aut promptus in risum; quartus taciturnitas usque ad interrogacionem;
quintus tenere quod habet communis monasterii regula; sextus credere et pronunciare
se omnibus viliorem; septimus ad omnia indignum et inutilem se confiteri
et credere; octavus confessio peccatorum; nonus per obedientiam in duris et asperis patienter

Implecti debemus ut in obediencia se subdat maiori sicut decet ut voluntatem
propriam non deserat, simplex innocens ut deum timeat et immemor sit omnium
que fecerit. Secundo quia dominus etiam dictam humilitatem commendando omnibus quantum
humilitatem diligat et quanto voluit eam primo premiare eam quanter ut ma
gis pateat quod accepta sit humilitas declarat premium humilibus donandum
dicens Et qui susceperit unum parvulum talem in nomine meo me suscipit. Et dicit
secundum hugonem de vienna quod parvuli id est humiles intrabunt regnum celorum. Et hoc nolite
mirari quia diligo eos quod preterea quod reputo factum quidquid honoris vel
obsequii humilibus exhibetur et hoc est quod dicit Qui susceperit primo in
domo per hospitalitatem Hebr. xiii hospitalitatem nolite oblivisci
Secundo in ore per instructionem Iacobi i In mansuetudine accipite insitum verbum [illegible]
Tercio in corde per devotionem sicut vulgariter dicitur ille bene iacet in corde
meo. Vel sic qui susceperit affectu ad compaciendum affatu ad consolandum
effectu ad sumendum [illegible] ad sufferendum unum. Dicit Nicolaus de Lyra parvu
litatem pro humilitate. Unum vel dicit unum ut notet commoditatem
recipientium [illegible] unum quam plures recipere parvulum talem glosa
intelligit talem secundum puritatem qualis est iste per naturam vel per hoc quod dicit talem ex
cludit fictam humilitatem. Item vel per hoc intelligenda hospitalitate secundum illud
Ecclesiastici xii Da bonis et ne susceperis peccatorem in nomine meo quod additur
propter vanos gloriosos qui aliquem suscipiunt aliquando nomine suo id est ut nominentur
et laudentur quod tales susceperunt aliquem nomine suscepti ut ab eis suscepti
remunerentur. Contra quod dicit Luce xiiii Cum facis prandium noli vo
care [illegible] amicos neque vicinos sicut illi qui suscipiunt aliquem propter parentes
vel parentelam. Me suscipit primo in corde per [illegible] Secundo me
suscipit id est suscipiet in primo per remuneracionem. Tercio me suscipit secundum [illegible]
[illegible] quod [illegible] [illegible] et [illegible] Nicolaus de Lira ma
gna est [illegible] quidquid homo pauperi propter christum facit christo fecisse monstratur
et [illegible] christo et pauperi [illegible] in christo in paupere id est humili et paup
ere in christo [illegible] Et quod amplius est ut christus in homine et homo in christo
[illegible] dicitur apostolus [illegible] Ego sto ad hostium [illegible] christus in homine pati
[illegible] Actuum ix Saule Saule quid me persequeris [illegible] christus in homine et ho
mo in christo letari predicatur Luce quindecimo Congratulamini michi [illegible] dicit
me suscipit ut mentem elevet suscipientium quia dicit suscipiendo non debet
attendere susceptum sed me et ut deprimat mentem susceptorum quia dicit
si suscipitur quis non superbiat ut se putat honorari quia propter me et non
propter vos hoc facimus et ergo susceptus non ascribat honorem sibi nec propter sua
[illegible] sed [illegible] propter quem honor sibi exhibetur quia propter quod unumquodque
tale et id magis | [illegible] scandalizaverit unum de pusillis istis qui in
me credunt expedit ei ut suspendatur mola asinaria in collo eius
et demergatur in profundum maris. Ve mundo a scandalis necesse est enim ut

veniant scandala verumtamen ve homini illi per quem scandalum venit
Hic docet comminationem ad proximum ex parte autem que consistit in duo-
bus primo ne proximo inferatur nocumentum secundo ut ei prebeatur bo-
num sibi enim venit filius hominis salvare primum ibi quia primo admonet
ne proximum scandalizemus secundo ne eum contempnamus ibi videte ne conte-
mnatis primum enim dicit quia primo docet vitare scandalum activum 2o passivum
ibi Si autem manus tua etc Primo dicit quia videbat apostolos ab elevatione
et altitudine ex susceptione honoris quem emulantes se ipsos suscipi-
unt consequenter revocat eos ex pena quam incurrunt ex zelo contenderunt
aut minoribus scandalum posuerunt inquit qui si enim sicut quos
honorant propter deum eundem habebunt etc utique et quem dehonorarent
id est scandalisant ultimam condictam sustinebunt Scandalisat autem quis suo
dicto vel facto minus recto occasionem ruine dat in peccatum ac verbo
vel exemplo impellit in malum Et primo monet vitare scandalum activum
sive alienum et post ea passivum sive proprium Dicit ergo ipsis eos apostolis violate
altitudine de primatu honoris quia ex hoc pusillos et parvulos in civitate
scilicet fideles autem semper ingressos et in Christo natos scandalisabitis et propterea vos
dicuntur pusilli quia a superbia et altitudine se humiliantes patientiam
et humilitate sponte sua pusilli sunt et parvuli qui adhuc sunt in fide infirmi
et de levi ad illicita per mala exempla possunt provocari Tales autem scanda-
lisandi non sunt minores autem cito scandalisant minores autem non faciliter
scandala id est offendicula recipiunt Alio ergo modo scandalisandi per pusillus
dicitur et parvulus et quia nullo scandalisatur ex dicto et facto alterius
in peccatum ruit nisi qui mentem pusillus est quia nullum scandalisatur autem
ex dicto vel facto alterius in peccatum ruit nisi per hoc virtutibus sunt magis
et perfecte virtutes id est robustus in fide et caritate quicquid videt aut
audierit aut passus fuerit non declinat de facili a fide et caritate unde ex
dicto vel facto malo alterius in peccatum ruit quia et in psalmis dicitur non
tantum stabilit unus quidquid ei accidit Scandalum dicitur a scandalon
grece quod est impactum sive ruina Ubi advertendum quod scanda-
lum activum est dictum vel factum minus rectum prebens occasionem alteri ruine Scan-
dalisare autem aliquem est facere eum ruere in peccatum mortale ex dicto vel facto
suo malo et hoc est proprie unde nocumentum ex parte quod est contra
caritatem Et ideo talis faciens aliud sit vere si fiat hoc ex intentione
seu ad intentionem committit mortale vel si dictum vel factum ex genere aliud vere
non est de genere peccatum mortale sicut dicens mendacium cum intentione in-
tentione protrahendi eam ad adulterium est mortale ex intentione finis licet aliquid
sit scandalum vere magis peccatum dicit ergo quam autem scandalisaverit unum ex mul-
tiplici peccat quia plus de pusillis scilicet id est infirmus eam in me credit ut magis

eum Vitandum est scandalum fidelium quam infidelium Item fidelibus ipse per
dans occasionem ruine ab alto fidei in ruinam erroris et peccati infideles autem
imo sunt licet possint in maiorem ruinam ruere Expedit ei ut suspendatur
mola asinaria in collo eius et demergatur in profundum maris loquitur
salvator ad modum terre palastinorum in qua condempnati ad mortem
ligato saxo ad collum precipitabantur in mare quod sequitur ergo est expedit
i. melius est homini per se mori corporaliter quam ex malo exemplo facere alium
in peccatum mortale quia ex hoc incidit mortem eternam que sine proporcione
maior est morte temporali Unde glosa quicumque speciem sanctitatis aut verbo
aut exemplo destruxerit alterius [illegible] ruine in inferno fuit tam
ma proinde eius [illegible] consule expedit ei ut suspendatur et tamen multo
melius est pro culpa suscipere penam quam eternis subire cruciatibus Quidem
indicabit deus his [illegible] mola asinaria est lapis quem revolvebat
asinus aut asinus in rota molendinum hoc etiam de onere peccati per [illegible]
quia expedit ei si peccatori ut suspendatur mola asinaria in collo eius
et demergatur in profundum maris mola asinaria est omnis penitencie mare
est amaritudo contricionis peccatori ergo magis expedit in mola asinaria
i. gravi penitencia demergi in profundum maris i. amore et cordialibus et com
punctionibus quam [illegible] eterne dampnacionis hoc quidem diligenter ad
vitare voluerint eius videbitur eis omnis penitencia que sit valde levis Aliomodo
exponitur secundum [illegible] de pena eterna et per molam istam stulti amatores
mundi quem excecati ut Samsone a philisteis ponitur ad modum mundi et
per [illegible] per mare vero profundum eterna dampnacio designatur Est ergo sensus
eum scandalisavit i. qui sub sanctitatis specie verbo aut exemplo rectos destruxit
melius est i. minus malum esset ut eum sub exteriori habitu ad mortem
tremendam [illegible] constringerent quam sacra officia rectis in culpa [illegible]
quia si solum consideret tolerabilior eum pene tractat cum eum per talem in
habitu religioso ledit multos malo exemplo Aliomodo exponitur secundum
hilarium asinus est gentilis intellectus [illegible] ad molam gentilis [illegible]
lapidem esse igitur quibus christiano per eius scandalum fratris sui perducitur
si remansisset paganus quia eius [illegible] patiuntur in inferno pagani
quam tales christiani Et intelligendum est rectis [illegible] Et sic vitare
scandalum docuit specialiter [illegible] licet sermo sit contra omnes
tamen specialiter contra apostolos dicitur quibus licet de dignitate contenderunt [illegible]
in quo [illegible] quos vocabant ad fidem per suum scandalum perderent Alio
exponitur secundum hugonem de sancto victore moraliter sunt sic pusilli sunt
domus religiosi aut neophiti qui bonum propositum ceperunt propter humili
tatem et novitatem [illegible] nolite timere pusillus
grex [illegible] in [illegible] sit in [illegible] scandalisat pusillos

qui cor eius nec extinguit propositum nec inmoderate crassat vel in contempla
cionis silencio inquietat. Quod prohibet dominus Exo. xxi: Si quis percusserit
pregnantem et abortivum fecerit, reddet animam pro anima. Pregnantem qui [illegible]
duo vel aspero proximum scandalisat et in eo propositum boni extinguit, hic
reddet deo quod expendit in animam eius, i. reddet animam pro anima, i. perire debet
ac si ipse mortaliter peccasset. Dominus non scandalisat pusillos sed ample
xatur eos, ut dicitur Mat. xii unde ysa. xlii: Calamum quassatum non
conteret et linum fumigans non extinguet. Calamus quassatus est aliquis
temptationibus enim contritus quem inmoderate crassat in malo [illegible] sicut conquerit
dicit Ecc. xxxiiii: Cum austeritate imperabitis eis. Linum fumigans est
penitens contritus; fumus enim est compunctio, ysa. vi: Et domus repleta est
fumo. Fumus enim intrat ut [illegible] in domum cordis fumo compunctionis repletur
cum signis magnus fumus ligni est magni hospitis. Deus autem nec cala
mum quassatum conterit nec linum fumigans extinguit, immo conquassa
tos confirmat et contritos sanat, unde ps.: Qui sanat contritos corde et
alligat contriciones eorum. Et Mt. xi: Venite ad me omnes qui laboratis
et onerati estis etc. Qui autem contendit ad impacienciam provocando et caritatis
in eo extinguit igniculum, expedit ut suspendatur in collo eius mola asina
ria. Mola asinaria est timor, unde Deutro. xxiiii: Non accipies loco pignoris
superiorem nec inferiorem molam. Mola superior est spes que animam elevat
et stabilit in sublime, inferior timor deprimens deorsum. Alterum tollit loco pi
gnoris penitenti qui satisfactionis intuitu ei affert spem vel timorem
dum in presumpcione elevat animum relaxando vel in desperatione deicit
animum onerando vel comminendo. Dicitur autem precipue timor mola asina
ria que facit hominem simpliciter reputari deum per timorem multis se subtrahit
nec ad negotia seculi curiosa se ingerit, unde Job xii: Deridetur iusti simpli
citas, lampas. Hec mola collo suspendenda est. Dignum enim est quod collum
quod superbia erigit ut dicitur Job xv: incedit adversus deum erecto collo, timor
humiliat et ab inutili [illegible] refugeat et demergatur in profundum maris, i. cordis,
quod dicitur mare propter profunditatem, unde illud Jeremie xvii: Pravum est cor hominis
et inscrutabile. Expediens enim est ut qui hic est se comprimat per timorem et ad profun
dum cordis [illegible] [illegible] quam superbe [illegible] [illegible] et [illegible] offe
ditur [illegible] dicitur [illegible] est [illegible] in timore quam [illegible] magni et
insatiabiles vel aliter mola asinaria est [illegible] activa [illegible]
Sunt duo in mola, una eminus assumitur et altera [illegible] et duo
[illegible] quia est omnis activi nec contemplativi ad [illegible] assumitur. Dicitur autem activa
mola propter circuitum secularium curarum et curiositate [illegible] que [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] non est ex egipto opus ut faciat [illegible] et [illegible]
Si ergo qui ad contemplacionem aptus non est vel ad aliud exercitium spirituale ex
pedit ut suspendatur in collo eius mola asinaria ut [illegible] ei aliquod [illegible]

tum actiue et demergatur in profundum maris .i. in secularibus negociis
implicetur vnde greg(orius) mola asinaria est actio terrena que dum colla mentis
per stulta desideria constringit hanc in laborum circuitum mittit Sed cum quidam
terrenas actiones deserunt et ad contemplationis studia humilitate postposita
vltra intelligencie vires surgunt et non solum se in errores deiciunt sed in-
firmos quosque a gremio veritatis diuidunt Cum ergo quis de minimis
istis scandalisat melius vt sibi mola azi(naria) etc. et demergatur in profundum maris quia nimirum
peruerse menti expedire esse potuisset vt occupatum mundo terrena negocia ageret
quam contemplationis studio ad multorum perniciem vacaret Vnde iudic(um) xvi Samson
excecatus positus est ad molam vel in vitis istis minime de iudeorum
et maxime de prelatorum et maxime prelatorum pena qui subditos scanda-
lizat Nam vnum collo peccatorum sarcina vel scelera desideria que mergunt interim
tamquam mola asinaria suspenditur vt capite feratur deorsum qui non
extento collo ambulauit et demergatur in profundum maris quod mare
dicit propter multitudinem amaritudinem et insatiabilitatem vnde apocalipsis
Tulit angelus lapidem molarem magnum .i. prelatum qui deberet esse
lapis angularis coniungens duos parietes sed terrenorum amore factus est molaris
vel lapis molaris dicitur tota congregatio malorum qui in circuitu
tenent obuoluuntur et misit eum in mare diuinitus de hoc impetu mittetur
babilon illa magna ciuitas in infernum et quod dicit in precedentibus do-
cuit vitare scandalum actiuum ad decem vitare scandalum passiuum docens ex-
eundo a iudeis peccatoribus a scandalis .i. per scandalis que non tamen vt
apparet .i. eorum vim si esca scandalisat fratrem meum non manducabo carnes
Sed quia possibile domine quero si ita malum est alios scandalisare qualiter
permittit scandala euenire Dicit dominus necesse est enim vt veniant scandala
q.d. si necesse est euenire scandala ergo non est peccatum nullum enim peccatum quod vitari
non potest quia omne peccatum est voluntarium Dicit sanctus thomas quod dicitur necesse est vt
veniant scandala quia sicut non est intelligendum de necessitate absoluta sed conditionata
quia non necesse est prescita vel prenunciata adeo euenire vel necesse est sub conditione
hominum qui sibi a peccatis non cauent Sicut si aliquis medicus videns aliquos
indebita dieta vtentes dicit necesse est tales infirmari quod intelligendum
est sub hac conditione si dietam non vtentur Et sic necesse est vt veniant scan-
dala si homines conuersationem malam non vitent vnde Ieronimus Sicut necesse est inter
frigus ignem calere Alia necesse est vt iniquitas mundi creuerit plenum scan-
dala pariat peccatorum vt caritas pietatis operibus lucrat vel necesse est
.i. vtilitate expediencie Est autem differentia inter vtile et expediens quia vtile
dicitur de bono tantum et simpliciter veritatis vtilitatis vt ad philip(penses) primo
Ne pereamus in eternum vnum est propter fratres .i. vtile patet ergo quod euenire scan-
dala non est vtile cum scandalum de se sit malum Expediens autem di-
citur de bono et eciam de malo non absolute sed inquantum ordinatur in bonum Sic
ergo dicitur necesse est est sensus est et expedit et ... veritatis dicit ordinator

diuine sapientie que et malis nouit uti bona vnde est ergo vtile scandala
i. expedit Primo ut perfecti manifestentur 1 Cor. xi oportet hereses esse ut qui
probati sunt manifesti fiant secundo ut exercitantur boni ad conducendum eisdem
figuratur Iudicum iii hec sunt gentes quas etc. Tertio ut boni pur-
gentur ysa xxviii in virga excutitur Gith est genus leguminis cum
[illegible] de litis sicut hic [illegible] cum omnibus purgantur scilicet
et alia [illegible] eorum [illegible] ut gith ciminum et silicea que de-
purgantur tamen virga etc. quedam purgantur rostro duriori ut tri-
ticum tribulatur etc. sic boni hic quasi in virga purgantur qui
affliguntur a malis Sed reprobi tribulabuntur duriori ferro eterne dam-
pnationis in finali iudicio Quarto ut ignis caritatis accendatur psalmus dicit
supplebitur impius succenditur pauper Quinto ut patria desideretur vbi
nulla sunt scandala figura huius Gen. xxxi cum postquam iacob audiuit
faciem laban etc. mutatam fugit ad patriam Sic malum quod nos hic
premit ad patriam suspirare cogit Sexto ut diuina iusticia appareat in
dampnatione scandalisantium et gloria sanctorum augmentetur psalmus leta-
bitur iustus cum viderit vindictam Sed quia non possit argui sic vnde est
ut veniant scandala non sunt puniendi videtur quod nimio dicens vnde tu
ve scilicet eterne dampnationis homini illi per quem causaliter et in vitio scanda-
lum venit Sed tamen sine peccato euitari potest et quod quod vnde est ut mundo
fiat vitio suo facit ut per se fiat Sed eorum ut ait Cris. vtilitas esse vide-
tur ipsi vero homini illi vnde eos inscios dicit qui ex elatione pretiosi
sunt cum Theophilus [illegible] aliquis Sed vnde est si veniant scandala
tunc deus arguit scandalorum auctores eandem patitur vtilitatis vt malo
est scilicet attende quod vtilitas ista ex libero arbitrio fortius sumit originem vnde
eorum domini qualiter homines mittitur malo et promittit aliquid boni
dicit quod quantum est ex consequenti eorum que videntur vnde est contingere
scandala Et ideo inducenti scandala vedicit et penam ei comminat vbi
etiam Ieronimus Cum vnde sit in isto mundo fieri scandala vnumquisque
vitio suo scandalum patitur Simul que per generalem sententiam peccatis iudas qui
proditori animum preparauit hec Ieronimus Et si aliquis quandoque scandalum faciat
ad tamen redditur ei a deo secundum vtilitatem que inde prouenit sed secundum
vitium que scandalisans intendit Bona sunt crucifixio Christi vnde tamen
bene fecerunt qui eum crucifixerunt Semper iudicat deus opus ex intentione
peccantium non ex euentu commodorum inde prouenientium quia ipse solus
facit et vtiliter disponit ut ait dicit Cris. vel per scandalisantes penam
grauiorem saluantibus adiscit (?) [illegible] eorum cum ante salus esset sibi [illegible]
nos commendatur scandalisantibus tantum penam Et ideo ve illi per quem
scandalum venit quia etiam ad ve alijs prestiterit sicut eorum qui [illegible]
fontem est causa mortis omnium potantium et morientium de eo sic est.
Et de scandalo homines sic dicit Gregorius cunctis suis malis causa

Etiam si illi non sequantur quos probitas pro tantis se exemplum nonne rei
dicitur unde et Crisostomus si coram aut mulier scornatur et ex vultus specta-
torum ad se provocaverit et si nullum inde perimat dampnum iudicium
tamen patietur eternum quia venenum obtulit et si non fuit qui
biberet pulcritudo enim animabus venenum infundit Magnum enim peccatum
est scandalum Et ideo summope est cavendum unde Augustinus magis
peccaverunt qui animas ad peccandum inflammant et deo subtrahunt quam qui
carnem Christi crucifixerunt unde et Isidorus Deteriores sunt qui sine doctrina
sine exemplis vitam moresque corrumpunt bonorum hiis qui substantias aliorum
predia que diripiunt Hic ponuntur sex dubitaciones Prima utrum scan-

Dubia

dalum sit dictum vel factum minus rectum occasionem ruine alteri prebens
Secunda utrum tantum duplex sit scandalum scilicet activum et passivum Tercia
utrum scandalum semper sit peccatum mortale Quarta utrum scandalum activum
possit inveniri in viris perfectis Quinta utrum scandalum passivum sit in
viris perfectis Sexta utrum vitandum sit scandala venire / Ad primam dicendum
quod scandalum multipliciter accipitur primo pro contristacione iuxta illud ad Ro. xiiii
videte ne scandalum i. contristacionem ponatis fratribus vestris Secundo pro scan-
dalisantium punicione iuxta illud Colligent de regno eius omnia scan-
dala et omnes impios scandalum facientes Tercio pro voluntatis contradictione
iuxta illud Vade post me sathanas quia scandalum michi es i. contrarius vo-
luntati Quarto pro ruine sumpta vel data occasione iuxta illud Scis
quia audito hoc verbo pharisei scandalisati sunt Quinto pro ruine
in facto vel recte posicione isto modo accipitur hic quando dicitur quod qui scan-
dalisat unum credentem in Christo expedit ut ligentur saxa in collo demer-
gatur in profundum maris Isto igitur modo scandalum diffinitur quando dicit
Hieronimus quod dictum vel factum minus rectum occasionem ruine prebens alteri
Nam scandalum vocabulum grecum est quod latine impactio pedum dicitur
cum enim aliquis aliquid ponit offendiculi ante pedes alicuius ex quo
impeditur eius iter vel ambulacio scandalum dicitur poni secundum quem
modum omnis qui dicit vel facit minus recte unde proximus eius offendiculum
recipit ut recte ambulet in via dei scandalum dicitur ponere unde secundum
Ieronimum Scandalum dicitur a scandalon grece quod offensionem vel
ruinam vel impactionem pedis dicere possumus Est igitur scandalum dictum
vel factum minus rectum prebens occasionem ruine pro quo sciendum quod sicut
fit in corporalibus sic quandoque contingit in spiritualibus Contingit enim
quandoque quod aliquis obex ponitur alicui in via corporali cui impingens
disponitur ad ruinam Et talis obex dicitur scandalum Similiter
in processu vie spiritualis contingit aliquem disponi ad ruinam spiritualem
per dictum vel factum alterius inquantum s. aliquis sua ammonicione vel
inductione aut exemplo alterum trahit ad peccandum et hoc proprie dicitur

scandalum. Nichil autem secundum rationem propriam disponit ad spiritualem
ruinam nisi quod habet aliquem defectum rectitudinis, nam illud quod
est perfecte rectum magis munit hominem contra casum quam ad ruinam
inducat. Et ideo dicit beatus Jeronimus quod scandalum est dictum vel
factum minus rectum. Et quamvis cogitatio hominis quandoque sit minus
recta vel concupiscentia, tamen quia latent in corde et non proponuntur alteri
ut obex disponens ad ruinam, ideo non habent rationem scandali. Et ideo
dictum vel factum et non cogitatio vel concupiscentia. Item dicitur minus rectum,
ubi sciendum quod minus rectum hic non dicitur quod ab aliquo in
rectitudine superatur, sed quod habet aliquem rectitudinis defectum, vel quia
est secundum se malum ut peccatum, vel quia habet speciem mali, sicut cum aliquis
recumbit in ydolio comedens. Nam licet hoc secundum se non sit peccatum si aliquis hoc
non corrupta intentione facit, tamen quia habet quandam speciem vel
similitudinem venerationis idoli, potest alteri prebere occasionem ruine. Et ideo
monet apostolus i Thess. v: Ab omni specie mala abstinete vos. Et ideo
dicitur minus rectum, ut comprehendantur tam illa que sunt secundum se
peccata quam illa que habent speciem mali. Item dicitur prebens occasionem ruine,
quia nichil potest esse homini sufficiens causa peccati, quod est spiritualis ruina,
nisi propria voluntas. Et ideo dictum vel factum alterius hominis potest
solum esse causa occasionalis inducens ad ruinam. Et propter hoc non dicitur
dans causam ruine sed occasionem, que signat causam imperfectam. Ad secundum dubi-
tationem dicendum est quod scandalum est duplex, scilicet activum et passivum. Pro quo
sciendum quod dictum vel factum alterius potest esse alteri causa peccandi dupliciter:
uno modo per se, alio modo per accidens. Per se quidem quando aliquis suo malo verbo vel facto
intendit alium ad peccandum inducere, vel etiam si ipse hoc non intendat,
ipsum factum tamen tale est quod de sui ratione habet quod sit inductivum ad
peccandum, puta cum aliquis publice facit peccatum vel quod habet similitudinem
peccati, et tunc ille qui huiusmodi actum facit dat proprie occasionem ruine. Unde vocatur
scandalum activum. Per accidens autem aliquod verbum vel factum unius est alteri
causa peccandi quando et preter intentionem operantis et preter conditionem operis
aliquis male dispositus ex huiusmodi opere inducitur ad peccandum, puta
cum aliquis invidet bonis aliorum, et tunc ille qui facit huiusmodi actum
bonum vel rectum non dat occasionem ruine quantum in se est, sed alius sumit
occasionem, secundum illud Ro. vii: Occasione autem accepta etc. Et ideo hoc scandalum
dicitur passivum etiam sine activo, quia ille qui recte agit quantum est
de se non dat occasionem ruine quam alter patitur. Sciendum quod quandoque
contingit quod simul sunt scandalum activum in uno et passivum in altero,
puta cum ad inductionem unius alter peccat. Quandoque vero est scandalum activum
sine passivo, puta cum aliquis inducit verbo vel facto alium ad peccandum

et ille non consentit. Quandoque vero scandalum passivum sine passio
activo ut supra dictum est. Ad tertiam dicendum quod tam scandalum
activum quam passivum potest esse peccatum mortale et veniale. Mortale quidem est
quando aliquis dicit vel facit coram alio proximo quod de se est peccatum
mortale et de se est aptum natum est in passionem ponere in via dei
ut fornicari furari et alia huiusmodi et talis passio vel scandalum
activum mortale peccatum est et commutatio est in tali scandalum passivum
mortale similiter. Dato tamen quod operatio de se non esset mortale peccatum esset
tamen in dicto vel facto aliqua corruptio vel inordinatio si aliquis pro-
pter aliquem ex hoc scandalizatur et contempnit vel negligeret salutem
eius puto quod esset mortale quia contempnere proximi salutem est contra
caritatem. Sed quando aliquis non dicit vel facit aliquod quod de se non
sit peccatum mortale puta iocose mentiri etc. tamen est peccatum tale di-
ctum vel factum eo ipso quod inordinatum sed ex hoc eius contempnatur
scelus proximum puto quod tale scandalum activum sit veniale et commu-
tatio in tali opere scandalum est passivum similiter veniale. Ad quartum
videtur scandalum activum proprie est cum aliquis aliquid tale dicit vel
facit quod de se et tale est vel natum sit alium inducere ad ruinam
quod quidem est solum id quod inordinate fit vel dicitur. Ad perfectos autem pertinet
ea que agunt secundum regulam ordinare secundum illud 1 Cor. 14 omnia
honeste et secundum ordinem fiant in vobis. Et precipue cautelam
telam adhibet in hiis in quibus non solum ipsi offenderent sed etiam
aliis offensionis parent. Et si quid in eorum manifestis dictis vel factis
aliquid ab hac moderatione desit hoc provenit ex infirmitate humana secundum
quam a perfectione deficiunt non tamen intantum deficiunt ut multum ab ordine rationis
recedant sed modicum et leviter quod non est tam magnum ut ex hoc rationabiliter
possit ab alio sumi peccandi occasio etc. patet videtur. Et si quis dicit pas-
sio est effectus actionis sed ex dictis vel factis perfectorum aliqui scandalizantur
ut patet Matth. 15. Scis quia pharisei audito hoc verbo scandalizati sunt ergo
in perfectis invenitur scandalum activum. Videtur quod scandalum passivum
semper causatur ab aliquo activo scandalo alterius sed nunquam qui scandalizatur
quia se ipsum scandalizat. Item petrus post acceptum spiritum sanctum in sta-
tu perfectorum erat et tamen postea gentiles scandalizavit. Unde apostolus ad
Galatas 2 dicit cum vidissem quod non recte ambularet ad veritatem evangelii
dixi Cephe i. petro coram omnibus si tu cum iudeus sis gentiliter
vivis quomodo ergo gentes cogis iudaizare. Ergo scandalum activum invenitur
in viris perfectis. Videtur secundum b. augustinum petrus quidem peccavit et repre-
hensibilis fuit subtrahendo se a gentilibus ut vitaret scandalum
iudeorum quia hoc incaute aliquatenus faciebat ita quod ex hoc gentiles

ad fidem commissi scandalisabuntur non tamen fuit peccatum petri eius tam
grave peccatum quod inde alii possint scandalisari vel paciebantur scan
dalum passivum non autem erat in petro scandalum activum Secundo quod scan
dalum activum potest esse quandoque peccatum veniale sed peccata venialia possunt esse in
viris perfectis ergo non scandalum activum Videtur quod peccata venialia perfectorum
precipue consistunt in subitis motibus qui cum sint sint occulti scan
dalisare non possunt Sed aliqua exteriora peccata committere illa tamen levia sunt
ut de se scandalisandi virtutem non habeant Ad quintam dubitationem 7
dicitur Scandalum passivum importat quandam commotionem animi a bono
in eo qui patitur scandalum in illius autem commovetur qui rei immobili
inheret firmiter maiores autem et perfecti soli deo inherent cuius est immutabilis
bonitas quia et si inhereant suis prelatis non inherent eis nisi inquantum
illi deo inherent secundum illud Cor. xi imitatores mei estote sicut et ego cristi
Vel quantumcumque videant aliquem inordinate se habere in dictis vel factis
cristi a sua rectitudine non recedunt secundum illud psalmi Qui confidunt in
domino sicut mons syon non commovebitur in eternum Et ideo in hiis qui
perfecte deo inherent per amorem scandalum non invenitur secundum illud ps. pax
multa diligentibus legem tuam et non est illis scandalum Vel secundo
quod scandalisatur proximus et maiores eius scandala non recipiunt
Unde dominus dicit qui scandalisaverit unum de pusillis Sed quod [illegible]
sunt maxime perfecti et tamen dixit petro scandalum mihi es [illegible]
ergo multo magis alii minus perfecti possunt scandalum pati Dicendum quod scandalum
ibi large sumitur pro quolibet impedimento vel deus petro dixit scandalum mihi
es i. impedimentum quia intendebat eius propositum impedire circa passionem suam
eiusdem Et si quis contra scandalum passivum est in perfectis aliquos quod alium contra
viam spiritualem opponitur sed viri perfecti possunt etiam in processibus spiritualibus
impediri secundum illud i Thess. ii voluimus venire ad vos Ego quidem paulus
semel et iterum sed impedivit nos sathanas ergo perfecti viri possunt scandalum
pati Dicendum quod in exterioribus actibus perfecti viri possunt impediri sed interiori vo
luntate predicta vel facta aliorum non impediuntur quin semper in deum ten
dant secundum illud Ro. viii neque mors neque vita poterit nos separare a caritate
cristi Secundo dicitur quod in viris perfectis possunt perfecta venialia inveniri peccata sunt id
Ad primo Sed dixerimus quod peccatum non habens sed scandalum passivum non est
peccatum mortale sed tamen quandoque veniale ergo scandalum passivum potest inveniri
in viris perfectis Videtur quod perfecti viri ex infirmitate carnis incurrunt interdum
in aliqua peccata venialia non autem quod aliorum dictis vel factis scandali
santur sed aliquam commotionem scandali sed potest esse in eis quedam appropinquatio ad
scandalum secundum illud ps. mei pene moti sunt pedes ad suspectum est [illegible] 6

Christus tripliciter ostendit scandala venire et necessaria et nichilominus
ut aut tollit libertatem arbitrii primo quantum ad dei certam provisionem
nam illa que de sui natura sunt contingentia eo quod sunt provisa
a deo necessaria sunt scandala ergo evenire necesse est non simpliciter sed ex
provisione dei et tale necessarium in nullo repugnat libertati arbitrii
quia non ideo evenit quia previsum est a deo sed ideo quia venturum
est prescitum et previsum est a deo evenire tibi futurum sicut predicta sunt nota
Secundo quantum ad finis consummationem nam supposito quod talis finis
et talis utilitatis debeat consequi ex supervencione scandalorum puta
quod per sancti perfecti manifestentur in eorum approbatione eorum necesse est et utile
est quod scandala veniant quia ex hoc mali scandalisant bonos eos
factis persequendo et verbis comminando si in talibus boni non rece-
dunt nec commoventur manifestatur eorum constantia que prius
erat ignota secundum quem modum loquitur apostolus primo ad Cor.
dicens quod necesse est hereses esse .i. utile ut qui probati sunt manifesti
fiant in nobis est ergo necesse venire scandala quantum ad finis consecu-
cionem que non tollit libertatem arbitrii Tertio quantum ad hominum condicionem
ex hoc enim scandala sunt quia condicio pravorum talis est quod semper dicant
aut faciant illa per que aliquis det impedimentum ut prebeatur obsta-
culum ad recte ambulandum in via dei stante igitur tali condicione
quod pravi homines eorum vitam non corrigant sed magis per eorum malam vitam
vel doctrinam alios inficiant necesse est ut scandala veniant sicut si
medicus videat aliquos homines mala dieta et malo regimine semper
uti bene potest dicere necesse est tales homines infirmari quod intelligendum
est tali condicione stante quod eorum dietam non mutent Talis tamen
necessitas non tollit libertatem arbitrii Si autem manus tua vel pes tuus
scandalisat te abscide eum et proice abs te bonum enim tibi ad vitam
ingredi debilem vel claudum quam duas manus vel duos pedes habentem
mitti in ignem eternum Et si oculus tuus scandalisat te erue eum et proice
abs te Bonum est tibi cum uno oculo in vitam intrare quam duos oculos
habentem mitti in gehennam ignis/ Deinde quia egit de scandalo activo
quod fugiendum prohibens ne scandalisemus videntes vel credentes Hic
agit de scandalo passivo quod vitandum monens ut caveamus scanda-
lisantes quia sepe non vel parum distat inter scandalisare
et falli vel scandalisari et falli cavendum est igitur ne quis
scandalisetur ab altero vel a seipso Aliquis autem potest prebere materiam scan-
dali tripliciter aut per adiutorium quod signatur per manum aut per sustentamentum
quod per pedem aut per consilium quod per oculum Secundo vero quod aliquis
prebet sibi materiam scandali per se vel per actionem propriam que per manum

Vel p affectum que pedem vel cognitorum que poculum designat. Ad fugie
dum ergo peccatum scandali inducit methaforam membrorum et argumentum
tum quod est peccatum scandalisantum quod si nobis sint coniuncti et propinqui ut
carissima membra corporis ita quod sint nobis utiles ut manus et pes
vel ut oculus quod ipsi qui sic scandalisantur et offenduntur tunc penitus
omnino nobis relinquendi et fugiendi sunt. Dicit ergo Si autem manus tua
i. adiutor tuus quantumcumque tibi utilis quem propositum est manus ministrat atque per te
operatur et adiutorium impendit et quem te sicut dextera tua defendit vel
pes tuus i. decursor tuus qui in usus tuos discurrit et te in labore
ore vel solitudine supportat et ut pes infirma tua portat scandali
sat te i. ledit te in causa anime abscide eum quo ad affectum ad ipsum non
pendo et proice abs te quo ad effectum scilicet societatem eius devitando et maxime
si castigare non potes et est sensus premissorum in summa societas amicorum
vel utiliorum que tamen quantumcumque videatur utilis est tamen presidenda
et removenda et si sit occasio criminis anime tue melius est enim sine huiusmodi
amicis vel utilibus esse in paradiso quam cum tales et pessimos esse in inferno quia
enim est quod contra salutem anime eternum diligere eum Cassiodorus iusticia non prez
non invenit sicut non accipit solum personam solum deum consideras et attendit
Unde omnem ergo affectum carnalem et separatum a te si maior et potentior
es si minor separare ab eo et inquantum potes devita societatem eius quia ta
fugare nequimus vel enim tam nocuum est propter penitosa societas et ideo
in emendabiles quantumcumque amici nobis vitandi sunt ne si tu perditus
in eos vita per eorum fore volumus simul in futurum cum illis peccatis nos
melius est ut propinquitate et emolumentis carnalibus careas quam dum vis tu
os lucrifacere cognatos et amicos causas eternas innumeras nec non filios
uxor non filii non amici non omnis affectus qui nos excludit per a regno
celorum. Aon dum persona sicut commisimus credentibus quod sibi noceat
vel in quo solicitetur animus ac sepe temptetur melius est vitam solitudinem
ducere quam ab vite peritus vitam aeternam perdere melius est solum salvum
fieri quam per eum cum pluribus licet perire Et etiam quod si contingat quod talis ipso
separatur quod eius mala suadentibus non consentitur Bonum est tibi i. melius
positum per comparationem ad ea ingredi scilicet debilem i. solitarium sine ad
iutore vel claudum i. sine perito vite socio quam duas manus i. multos ad
iutores aut duos pedes i. multos socios habentem mitti in diem mortis
in ignem eternum de quo ista ultra sequitur non extinguetur Et marci
ix Si te manus pedes filius frater et ceteri propinquitates scandalisant abscide eos
a te melius enim tali et tu deo regnare sine pre ceteris et propinquis quam per eum
cum eisdem Et si oculus tuus scandalisat te i. aliquis homo providens
in consiliis et huiusmodi pro temporalibus acquirendis consilio et dispensatio

q[uia] sicut ocul[us] viam ostendit sic consiliari[us] quid agendu[m] sit patefaciat Et
si talis maliciose te a via dei trahit et ad illicita que[que] ducit ut sunt lucra
illicita usure furta mendacia fornicationes et consilia Si ergo iste ocul[us]
scandalisat te id est provocat te in errorem duce[n]do erue eu[m] et proice abs te psalmus
Dirumpam consilia eoru[m] etc Bonu[m] est tibi cu[m] uno oculo scilicet spiritualis
consiliarii ad vitam ingredi q[uam] duos oc[u]los habentem scilicet unu[m] spiritualem
bene docentem aliu[m] temporalem seducentem mitti in iehennam ignis Nota
si Wilh[elmus] supra describit a scandalis exitibus sic decret a scandalis intentionibus
Et hoc scandalum intrinsecu[m] est Interdu[m] oculus scandalisat id est bone
operationi intentio viciosa mixta se ingerit Interdu[m] manus scandalisat
cu[m] nos a bonis operibus per alia opera contraria voluntas retrahit Interdu[m]
pes cum de virtute in virtutem ascendere desideram[us] et in aquo dat pede[m]
pusillanimitatis impedimentu[m] De hoc oculo Mat vi Si oculus tuus simplex
fuerit id est intentio pura et recta totu[m] corpus tuu[m] id est congeries operu[m] tuoru[m]
lucidu[m] erit De manu Ecc[lesiastici] vii extende manu[m] per omnia tua etc De pede ps In
tingatur pes tuus in sanguine Hec si scandalisat erue Et ubi aut si nec coherere
si abicias si resistas recessit Due manus sunt due operationes scilicet exterior et interior
opera exterior[a] propter scandalu[m] ad tempus dimissionis interne extrema caritatis di
mittenda sunt sed non interiora secundum magistrum in iiii dist. ... dampnat per hoc
quibus talis scandalisetur Duo pedes sunt duo affectus scilicet carnalis seu
naturalis et spiritualis sive caritatis Unus propter scandalum carnalis voluntas
est sed non spiritualis Duo oculi due intentiones id est propter deum et propter proximum
si scandalisat te intentio propter proximum abscindenda est Secundum vero ... ideo
Dominus in additione loquitur dicens Si dextera manus tua scandalisat te abs
cide eam et proice abs te expedit enim tibi ut pereat unum membrorum tuorum quam
totum corpus tuum eat in iehennam Per manum dexteram adiutor strenuus
in[ter]nis sive negocia etiam in bono et bona intentione adiuvans et si te
scandalisat id est dat tibi occasionem cadendi in peccatum abscide eam id est fuge
et relinque quia melius est ut unum membrum tuum pereat non in se sed
quo ad te Sicut illud pure dicitur quod sine officium ... vero admi
strat Et loquitur de dextro et non de sinistro ut ostendat quanta dili
gentia scandalum sit vitandum Si enim ille fugiendus est qui in bo
no adiuvans prebet occasionem scandali quantomagis ille qui in pravo
exemplo proximum trahit ad ruinam Similiter ibi loquitur de oculo dextro
ocul[us] dexter consiliarius spiritualis habet scilicet qui in errorem ducit et fugiendus est
vel oculus dexter sunt parentes quos diligis ut oculum vel de dilecto dicitur
ille est oculus meus Si scandalisat te impediendo te in progressu cultus
divini abice eos Deut xiii Ne filios nescierit et Et vione domus
ponit duo verba circa scandalum oculi mittitur scilicet manus pereat per primum sequendo
dimittit iusticiam que secere pinnet scandalos ideo dicitur pessime mittitur

Dubia

Ve et secundum autem communiter peccat signat hominis libertatem quam sponte per peccatum
scandali cadit in gehennam. Hic sunt sex dubitationes. Prima utrum scandalum
sit peccatum. Secunda utrum sit speciale peccatum. Tertia utrum bona spiritualia propter scan-
dalum sint dimittenda. Quarta utrum intrare religionem et dare elemosinam
sit scandalum propter dimittendum. Quinta utrum solum tria sint que propter scanda-
lum dimittenda non sunt. Ad primam dicitur ut dictum est duplex est
scandalum scilicet activum in eo quod scandalizat dans occasionem ruine et passivum
in eo qui scandalizatur. Unde scandalum passivum semper est peccatum in eo qui scan-
dalizatur. Non enim scandalizatur nisi inquantum aliqualiter ruit spirituali
ruina que est peccatum. Potest tamen esse scandalum passivum sine peccato eius ex
cuius facto scandalizatur aliquis sicut cum aliquis scandalizatur ex
hiis que alius bene facit. Similiter etiam scandalum activum semper est peccatum
in eo qui scandalizat quia vel ipsum opus quod facit est peccatum vel etiam si
habet speciem peccati dimittendum est semper propter proximi caritatem de qua con-
quisque tenetur saluti proximi providere et sic qui non dimittit agit contra
caritatem. Potest tamen esse scandalum activum sine peccato alterius qui scandalizatur. Secundo dicitur quod
scandalum importat quandam impactionem secundum quod quandoque impingit cadit
ymo scandalum quod est casus spiritualis esse sine peccato. Videtur quod nullum impe-
dit spiritualiter nisi retardetur aliqualiter in processu in via dei et hoc saltem
sit per peccatum veniale etc. Secundo dicitur scandalum passivum non potest esse
speciale peccatum quia ex dicto vel facto alterius aliquem ruere contingit secundum
quodcumque genus peccati. Verum hoc ipsum quod est occasionem peccati sumere ex dicto vel
facto alterius specialem rationem peccati constituit quia importat specialem defor-
mitatem speciali virtuti oppositam. Scandalum autem activum potest accipi dupliciter per se
et per accidens. Per accidens quidem quod est preter intentionem agentis ut puta cum
aliquis suo dicto vel facto inordinato non intendit alteri dare occasionem
ruine sed solum sue satisfacere voluntati et sic etiam scandalum activum non est
peccatum speciale quia quod est per accidens non constituit speciem. Scandalum autem
activum per se scilicet quando aliquis suo dicto vel facto inordinato intendit alium
trahere ad peccatum et ex intentione specialis finis sortitur rationem specialis
peccati. Finis enim dat speciem in moralibus ut sicut furtum est speciale
peccatum aut homicidium propter scandalum speciale nocumentum proximi quod intenditur
etc. et scandalum est speciale peccatum propter hoc quod intenditur speciale nocumentum
proximi et opponitur directe correctioni fraterne in qua intenditur specialis no-
cumenti remotio. Ad tertiam dicitur. Cum hic non sit locus de scandalo
activo quia scandalum activum est dictum vel factum minus rectum. Unde autem cum
scandalo activo est faciendum sed autem intenditur de scandalo passivo tunc considerandum
est quid sit dimittendum ne alius scandalizetur. Est autem in spiritualibus
bonis distinguendum. Nam quedam horum sunt de necessitate salutis

que preter mitti non possunt sine peccato mortali manifestum est autem quod nullus
debet mortaliter peccare ut alterius peccatum impediat quia secundum ordinem caritatis
plus debet homo suam salutem spiritualem diligere quam alterius et ideo ea que sunt
de necessitate salutis non sunt omittenda ut alius scandalizetur circa ea
vero que sunt spiritualia bona que non sunt de necessitate salutis et hoc iterum
est distinguendum quia scandalum quod ex eis oritur quandoque ex malitia
procedit cum scilicet aliqui volunt impedire huiusmodi spiritualia bona scandala con-
citando et hoc est scandalum phariseorum qui de doctrina Christi scandali-
zabantur. Et tale contempnendum est et non vitandum sicut dominus docuit
Mathei xv. Quandoque vero scandalum procedit ex infirmitate vel ignorantia
et huiusmodi est scandalum pusillorum propter quod spiritualia bona sunt occultan-
da vel quandoque etiam differenda ubi periculum non imminet quousque reddita ratione
huiusmodi scandalum cesset. Si autem post redditam rationem huiusmodi scandalum duravit
videtur ex malitia esse et tunc propter ipsum non sunt spiritualia bona et opera dei
omittenda. Sed contra(?) [illegible] confessionem sacra doctrina vel maxime spiritualis
sed ab ea est cessandum propter scandalum secundum illud Mathei viii nolite sanctum dare cani-
bus neque mittere margaritas ante porcos. Ergo spirituale bonum est etiam propter
scandalum dimittendum. Respondeo circa doctrinam duo sunt consideranda scilicet veritas
que docetur et ipse actus docendi. Quorum primum est de necessitate salutis ut scilicet
contrarium veritati non doceat sed veritatem secundum congruentiam temporis et personarum
proponat ille cui incumbit officium docendi et ideo propter nullum scandalum quod
sequi videatur debet homo pretermissa veritate falsitatem docere. Sed ipse actus docendi
inter spirituales elemosinas computatur et eadem ratio est de doctrina et aliis operibus
misericordie. Ubi sciendum quod opera misericordie quamvis absolute non sint de necessitate
salutis sunt tamen ideo per quod perfectio provenit ad salutem iuxta illud prima Cor. xii
Emulamini carismata meliora. Et ideo propter scandalum non sunt simpliciter
omittenda sed sunt quandoque occultanda vel differenda propter scandalum pu-
sillorum quousque ratio sibi reddita. In tertiis autem scilicet bonis in complexione
operum que est de necessitate salutis sicut in hiis quibus ex debito imminet de-
fectibus aliorum subvenire vel in temporalibus puta pascendo esurientem vel
in spiritualibus sicut docendo ignorantem sive quia sunt debita propter officium
iniunctum sicut in prelatis sive propter necessitatem indigentis et sunt eadem ratio
est de hiis sicut de illis que sunt de necessitate salutis. Queritur secundo utrum
temporalia bona sint propter scandalum dimittenda. Respondeo quod circa temporalia bo-
na designandum. Sunt enim quedam que sunt nobis ad conservandum
per alios commissa sicut bona ecclesie committuntur prelatis et bona communia
rei publice rectoribus et talium conservatio sicut et depositorum imminet
hiis quibus sunt commissa ex necessitate. Et ideo non sunt propter scandalum
dimittenda sicut nec alia que sunt de necessitate salutis. Quedam vero alia

Thomas cantuariensis repetiit res etiam cum scandalo regis. Tempo-
ralia vero quorum nos sumus domini dimittere ei tribuendo si penes nos
ea habeamus vel non repetendo si apud alios sint propter scandalum.
Credendo quoque vero debemus quando vero non. Si enim scandalum ex hoc oriatur
propter ignorantiam vel infirmitatem aliorum quod dicitur scandalum pusillorum
tunc vel totaliter dimittenda sunt temporalia vel aliter scandalum est sedand-
um scilicet per aliquam admonitionem secundum beatum Augustinum. Aliquando enim scandalum na-
scitur ex malitia quod est scandalum phariseorum tunc propter eos qui sic scan-
dala concitant non sunt temporalia dimittenda quia hoc nocet bono communi
et per hoc daretur malis rapiendi occasio et noceret ipsis rapientibus qui re-
tinendo aliena in peccato remanerent. Hec omnia sanctus Thomas. Ad quartum
est dicendum quod questio est dubia propter verbum Jeronimi quod dicit super
illud psalmi Ve homini illi per quem scandalum venit quod quandoque potest
sine peccato pro minorum scandalo vitari. Et planum est autem quod vitare religionem
et facere opera supererogationis sine peccato homo potest dimittere. Cum igitur pa-
rentes scandalizentur de introitu filiorum in religionem videtur quod propter
eorum scandalum vitandum hoc dimittere. Et ex quo sine peccato licenter introi-
tum dimittere potest. Sed contra Jeronimus dicit contrarium ad Eliodorum. Si
[illegible] aut licet parvulus ex collo pendeat licet sparso crine et sciss-
is vestibus et ubera quibus te nutrierat ostendat licet in limine pater iaceat
per calcatum perge patrem siccis oculis ad vexillum crucis evola. Unde
est igitur quod cum opera supererogationis possint fieri sine transgressione pre-
ceptorum divinorum puta quod dimittenda non sunt propter scandalum parentum
vel aliorum quia et si talia non sint de necessitate salutis per modum precepti
cogentis sunt tamen de necessitate salutis per modum immediate dispositi-
onis promoventis. Cum ergo subventio parentum sit preceptum divinum si pa-
ter et mater possent vivere sine filio vel per alios possunt eorum indigentie
subveniri in tali casu propter eorum scandalum filius introitum religionis
dimittere non debet. Sed sine eius presentia parentes vivere et sustentari
non possunt tunc quod ad vitandum tale scandalum filius introitum religionis
et alia opera supererogationis debet dimittere. Et secundum hunc triplicem
modum verba Jeronimi intelligenda sunt. Ad quintum est dicendum
quod precepta dei propter scandalum pusillorum dimittenda non sunt. Omnia
autem precepta vel nos ordinant ad deum vel ad proximum vel ad nos ipsos.
Primus de dilectione nostri nobis precepta data non fuerunt quia nemo
dicente apostolo carnem suam odio habuit sed naturaliter nutrit et fovet
eam. Ubi ergo dimittere doctrina veritatis transgressores essent preceptorum

Que nobis nos ordinant in deum eo quod per doctrinam fidei ordinamur
in deum. Si vero dimitteretur iusticie veritas transgressores essemus
preceptorum que nos ordinant in proximum quia per iusticiam in pro-
ximum ordinamur. Sed si dimitteretur vite bonitas vel sanctitas essemus
transgressores preceptorum per que deberemus ordinari in nobis ipsis.
Igitur doctrine veritas iusticie veritas et vite bonitas propter ista propter scan-
dalum proximorum vitandum dimittenda non sunt secundum Ieronimum.

Sexto queritur utrum licitum sit alicui membrum aliquod abscidere
ne scandalum patiatur. Dicendum quod membra corporis sunt a deo data et ideo
non est in potestate alicuius persone abscidere sibi membrum sicut nec se
ipsum occidere sed semper hoc est illicitum singulari persone nisi in casu
quo si aliquod membrum ipsius sit corruptum est in periculum totius corporis
quia continue committitur tunc sine corporis ... licitum est sibi per se
vel per alium aliquod membrum abscidere ne pereat totum corpus et eodem modo
licitum est ei qui tenet locum iusticie publice vel officio homines mutilare
pro conservatione iusticie et civitatis. Sed propter peccatum evitandum non est
alicui licitum sibi abscidere membrum aliquod. Tum quia per hoc non ex-
cluditur corruptio interior in qua consistit peccatum. Tum quia per aliam viam
potest melius obviari peccato per orationem et liberum arbitrium cohibendo membra
a peccati executione. Ideo debet manus abscidi inquantum prohibetur ab illi-
cito actu quia manus abscisa non peccat. Et eodem modo exponendum
est de aliis membris etc.

preptorum que nos ordinat in ptim qz p iusticia in pri
mis ordinant Sz si dimittentur vite bonitas vel scitas es
send transgressores preptorum p que deberemus ordinari in
nobisipsis licz doctrine veritas iusticie equitas et vite
bonitas pfecta ppt scandalum proximorum vitandi dimittenda
no sint scdm Jeronimum Sexto quint v licitum sit alicui
mebru aliqd abscide ne scandalum pariet Dicendum qd mebra
corporis sint adeo data et io no est in ptate alicuius psone
abscidere sibi mebrum sic nec semp occider sz semp sit est
illicitum singlari psone nisi in casu qn si vnu menbre
ppr sui corruptonem est in piculu totius corporis quia vnicuiqz
committitur cura sui corporis ideo tunc licitum est sibi p se vel per
aliud vnu mebrum abscider ne peat totu corpus et eodem
licitum est ei qui tenet locum iusticie publice interfice hoiem
vel mutilare p conservatone iusticie et ccitatis Sz ppr pctm
euitandum no est alicui licitum sibi abscider mebrum aliqd
Primo qz p hoc no excluditur concupia interior in qua viget
pctm qz tn ep p alia viam pt melius obviari pcto p
ronem et liberum arbitrium cohibendo mebrum a pcti exercitio
Et debet manus abscidi inqntum prohibetur ab illicito
actu qz manus abscisa no pt ager et eodem exponendum
est de aliis mebris

Videte ne contempnatis vnum ex hiis pusillis Di
co enim vobis quia angeli eorum in celis semp vi
dent faciem patris mei qui in celis est Sz quia sal
uator docuit scandalizantes esse vitandos hic ondit ita
deuitatonem hominum discretonem esse habendam ne indi-
screte quoslibet vitemus Ita enim quosdam homines vitare
debemus vt tn neminem ex eis ledamus sz ipsorum salutem que
ramus Dicit ergo videte scilicet Quamuis p scandalis homines rep
hendendus est affectus querite tn salutem infirmorum quantum
potestis Sic enim precipio seueritatem dimittendi omne cari
tatis de abscide abice vt tn admisceatur clemencia vt eorum
queratis salutem sz si in malis psisterent melius est solum
saluari quam pire cum multis Et ergo si oculus tn scandalizet proi
ice eum non ex odio vel contemptu Sed videte id est diligent
attendite ne contempnatis id est contemptibilem et salute in-
dignum reputetis vnum ex hiis pusillis id est no solum beli perde

Dicendum

Venit n filius hois saluare qd perierat

Vel manum sive caput quecumque aliud quantumcumque vilem. Velut vide
te ne contempnatis etc. Et attendite diligenter ne desperatione
salutem pusillorum eos scandalisando et occasionem eis prebendo
Nam ut supra dictum est Expedit ei ut sibi appendatur mo
la asinaria etc. Non enim illorum salus despicienda est quorum
salutem angeli procurant. Tunc non dicas ille est faber vel
sutor vel agricola, quia angelus quibus commissi sunt viles
tua reputatione venerabiles sunt. Quare ergo contempnis qui
apud deum tam preciosi sunt. Pusillus enim hic homo despe
ctus conditione factus quia parvus vel deformitate nature quilibet
turpis dicitur. Et ex quo isti ab angelis non contempnuntur
qui nobis digniores sunt Ideo nec nos eos contempnere debemus
Dico enim vobis. Causam subiungit, quia angeli eorum scilicet pusillorum
qui eis deputati sunt ad custodiam. Verus magna dignitas
animarum, ut unaquisque habeat ab ortu sue nativitatis angelum
in custodiam sui deputatum. Preterea Angelis suis deus mandavit
de te. Semper vident in visione dei maiora perfruuntur. Et
contra demones mittuntur quo ergo perfruuntur. Unde Beda dicit
angeli exterius ad nos mittuntur et sibi explent misterium
ut nunquam intus desinit a deo per contemplacionem mittuntur ad
hominum salutem. Et hii semper vident faciem patris et ma
quotiens missi veniunt semper intus sunt. Et per hoc est dis
tinctus duplex. Et angeli habent duplicem motum unum circularem
quo in ipsum qui sine fine est feruntur Alium rectum quo
dicuntur administratorii spiritus. Habent enim angeli duplicem vir
tutem contemplativam et administratoriam. Unde non est inco
veniens eos semper per contemplacionem deo assistere et per mi
sterium mitti. Sic anima sunt diversas vires simul potest moveri
motibus contrariis. Et ideo Luce 1. Gabriel apparens Zacharie
in templo dixit se nichilominus stare ante deum. Et similiter Raphael
et ambulans cum Thobia faciem patris intuitur et cantat
patris que eadem est cum facie filii et spiritus sancti. Et Augustinus
signater de patre loquitur facit per auctorem principii. Et ideo
Non est spernendus ab homine quod apud deum carum est cure etc.
Septem sunt capitalia peccata que cum timore dei expelluntur
timentes deum specialem angelorum amiciciam assequuntur. An
geli ergo illis timentibus specialiter assistunt, qui sunt humiles contra
superbiam, amatores contra invidiam, mites contra iram, libera
les contra avariciam, agiles contra accidiam, abstinentes contra
gulam, continentes contra luxuriam. Primo ergo angeli assistunt

humilibus Unde no q dominus prohibens scandalizari pusillos
in ipm credentes Statim subiungit q mt xviii dico enim vob
quia angeli eorum i pusillorum Pusilli sunt humiles no p super
biam grandes pusilli in simi locari solent no excelli Sic
angeli pvlos humiliter locat in simi gluctu etiue patet hoc
in pusillo lazaro luc xvi factum est ut moe e men et por
ab angelis d si abrahe Ecce humilis qui no hunt multaz fami
liam in mundo hunt tn multam dextremo Job xviii Non suf
ficerat paupi ad portandum unus angelus s pcea plures ve
niunt ut maiorem faciat leticiaz Scdo assistit deus amatibus
siue diligentibus heb xiii Caritas fraternitatis maneat in vob
et hospitalitatem nolite obliuisci Per hanc enim quidam pla
cuerunt angelis hospitio receptis Caritas hospitalitatis multa
bona operatur per ipam enim quidz angeli recipiuntur Augs
Obsecutus loth angelis timuit peginis conservacione hospitali
et ipale euasit incendium et letum consequt est pmiud Cari
tas no solum angelos s etiam angelorum dnm recipere meretur mt
xxv hospes eram et collegistis me Amate go carissimi p
gelorum legitur Gen xviii et xxii Ex abraham p caritatem
primo exhibendo hospicium p caritatem dei offerendo filium an
gelicam go hospicio et angelicam pro filio meruerunt consolatonem
Tercio assistit angeli mansuetis siue mitibz Exod xxiii An
gelus meus precedet te Moyses enim ht vin dictum est mansue
tissimus fuit sup oia q in terra. Num xii Moyses vir mitissimus
erat Unde merito angelos familiares hunt sic in angelo
loquente de rubo et in angelo legis ministro et in angelo pre
cedente in deserto apparuit Qui go angelos amicos vult here
mitis et paciens esse mitis contra iram propriam paciens con
alienam mitis ut malum nulli inferat paciens ut illatum malum
sibi benigne sufferat Unde dnd Thob tentatus et tres pueri
fornace et petrus carcerem pacient sustinuerunt angelos con
solatores habuerunt Quarto angeli assistunt liberalibus Unde
Dan iii Ex angelus domini descendit cum azaria Angelus
iste illos eripuit qui statuam auream adorare noluerunt O qt
sunt qui no solum statuam auream s etiam argenteam adorat qui
aurum et argentum plus qm deum amat Osee viii Argentum
et aurum suum fecerunt sibi ydola auari go sunt ydolatre Sz
attende quid dicat Augs Non solum auarus est qui rapit alie
na s et ie qui cupide seruat sua Certe ic bened Thobias in
vite rapuisse aliena qui de edo suspecto q Thob ii Non licet
nobis et furto aliquid edere aut contingere Sumite ea a fuarat
auare sua qr filium suum informans q Tho iiii Si multum tibi

fuerit etc. Propter hoc merito tam in se quam in filiis magnas recepit consolaciones per angelum raphaelem. Quinto angeli assistunt vigilantibus. Ioh. xx. Maria stabat ad monumentum plorans etc. usque et vidit duos angelos. Ecce quam familiares Maria angelos habuit que tam agilitas erat impigra inquirendo sive sic stando flendo inclinando prospiciendo perseverando vidit. Nulli hodie pigri numquam fuerunt feruenter numquam vigilanter agunt qui si meliores esset vigilanter ageret et angelos amicos haberent. Sic pastores vigilantes et ab angelis audientes In terra pax hominibus bone voluntatis. Sexto assistunt abstinentibus. Exemplum habemus in daniele qui cibos regios vitavit sicut legitur dan. i. Insuper ait dan. x. panem desiderabilem non comedi. Unde meruit consolacionem angelorum in revelacione misteriorum et in provisione necessariorum per abacuk et inclusit ora leonum dan. vi. Deus meus misit angelum suum et conclusit ora leonum etc. Angelus quoque heliam ad panem et aquam excitat non ad delicias die hesterna. Septimo angeli continentibus assistunt quod patet in maria virgine et angelo gabriele. Unde mirum si grata est angelis castitas ait enim Ioh. xvi. Castitas res est angelica per quam singulariter homines angelis famulantur. Grata quidem est angelis castitas coniugalis sicut patet in casto coniugio Thobie et Sare per angelum procurato. Item grata est angelis castitas vidualis. Unde illa casta vidua Iudith ait xiii. Vivat dominus deus meus quia custodivit me angelus eius etc. Item grata est angelis castitas virginalis sicut patet non solum in maria sed eciam in Iohanne virgine quem angelus prohibuit adorare se apoc. xxii. Grata utique est angelis castitas coniugalis gratior vidualis gratissima virginalis. Unde ambrosius ait Nec mirum virgines si pro vobis angeli militant qui angelorum moribus militatis etc.

Vel aliter potest sic legi littera. Videte ne contempnatis unum ex hiis pusillis etc. Supra iam salvator docuit vitare scandalum hic docet vitare contemptum qui est quasi radix scandali. Ubi ponitur primo amonicio secundo admonicionis racio. ibi Dico enim vobis. Assignatur racio duplex ex comparacione humane nature ad angelicam secundum duplicem excellenciam primo quantum ad custodiam angelorum secundo quantum ad redempcionem hominis non angelis facta per christum ibi Venit enim filius hominis. Eximius enim pro vitando scandalo dominus omnes carnales affectus precepit respuere non tamen usquequaque ut despiciamus illos de quorum salute possumus spem habere. De qua solliciti debemus esse. Unde dat sentenciam talem non contempnendi pusillos et parvulos sed honorandi et salutem eorum querendi.

Venit enim filius hominis. Hic est 2a racio sumpta ex redempcione christi. Ac si diceret pusilli et homines quantumcumque miseri non sunt contempnendi sed honorandi quia ergo ipsi pro redempcione eorum est ille cui angeli missi sunt venerabiles sunt. Vel ex non filius hominis sed quod magis est racione redempcionis domini venerabiles sunt. Unde non filius hominis sed quod magis est racione redempcionis dominice venerabiles sunt. Vel ex quod preceptum sit generale honorandi non tantum magnos sed eciam pusillos quia benedixit omnibus qui timent dominum pusillis cum maioribus.

Marginal notes: vigilantibus; vigilans

quia ipi sit deo multu cari, quod ondit ex duobus. dicit ergo
Videte ne contempnatis vnu ex hys pusillis. ac si dicat Jeronimus
tantu in vobis est nolite contempnere s3 pro vram salutem
eciam istos querite salute Si autem perseueraueritis in parvis videritis
Melius est vobis vos saluos fieri quam perire cum multis. Et po
ondit hoc ex honorabili angelorum custodia dicens qr enim vob
quia angli eorum i. eis assignati in celis semper vident faciem
patris mei qui in celis est i. visione manifestationis dei p
fruunt. facies enim dei scdm doctores manifestatio eius intellige
da est et io pnt renunciare miserias illatas eis quos custodiunt
Et est racio a maiori quia pusilli no contempnunt a maioribus
s3 a pre celesti et anglis btis ergo nec a minoribus s. hominibus
miseris dnt contempni Ac si dicat vos illos no debetis conte
nere s3 honorare quos deus pr celestis sic honorat et di
gnificat q ob ipsorum misterium et custodiam anglos btos de
putat Non est enim spnend ab homine quod apud deum tante
est cure Si ergo contempnitis angli denunciabunt et pr meus pla
cetur de vobis vnd Jero magna dignitas aiarum ut vnaqueque
habeat ab ortu natiuitatis in custodia sui anglum delegatum
Sic itaque angeli existentes circa misterium nrm quia ibi sunt
ubi operant. videt deum in celo faciem ad faciem Omnibus enim
mittuntur tn videt prem quia semper deo inheret p apertam
visionem Et qr ubique deus pns est i. celo et in terra eciam cum
missi ergo cum dum sit qr quocunque veniunt intra ipm qui ubi
que est currunt Et cum ad nos veniunt sic exterius implent miste
rium ut tn interius non desint p contemplacionem licet enim mit
tantur in misterium p salute hominum tn no recedunt a contemp
lacione diuina s3 astant deo p contemplacionem ingenem et contempla
cionem Et bn dicit qui e in celis qr licet deus sit ubique
p essenciam presenciam et potenciam tn spaliter dr esse in celis ubi
adest btis p apertam visionem Non ergo dnt contempni s3 honorari
quos deus sic honorat qr contempt ipsorum ascendit ad con
temptum dei cuius ymaginem hnt In eis quoque contempti contri
stantur angli eorum missi et custodes. Deinde subiungit
alia racio sumpta ex redempcione xpi vn Crisostomus nec dicit
ne faber est ne sutor ne agricola ab anglis qui eis missi
sunt venerabiles fiunt s3 qr magis e racione redempcionis deinde
Sic ergo pusilli no sunt contempnendi s3 honorandi quos deus
sic diligat quos p eo qui in adam omnes peccauerunt et
pierunt saluandis misit filium suum in similitudinem carnis

pm̄ Unde ait Venit enim et de celo descendit filius hominis sal-
uator hominum saluare quod perierat secundum genus humanum non tamen ma-
gnos sed etiam pusillos Ac si dicat Vos non debetis contemp-
nere et perturbando perdere quos ego veni saluare quia
ego pro hominibus homo fieri dignatus sum Unde et apostolus Noli
contristare et perdere fratrem tuum pro quo Christus mortuus est
Non sunt ergo contempnendi pusilli qui tanti sunt apud patrem dei
filium qui pro eis venit mori ut dicit Ieronimus contempnere est
duas res dilexit scilicet exemplo eius omnem curam ut saluaret
adhibere pro quibus saluandis dominus venit Et hec ratio seu
cogitatio secundum Crisostomum est maior priore Grave enim est contemp-
nere quos deus honorat angelo custode sed gravius propter quorum
salutem dei filius voluit in mundum venire De predicto an-
gelorum ministerio sic dicit Bernhardus fidelis paranymphus qui mutui
amoris conscius sed non invidus non sua querit sed domini gloriam
discurrit medius inter dilectum et dilectam vota offerens re-
ferens dona excitat istam placat illum interdum etiam licet raro
presentat eos pariter sibi hanc rapiens sive illum adducens
Siquidem domesticus est et non in pallacio ut vetur repulsus(?)
et quottidie videt faciem patris Unde et Anshelmus nulla mi-
lium ad replenda patris misteria alacri discursu magis me-
at inter celum et terram quam apes negociose inter alvearia
et flores suaviter disponentes omnia prius attingens [illegible]
eis laborem vel molestie moram hoc dicit Vides quam
fideliter angeli nostri nobis serviunt et quam solliciti circa nos
sunt Unde maximam eis reverentiam debemus et quottidie eos
laudare ac honorare eis gratiarum actiones referre Nichil
quod illicitum vel turpe in eorum presencia qui nobiscum sunt cogita-
re vel loqui aut operari audeas Hoc nos monet Bernhardus dicens An-
gelis suis mandauit de te ut custodiant te in omnibus viis
tuis Quantam tibi debet hoc verbum reverentiam inferre afferre de-
uotionem conferre fiduciam Reuerentiam pro presencia deuotionem pro
beniuolencia fiduciam pro custodia Caute ambula ubi as-
sunt angeli sicut eis mandatum est in omnibus viis tuis In quo-
uis diuersorio in quouis angulo angelo tuo reverentiam
habe tu ne audeas illo presente quod vidente me non au-
deres Quid retribuet deo pro omnibus que retribuet tibi Si
quid ei soli honor et gloria Quare ei soli quia ipse man-
dauit et omne datum optimum non nisi ab illo est [illegible]
si ille mandat ipsi quoque quia ei et tanta caritate

obediunt et nobis subveniunt in tanta multitate migtos esse non licet
Sumus ergo devoti simus erga tantis custodibus (Bernardus) eos quantum
tu possumus quantum debemus super hoc (Bernardus) Et ideo cum omni attencione
et alacriter officium divinum exolvas et in omnibus scilicet cogitando et
verba proferendo videndo et audiendo stando et sedendo supplican
do et venias sumendo ut non in aliis singulis ad interiorem et ex
teriorem hominem in hoc officio spectantibus sic reverenter et humiliter
te habeas cum deum et beatam virginem et omnes angelos et sanctos
corporalibus oculis coram te videas cogitans quod sine dubio presentes
sunt angeli sancti in quorum conspectu psallis deo ibi et ubique
presenti. Unde qualiter quis in oracione possit per intencionem suam
recolligere docet (Basilius) dicens Certe non obtinebit quis ut
in oracione sensus eius non vagetur si itus sit assister coram oculos
divina reputet ergo homo se stare seu prius iacere coram conspectu
dei et secum loqui et inhibebit a vagacione mentis (Iheronimus) Iere
mias recordare quod steteri in conspectu tuo ut loquerer pro eis
bonum ymo recordare tamen stare coram conspectu dei (hec Ba
silius) Et quia homines beatis spiritibus sociandi sunt ideo hec non
quod quilibet in terra est et maxime in religione deo fideliter
et humiliter et devote ministrat et propter deum infirmis et peregrinis
et pauperibus et sibi invicem caritatem finalem subveniunt in pro
digion consistunt angelicis spiritibus coequati Certe non oracione et de
vocione familiarius deo intendunt et proximis suam doctrinam
consilium auxilium quod impendunt in pro ergo ion archangelicis spiritibus
inserantur Et qui se exercet in paciencia obediencia voluntaria
paupertate et humilitate omne quod virtutes facit exercet et paciunt
reluctantes dyabolo adversus suggestionibus contempnunt in quanto
ergo cum virtutibus custodiunt Certe duces vicys et contrapositorum
ergo cum potestatibus triumphum glorie obtinebunt Certe non in terra
animarum curas et plantacionis sibi commissas bene regunt et ministrant
ta summo conamine duplicates et thalenta sibi tradi
tam regnum pro labore suo possidebunt (hij cum principatibus in quanto ergo ion
maiestati reverenter cum omni humili subiectione se inclinat et per eum
quia ad ymaginem dei facti sunt deo eciam quantum possunt se conformat
carnem suam spiritui subicientes et intencione mortificantes
animo suo dominantes et ad celestia transferentes (hij cum dominacionibus in sancto ergo ion exultabunt Certe nisi sedule meditacionem
et contemplacionem inserviunt et cordis mundicia et mentis tranquillitate

coopacio angelorum ordinum ad mores hominum

amplectendo quietissimi in se deo exhibent habitacim qui
merito paradisus dei appellari dur iuxta illud delicie mee esse
cum filiis hominum de quibus etiam ipse dicit Inambulabo in eis
et habitabo cum eis in septimo gradu tronus sociantur Eum at
scia et cognitone ceteris eminet qui singulari claritudine deum
facie ad faciem mente illustrata conspiciunt et ea que ex ipso
fonte omnis sapientie hauriunt per doctrinam et illuminacionem aliorum
in ipso refundunt in octavo ascensionis gradu cum cherubicis
spiritibus locabitur est qui deum toto corde et mente diligunt
et igni eterno qui deus est se totos iniungunt ei quam simillimi
facti iam non solo sed divino amore sicut dilecti ab ipso sunt
diligunt omnia in deo et etiam inimicos quum amicos diligunt
propter deum Et nos quidem ab amore nihil potest disiungere seu
impedire quia quo magis mala in eos insurgunt eo vali
dius in amore divino gualescit nihil etiam consolatione
et commodi temporalis requirunt nisi quod ad laudem et gloriam dei
spectat Amore etiam tam fervente accensi et inebriati
ad deum pro mille mortes cupiunt exemplo apostolorum et fratrum
non formidat Omnibus enim penis et tribulacionibus spiritus
propter fervorem dilectionis in carne mortali et vita presenti omnem
tolerat pacienter gaudent molestia feliciat quidam in semet
ipso gaudentes ardentes et alios accendentes ita ut si posset
omnes homines in deifico amore inflamaret et perfectos faceret
ut cum ipsis ardentibus hi etiam aliorum vicia et peccata tamquam propria
lugent nec que sua sunt querunt sed solius dei patris faciem
desiderabilem contemplantur semper amant super omnia diligunt et
querunt Isti merito in nono gradu cum seraphim coniungentur In
terquos et deum nulli medii sunt spiritus qui eum ipsi vicinius contemplent
et ipsi immediatius appropinquare videantur

Hic possunt esse octo dubitaciones Prima utrum angeli sint
ad custodiam hominum deputati Secunda utrum angeli custodientes
homines semper videant faciem patris qui in celis est Ter
cia utrum angeli custodientes quandoque dimittant homines quos
custodiunt Quarta utrum quot sunt homines custoditi tot sunt
angeli custodientes Quinta utrum angeli custodientes
gaudeant de salvacione eorum quos custodiunt Sexta utrum
in baptismo vel in nativitate homo recepit angelum cu
stodem Septima utrum homo in statu innocencie habuisset
custodem Octava utrum antichristus debeat habere angelum custodem
Ad primam dicendum quod congruum sunt angelos ad custodiam

Homines deputari et ex parte dei et ex parte nostra. Ex
parte dei sumitur talis ratio. Illud convenit deo per quod
ostenditur sue bonitatis communicatio, sue sapientie manifestatio,
sue caritatis dilectio et totius universi connexio. Sed deputa-
re angelos ad custodiam hominum ostenditur eius bonitatis
communicatio. Cum enim ipse per seipsum omnia posset facere
que facit mediantibus creaturis, ut suam bonitatem cre-
aturis communicet ita quod non putaretur creaturis operationibus
eis debitis, gubernat inferiora mediantibus superioribus et
unam creaturam mediantibus aliis superioribus illa, ut dicitur
Sapientie viii. Ostenditur eius sapientia quia cum sapientis sit ordi-
nare maxime ordo divine sapientie in hoc manife-
statur quod ad custodiam debiliorum sunt fortes deputati. Osten-
ditur eius caritas et dilectio, quia si deus propter caritatem
quam habuit erga homines suum filium misit ad eorum
redemptionem, congruum fuit quod daret hominibus [illegible]
suos ministros puta angelos ad eorum defensionem. Ostenditur
similiter universi connexio. Ut sicut continuitate corporali inferiora
corpora coniunguntur superioribus corporibus, sic continuitate virtuali spiritus
inferiores qui sunt homines coniunguntur superioribus spiritibus
puta angelis. Ergo et divine communicatione bonitatis et eius
sapientie ostensione et eius caritatis dilectione et totius uni-
versi connexione convenit deo angelos deputare ad custo-
diam hominum. Ex parte vero nostra sumitur talis ratio. Illi in-
digent custodiri ab angelis bonis qui per angelos malos
possunt decipi in cogitationibus, depravari in affectionibus, molestari
in sensibus, ledi vel corrumpi in corporibus. Sed homines per angelos
malos possunt decipi in intellectu, depravari in affectu, mole-
stari in sensu et corrumpi in corpore. Ergo indigent custo-
diri per bonos angelos. Ad secundum est sciendum quod triplex
impedimentum potest esse ut angeli custodientes homines faciem
patris non viderent. Primo propter loci remotionem. Ut enim
dicente Damasceno angeli cum ad terram mittuntur non
sunt in celo, eo ipso quod angeli ad custodiam hominum deputati
sunt in terra impediuntur videre faciem patris in celo existentis.
Secundo propter custodie occupationem. Nam occupatio animi
impedit ista sensibilia operationem et speculationem intellectus

Cum igitur faciem patris celestis solum oculus intellectus videatur
angeli occupati circa hominum custodiam in operationibus sen
sibilibus, videtur quod retrahantur a contemplatione. Tertio prop-
ter homines quos custodiunt dampnatos, cum enim custoditorum multi
dampnentur homines quos custodiunt angeli sit tristicia non
potest stare cum gaudio sic non potest fieri ut angeli quoque fa-
ciem patris non desistat videre qui numquam tristicia vide-
ri potest. Ista tamen tria non impediunt non quidem loci remotio
propter divine essentie principalitatem quia deus ipse est ubi-
que presens in celo et in terra in mari et in omnibus abyssis
celum enim et terram ipse implet, non etiam custodie occupa-
tiones propter talitatem quia visio faciei patris et visio di-
vinitatis non impedit cognoscere creaturas in se ipsis quin-
tum ad omnes conditiones et operationes ipsarum, immo visio
dei est causa quod omnia videant et sciant. Unde dicit Augustinus
in tertio super Genesim quod angeli simul cognitione matutina sunt
vident omnia creata in proprio genere per cognitionem vesperti-
nam. Et Gregorius in 2o moralium Et faciem patris vident angeli
et tamen ad nos veniunt, quia et ad nos spiritualia presentia
foras exeunt, et ibi non recesserunt per internam contemplationem
servant, quia non sic a divina visione foras exeunt
ut interne contemplationis priventur. Nec tertio impedit
contristatio dampnatorum propter divine voluntatis conformationem
sunt enim angeli et beati sic conformem voluntatem divino bene
placito ut nichil aliud volunt quam sciunt deum velle. Unde si non
placato, ut illud quod quilibet ei accidit multo foras
contristat hic in presenti iustus quamquam non contristat aliquem apostolum vel beatum. Ad tertium, et dicendum
quod in aliquibus videtur angelos custodientes dimittere cu-
stoditos homines quos vident incorreptos et coram
monitionibus et inspirationibus illorum acquiescere, sic medicus dimittit infirmum quem iam desperat de eo videns
morbum eius incurabilem. Et dyabolus vel angelus malus
impugnat hominem de vicio, cum fuit victus ab ipso amplius non impugnat hominem de vicio cum sic recedit
ab ipso. Sic angelus bonus provocat hominem ad bonum
cum videns eum nolle se corrigi quasi de ipso desperatus recedit ab eo. Sed si sic hic intelligatur solum quod angelus
custodiens aliquem hominem peccatorem solum dimittat
eum propter eius incorrectionem puto non esse bene dictum

Prima ne cogerent diuine mie que vincit omnes iniquitatem nostram, nec tpi penitencie, quia totum tempus presentis concessum est homini ad penitendum. Unde sic de nullo desperandum est quamdiu vivit, ita nullus est privatus angelorum custodia, potissime, quia si homo dimitteretur ab angelo bono statim angelus malus invaderet et occideret eum, exempla inducta non sunt conveniencia, quia medicus est instrumentum nature, ideo cum videt naturam se non posse iuvare dimittit eum iuvare per artem que non nisi virtute nature operatur. Sed in vita presenti de nullo est sic desperandum quod sanari non possit spiritualiter, quod non dicebatur de malo angelo. Unde est quod dimittat hominem, si vincatur ab ipso, quod hoc facit deus in penam et favorem hominis viriliter pugnantis quod ab ipso victus angelus eum non molestet. Vel aliter custos angelus non dimittit hominem quem in sua custodiam accepit sed iusto dei iudicio quandoque dimittit eum ut tribulationes et mala que posset impedire ne supervenirent homini custodito non impediat, quandoque vero dimittit eum corporali presencia, quia qui est in celo non est in terra, nunquam tamen virtualiter quandoque dimittendo ipsum de uno peccato labi in aliud, vel ut amplius puniatur vel ut tamquam resurgens corrigatur. Ad quartum dicendum quod oportet dicere plures esse custoditos quam bonos angelos custodientes, quia solum homines electi et salvandi tot erunt quot angeli ceciderunt. Sic per glossam super illud Deuteronomii xxxii: posuit terminos populorum iuxta numerum filiorum Israel, vel iuxta numerum angelorum dei, ut dicit alia translacio, aut etiam super illo verbo predicto quod civitas dei constat ex angelis et hominibus ad quam tanti ascendunt homines quanti illic ceciderunt angelorum, quia textus dicit statuit numerum gencium secundum numerum angelorum dei. Cum ergo plures homines debeant dampnari quam salvari, quia plures sunt quam electi, si omnes homines tam boni quam mali et tam salvandi quam dampnandi habeant bonum angelum custodem, sequitur quod plures sunt homines custoditi quam angeli custodientes, eius oppositum dicens. Nam si verum est quod quilibet homo tam bonus quam malus habeat solum angelum ad sui custodiam delegatum ut dicitur, cogimur tot esse angelos custodientes quot sunt homines custoditi, et sic hic cogimur reducere numerum omnium salvandorum hominum et dampnandorum ad numerum bonorum angelorum et eciam ... dicere solum salvandi homines erunt tot quot boni angeli in celo remanserunt. Hanc ... racionem ... solvit magister ... xi distinctione dicens

Dato si accipiant omnes homines qui fuerunt sunt et erunt a
principio mundi usque ad finem plenum est quod plures sunt homines
custoditi quam boni angeli custodientes, sed bene potest esse quod
omnes homines qui sunt in uno tempore habeant suos angelos
delegatos, quia numquam uno et eodem tempore tot homines vi
vunt quot sunt tot boni angeli, sed mortuis illis hominibus quos
prius custodiebant illi idem angeli delegantur ad custodiam
aliorum qui nascuntur, ita quod successive unus angelus potest
plures homines custodire, et hoc verum est ut dicit Scotus
licet quilibet homo habet suum angelum custodem, sicut licet unus ab
bas plures monachos in custodia et tamen unum est dicere quod quilibet
monachus suum abbatem habet. Tertio quaeritur est dubium quod si boni
angeli de salvatione hominum quos custodiunt, videtur quod
debeant dolere de eorum damnatione. Sed hoc videtur
satis innuere glossa Origenis super illo verbo ubi Christo mi
nistratus est Beelzebub, ubi ait quod deo est tanta cura de
hominibus ut etiam angelos culpari et confutari pro eis pa
tiatur, quia sicut pedagogo traditur puer, si aliquid mi
nus bene agit, magis a patre reprehenditur pedagogus quam puer.
Sic cum homines custoditi per angelos minus recte agunt culpa
tur ipsi, et ideo quando angelorum custodia ad salutem hominum non
sufficiat et contra demonum insidias vincerent, prius per car
nis assumptionem homine custos factus est. Sed tamen custodes
hominum sunt angeli boni dei fruitione semper gaudentes
in eius visione neque luctus neque dolor esse potest, non videtur
quod debeant dolere de hominum perditione et pro quibus neque gaudere
de eorum salvatione. Sciendum est igitur quod angelus gaudet
dupliciter potest intelligi. Primo de divine essentiae visione
et fruitione, et tale gaudium nec pro hominum salvatione augetur
eis nec pro hominum damnatione diminuitur, quia incommu
tabile est. Secundo de eorum circa homines cura et administratio
ne pro quibus si salvantur et eorum monitis obtemperaverint gau
dent, si vero non ex quo faciunt totum quod in eis est non dolent
quia dolor et tristitia cum beatitudine eorum stare non potest. Glossa
illa Origenis est de platone etiam qui in apostolo angeli
nominantur, quos culpare et confutare deus patitur pro subdi
torum negligentia. Quarto dubium est quod deus unicuique
unaquaeque anima ab ortu nativitatis in custodiam habet angelum
delegatum, aliqui referunt ad nativitatem per baptismum receptorum
dicentes ut Origenes ait Non esse credibile incredulis et incre
dulis prope angelum sanctum, sed tempore infidelitatis et peccati est homo

sub angelo sathane, anima tamen ut dicit Magister est
deus paratus ad custodiendum homines quam dyabolus ad im
pugnandum, sicut dyabolus omnes fideles et infideles et bo
nos et malos mittitur offendere, ita multo magis deus omnes
homines fideles et infideles vult custodire et cuilibet homini bono
et malo custodem tribuit ut ex hoc gratia eius manifestetur
quia omnes vult salvare, et eius iustitia declaretur, homines
si male agunt non possunt excusare se. Aliqui non referunt
ad liberi arbitrii conditionem ut sic quando homo potest uti libe
ro arbitrio potest mereri et peccare ita ut dicatur recipere an
gelum bonum ad sui custodiam quia tunc quodammodo nascitur
quantum ad liberi arbitrii conditionem Sed quia puer non solum
indiget defendi a demone quantum ad animam ut non pec
cet, verum etiam quantum ad corpus ne ledatur in membris quibus
lesis etiam anima impediretur in sua operatione Ideo puto
illud referendum esse ad anime infusionem, ut tunc dicatur
homo nasci saltem nativitate in utero quando gratia roboris
corpori infunditur et tunc puto quod homini datur angelica custo
dia eo quod extunc indiget boni angeli defensione in corpore
et in anima Ad septimum est dicendum quod in quocumque statu homo
potest impugnari in eo statu indiget custode et defensione
Verum est autem quod homo in primo statu non poterat impugnari
a carne nec a sensualitate que stante homine sub precepto
divino in nullo repugnabat rationi vel anime, tribus tamen modis
poterat impugnari et primo suimet cogitatione quia non dum erat
in bono confirmatus Unde sicut primus angelus peccavit
impugnatus cogitatione et attentione sua quia superbia tu
midus et proprie excellentie delatione corruptus in veritate
non stetit ut dicit Augustinus xi super Genesim, sic primus homo habens
in statu illo liberum arbitrium vertibile poterat suimet cogi
tatione impugnari ad quam pugnam vincendam indigebat
custodia angelorum Secundo poterat impugnari sue societatis
affectione Est enim naturalis affectio inter virum et mulierem
uxorem, et maxime etiam homo in primo statu ad suam uxorem
habuisset affectum et dilectionem ut si quid petit uxor a viro
nolendo ipsam contristare aliquando hoc facit contra deum
Et adam in primo statu impugnatus fuit per uxorem suam
Unde dicit Augustinus super Genesim unde et peccavit adam et quia
dimisit societatem immutabilem, ex qua interdum fit ut offen
datur deus ne offendatur homo nolendo contristare uxorem suam

Ad vincendu igr hanc pugna hnt angelu suu custodez
Tercio potat impugnari et fuit impugnat dyaboli sug
gestione / Vn sic homo in primo statu p malu angelu
potat impugnari ita p bonu angelu debebat custodiri et
defendi Vnd occultam est ddm q antixpus bonu anglm
habebit custodem pr tria Primo pr legis certitudem
Vnq cor legislator pr vnam potestate psonaz defini
no debet esse aut ista lex cois toti humano gni et toti
humane nature ut quel cuilz aia heat bonu anglm ad
sui custodiaz delegatu / Cu ma igr antix veri homo eu
veru volez aiaz hebit ideo pr eius nequiciaz et mali
ciam tle auxiliu datu om creature rronali sibi dabit Sco
pr diuine iusticie equitatez / Ex hoc eni diuina iusticia ap
parebit iustissima q auxilia concessa toti humane nature
ne auxilio t mebri eius subtrahnt ut pena ipozp iuste
appareat eis esse illata Tercio pr bonorum securitatem
Cu ming ipe no meetur hre angelicaz custodia ne eu ad bonu
inducat / qua tanta eit subiectio eius ad dyabolum ge
eu qi sui possidebit p bonu anglm custodez eius ad
bonu inclinari no posset / Inctur tn securitas bonoz viroz
vt p bonu anglm eius custodez compescat ne scitatis
viriz noceat / Quantu ipe p auxiliu demonu noce possz et
Nota q angelus custodit homine in omibz vye suis
in vita in morte et pq mortem In vita quide custodit
bonos malos et tepidos de quibz dr Apok 3 vtinam
frigidus esses quo ad malos aut calidus quo ad bonos
Sz qnia tepidus es quo ad tepidos / Bonos quide custodit
eos a temptacone dyabolica conseruado eos in bonu gre
psicere faciendo et ipozu opa diuine vine psentando pre
seruat quide eos a dyabolica temptacone Lz eni dyals
habeat maliciaz qua vult interde astuciaz qua subtiliter
vult aias submittre et potm qua vult opprime Angelus cont ma
liciaz succedente opponit celeste refrigeriu qd signatu e
dan 3o In angelo qui in fornacez azaria et socys eius
descendit et refrigeriu magnu fecit Cont astuciaz latent
submittrat opponit domince passionis signaclm quod signatu
est apok 7 vbi dr Nolite nocere terre et mari neq arbo
ribus quousq signemus seruos dei nri in frontibz eoz
Iez Ezech 9 Signa thau in frontibz viroru gementiu
Thau namq est ad modu crucis facta Cont potenciam
opprimete opponit freniu qd signatu e in Apok 20 in
angelo qui demonez ligauit et in abyssu misit Ipos etiaz

bonos proficientes facit in bonum gratie contra .s. preuenientis proficien-
tis et perficientis Iudit 13 viuit dominus quia custodiuit me angelus
eius et hinc euntem quo ad gratiam preuenientem per quam homo exit
de peccato et ibi commorantem quo ad gratiam proficientem Et inde hu-
nc reuertentem per gratiam perficientem Angelus etiam deo bona opera
representat .s. orationes ieiunia et elemosinas qualiter enim hec tria
deo angelus representat dicitur Thobie 12 Bona est oratio cum ieiu-
nio et elemosina magis quam thezauros auri recondere Et in-
fra Cum orabas cum lacrimis et sepeliebas mortuos delinquens pran-
dium ego obtuli orationem tuam coram deo Secundo angelus custo-
dit malos circa quos multa bona operatur Nam ipsos de peccato perpetrato
reprehendit quod signatum est Iudic. 2. vbi angelus domini de preua-
ricatione filios israel reprehendit dicens Eduxi vos de egypto
et introduxi in terram pro qua iuraui patribus vestris Et sequitur
et noluistis audire vocem meam cur hoc fecistis a presenti peccato sepe
educit quod signatum est Gen. 19 In violenta eductione loth de
sodomis idest presenti consuetudine A peccato etiam futuro sepe impedit
hoc signatum est Num. 22 vbi angelus domini impedit balaa-
m ne iret ad maledicendum populum etiam peccatorem monet ad contritionem
quod signatum est Iudic. sexto vbi angelus domini eduxit ignem
de petra quia sepe de hominibus duris angelus educit ignem
contritionis Purgat labia ad confessionem hoc signatum est ysa. 6. vbi
per angelum labia ysaie purgantur Et inducit ad satisfactionem
hoc signatur paralipo. 21 In angelo precipiente populo qui di-
cit fecit Caleb ut diceret dauid quod in montem ascenderet et deo
sacrificaret Tercio angelus custodit tepidos quia eos exci-
tat fortificat et confortat Excitat ut operentur feruenter hoc
signatum est actuum 12 in petro dormiente quem angelus susci-
tauit dicens Surge velociter confortificat vt operentur perseueranter
vt hoc signatum est 3 Regum 19 in helia fesso et iacente quem
angelus excitauit et cibo ipsum adeo fortificauit quod 40 diebus
et 40 noctibus idest per totum tempus huius vite ambulauit et vsque
ad montem oreb peruenit Oreb autem interpretatur mensa quia talis
ministerio angelico de refectione gratie peruenit ad refectionem cele-
stis mense Confortat ut operentur libenter Sic confortat Thobi-
am Thobie 7 effecti animo esto .in primo est ut a deo cu-
rere Unde etiam daniel ab angelo confortatus ait Dan. 10
loquere domine quia confortasti me Secundo angelus custo-
dit hominem in morte Homo quidem in morte quidem incomo-
da patitur Unum est quia timor mortis ipsum affligit Aliud est
quia dans rationem requirit Tercium quia dyabolus eum rape-
re intendit Quartum quia peccatorum multitudo terret et solliatum reddit

Contra primum incomodum angelus in morte vie sancte salua-
cionem revelat etc. timorem mortis excludit et ipsam mortem iocun-
dam facit Ys. lv° In letitia egrediemini et in pace deducemini
Contra 2m incomodum angelus eum deo reconciliat ut sic sibi secure
rationem reddat Job 33° Si fuerit angelus pro eo loquens unus
de milibus ut annunciet hominis equitatem miserebitur eius Zach. 1
Et rudit angelus domini et dixit Domine exercituum quousque non
misereberis Ierusalem et urbium Iuda quibus iratus es Unde super Cant.
dicit angelus medius inter dilectum et dilectam vota referens
afferens dona excitat istam placat illum Contra 3m incomodum
diabolum fugat sicut signatum est Gen. 32 ubi dicitur Et cum Iacob Esau
valde timeret venit angelus sibi obvius ipsum adiuvare Quos
quos cum vidisset ait Castra dei sunt hec Contra 4m incomodum
angelus peccata dimissa sepe revelat sicut signatum est Dan. 9 ubi
dicitur Et Gabriel Danieli dixit Ab exordio precum tuarum egressus
est sermo glo. sermo a deo et sequitur Ego autem veni ut indi-
carem tibi peccata tua scilicet a deo esse dimissa quia vir desideri-
orum es Tercio custodit hominem in omnibus viis suis post mortem
Tres enim vie post mortem sunt Una est que ducit ad infernum
Alia ad purgatorium 3a ad celum In prima via custodit an-
gelus animam ne per ipsam incedat et ne a demonibus rapiatur
Unde talis anima regratiatur deo dicens in ps. Nisi quia dominus
adiuvit me scilicet per angelum suum paulominus habitasset in inferno
anima mea Et illud Anima mea sicut passer erepta est de laqueo
venancium etc. In 2a via angelus animam custodit scilicet ut purgaretur
ipsam in purgatorium ducit et postmodum ipsam purgatam letanter
inde educit et in celum introducit Unde pie ei convenit illud
Thobie quinto dixit angelus Ego sanum ducam filium tuum scilicet ad
purgatorium scilicet ut purgetur et sanum reducam in celum scilicet ut glo-
rificetur In tercia via que ducit in celum animam custodit quia
ab omnibus laqueis eam defendit et in celum introducit Exod.
23 Ecce ego mittam angelum meum qui precedat te et custo-
diat te in via et inducat in locum quem paravi tibi

Quid vobis videtur Si fuerint alicui centum oves
et erraverit una ex eis Nonne relinquet nonaginta
novem in montibus et vadet querere eam que
erravit Et si contigerit ut inveniat eam Amen
dico vobis quia gaudebit super eam plus quam
super lxxxxix que non erraverunt Sic non est volun-
tas apud patrem vestrum qui in celis est ut pereat
unus de pusillis istis

Hic per similitudinem ondit divina voluntas de humana
non angelica redemptione. Ubi ponit primo similitudo. Secundo simi
litudinis adoptacio, ibi. Sic non est voluntas apud patrem vestrum
In similitudine tangit tria de homine conditionem perditionem
ibi et erraverit, reparationem ibi Nonne relinquit. conditio a
natura. perditio a culpa. reparatio a gratia. Circa quam reparationem
tangit primo filii incarnationem secundo incarnati passionem ibi
et vadit querere. Tercio hominis iustificationem ibi et si contigit
Tangens ergo conditionem nature angelice et humane sub simili
tudine ovis dicit querendo Quid vobis videtur o auditores
pastores humana ratione celestia estimantibus Si fuerit in posses
sione centum oves alicui, centenarius numerus quadratus ex de
nario virtutum et operum significat perfectionem Ezech xl Mensus
est centum cubitos longitudinem domus. Oves autem homines
et angeli propter eorum utilitatem et in pastu similitudinem
quia Ezech xxxiiii pascuntur in pascuis uberrimis in montibus
israel. hoc est in sublimitatibus trinitatis Ingredietur et egredietur
et pascua inveniet. Ingreditur contemplando et egreditur
agendo. Intus ad veritatem et extra ad sublimitatem. hec est enim me
sura hominis que est angeli Apoc xxi Deut xxxii Statuit
terminos populorum iuxta numerum angelorum. dei sine enim contemplatore
homo et angelus coniunguntur Johannis x fiet unum ovile et
unus pastor, Alicui dicit, quia non sunt nisi uno domino
ihesu christo. hic enim solus possidet ut pastor qui dicit Ego
sum pastor bonus Johannis x, qui nos populus pascue eius et oves
manus eius Ezech xxxiiii Oves mee homines estis dicit
dominus israel Et erraverit una ex eis Errans ovis non est
perdita sed est in via perditionis Cum igitur malum angeli sit sicut
dicit Dyonisius contra deiformem intellectum esse et deiformis
intellectus sit unicè in primum lumine unitione convertitur. ma
lum demonis est ab ipso lumine quod non est via sed finis autem
et ideo cadit a beatitudine et beatificante et non a via
que est ad beatitudinem et beatificatorem Malum autem hominis
est sine anime rationalis et contra rationem esse que est inquisi
tiva eorum que sunt via ad finem per speculum et enigmata
et ideo malum eius est casus a via et non a fine. recedere
autem a via potest redire. et ideo ille querit potest et ideo non
dicit duas in natura errasse sed unam que est homo Alia
enim cadens non errat sed dampnatur Et ideo non querit ypsche

Liiij Omnes nos qui oues erraui(mus) et domi(nus) posuit in eo iniquitates n(ost)ras om(n)i(um) n(ost)r(u)m. P(salm)us C(ent)rami sic oues que pe-
riit quere seruu(m) tuu(m) d(omi)ne Nonne relinquit. Hic tangit
requisitionem et tangit tria, quid querens relinquit qualiter
querit et inuentionis modu(m) dimittit. De primo dicit Nonne relinquit
lxxix in deserto Relinque(n)s aut(em) hoc no(n) e(st) per subtractione(m)
p(rese)ncie faciei, eu(m) dimetere ante dictu(m) q(uod) semp(er) videt facie(m)
p(at)ris in celis. Una aut(em) e(st) facies p(at)ris et filij et sp(iritu)s sancti
Joh(annis) iij° Nemo ascendit in celu(m) nisi qui descendit de celo
filius hominis qui e(st) in celo Sed relinquit n(atu)ram eoru(m) no(n) as-
sumendo Hebr(eos) ij° Nusq(uam) enim angelos apprehendit s(ed) semen
Habrahe apprehendit Can(ticorum) ij° Ecce iste venit saliens
in montibus transiliens colles Dicit n(on) salit in montibus gaudi-
oru(m) q(uia) transit colles dignitate angeloru(m) nonagesima noue
hoc e(st) angeloru(m) qui in nouem sunt ordinibus Et hos ix
in denariu(m) perfectionis diuine illuminationis thephanice
multiplicatu(m) in deserto luc(e) xv dicit in montibus in quibus
pascitur in vertice luminis contemplacione trinitate p(at)ris illuminacione
in mutabili a montibus eternis. Desertu(m) aut(em) dicit q(uia) a pecca-
toribus desertu(m) e(st) P(salmu)s pinguescet speciosa deserti et exul-
tacione colles accingentur Item celu(m) dicit desertu(m) id e(st) deli-
ctu(m) tu(m) quia fuit derelictu(m) ab angelis qui in eo fuerant
creati, tu(m) quia fuit delictu(m) ab homine, quia ipsi fuerat
habitum Item q(uo)d co(n)sistit deserti in eo sunt dulces cantus
animi id e(st) angeloru(m) ibi q(uia) sunt rose martiru(m) ac viole con-

Dubitacio

fessoru(m) et lilia virginum Hic ponuntur tres dubitaciones pa-
quare multitudo angeloru(m) sub centenario n(umer)o intelligitur
Vniuersitas aut(em) omnium hominu(m) a principio mundi usq(ue) ad finem mundi
sub uno tanto comprehendit Secunda quare hic de parabola humanu(m)
genus figuratur p(er) c(entesi)mam centesimam ouem, In alia aut(em) parabola luc(e)
xv p(er) decimam dragmam cu(m) no(n) sit debita proportio vtrobiq(ue)
Tercia cetuum magis gaudium sit de peccatoribus conuersis qui de inno-
centibus et iustis Ad primam dicitur p(ri)mo vno modo q(uod) hoc ideo
q(uia) n(umer)us angeloru(m) in tanta forsitan proportione excedit n(umer)um
omnium hominu(m) saluandoru(m) s(ed) hoc relinquendu(m) e(st) illi cui soli co-
gnitus e(st) n(umer)us electoru(m) Alio modo p(otes)t dici, quia omnes homines
sunt vnius speciei ideo sub vno n(umer)o comprehenduntur Sed aliud
est in angelis, q(uia) q(uo)t sunt angeli tot sunt spe(cies) ita q(uod) no(n)
e(st) dare duos angelos eiusdem speciei s(ecundu)m communiorem et veriorem
opinionem Et Ad secunda dicendu(m) e(st), q(uod) homines p(ossu)nt considerari
dupliciter Vno modo quantu(m) ad supposita Alio modo quantu(m) ad spem Primo
modo p(ossu)nt homines assimilari decimo n(umer)o Secundo centesimo,

Nota cu(m) deus de seipso habeat gaudiu(m) et angeli gaudeant in eo, gaudet tu(m) etia(m) de conuersione
peccatoru(m) q(uia) illud quod predestinauit impletur, illud gaudiu(m) quod predestinauit implet(ur)
[illegible] e(st) deo nouum aut temporale s(ed) eternu(m) Angeli vero quibus effectus predestinacionis dno-
tesat de vna conuersione tp(or)al(iter) gaudent, xp(istu)s etia(m) gaudet sup(er) conuersione peccatoris p(ro)pter duo primo
q(uia) p(er) primam ira sua placatur, Secundo q(uia) precio(sus) sanguinis sui in eo no(n) frustratur Est aut(em) tm gaudiu(m)
xp(ist)o de conuersione peccatoris, q(uod) si ei no(n) sufficeret sua passio, rursus pati et mori esset paratus Vn(de) b(ea)te dyonisius
in ep(isto)la quadam scribit q(uod) quida(m) homo infidelis homine(m) fidelem a fide auertisset Carpo quida(m) vir
magne sanctitatis adeo moleste h(oc) ferebat ut vtrumq(ue) igne cobiri d(omi)n(u)m rogaret Cu(m) ita noctis me-
diu(m) apparuit xp(istu)s in aere cu(m) multitudine angeloru(m) (mira [illegible] apparuit facultas eu(m) [illegible] et
quod cernebat illi duo homines Carpo ergo petente seruenti desiderio ut mitteretur in fortem

Nam et electe repabit ruina angelorum. de quibz dicit
tot cecidisse q. qui dicti sunt decimus ordo / non q. si stetissent
decimum ordinem fecissent / qz et si omes stetissent non ppr hoc
non fuissent nisi noue ordines Sz quia de omnibz ordinibus
dicunt aliqui cecidisse / et tanta multitudo cecidit quanta e
qui noue ordinum. Si g° angeli cadentes stetissent ad que
qui noue ordinum si go angeli cadentes stetissent ad quē:
ẜ ordinem aliqui de hijs ptineret nec ppr hoc constituissent
dubitacionem determinat dicens Et tanta est differencia peccatorum que commit
tuntur in deum et proximum quanta est differencia decem milium thalentorum et
centum denariorum Et hoc probat tribus Primo ex persone di
gnitate quia deus est creator homo vero est creatura Sicut igitur
plus peccatur cum offenditur princeps quam cum offenditur simplex persona
Sic magis incomparabiliter peccatur cum offenditur deus quam cum offenditur
homo Secundo ex peccatorum paucitate Nam quia ab homine corporaliter
videmur cum peccamus ideo desistimus et pigritamur peccare coram homine
Sed quia a deo putamus non videri non desistimus nec cessamus omni die
dicto vel facto peccare in eum Pluribus igitur modis in deum peccamus
quam in hominem sed plura sunt decem milia thalentorum quam centum
Tercio ex beneficiorum utilitate quia magis excedunt beneficia nobis
data a deo beneficia data ab homine quam excedunt decem mi
lia centum in tantum ut si omni die moreremur pro ipso non possemus
sibi retribuere quod hoc ipso quod pro ipso moriendo ad nostram utilitatem [...]

Videntes autem conservi eius que fiebant contristati sunt
valde venerunt domino suo omnia que facta fuerunt
Tunc vocavit eum dominus suus et ait illi Serve nequam
omne debitum dimisi tibi quoniam rogasti me Nonne ergo
oportuit et te misereri conservi tui sicut et ego tui mi
sertus sum Et iratus dominus eius tradidit eum torto
ribus quoadusque redderet universum debitum Sic et pater

meus celestis faciet vobis si non dimiseritis unusquisque fratri suo de cordibus vestris. Hic ponit iusta se
veritas ingratum punientis. Et tanguntur quatuor. Primo ipse ponit
conservorum tristicia videntes culpam conservi eius. Conservi enim sunt
angeli similitudine creacionis quia in natura racionali conveniunt. Item
similitudine ministracionis quia custodiunt domini servum sicut servi sunt dei
et similitudine ministracionis. Ministrant enim et ipsi deo propter salutem
nostram. Hebre. primo Omnes sunt administratorii spiritus etc. Unde unus eorum
dixit Johanni Apok. xxii Conservus tuus sum et fratrum tuorum. Con-
tristati sunt valde de ingratitudine servi et de affectu conser-
vi illius de illius culpa et istius pena. Et non quod angeli con-
tristantur de malis nostris nisi sic Et Iudicum ii Ascendit angelus
de galgalis ad locum flencium Et Ysa. xxxiii Angeli pacis
amare flebunt. Item letantur de nostra penitencia. Luce xv Gaudium
est angelis dei etc. Item ferunt animas ad gloriam. Luc. xvi Factum
est autem ut moreretur mendicus et portaretur ab angelis in sinum Ab-
rahe. Item denunciant nostras culpas sicut patet hic. Item nostras miserias
Thobie xii Quando orabas cum lacrimis et sepeliebas mortuos ecce
ego obtuli oracionem tuam coram domino. Item nostras miserias Job
xxxiii Si fuerit pro eo angelus orans si fuerit pro eo angelus lo-
quens. Venerunt. Venient angeli pacis ad dominum a quo magis
recedunt quia venerantur maiestatem eius. Veniunt predicatores et
fideles cum occupacionibus seculi transeunt ad contemplacionem dei Et
narraverunt domino suo omnia que facta fuerant. Non narraverunt
tamquam ignoranti sed ab eterno cuncta scienti. Sed que ab eis cognita
sunt narrare dicuntur. Quod sibi cognita eciam dicatur scire cognoscit.
Narrare eciam dicuntur quia expostulant dei iusticia bona tribuen-
do pro malis et divinam misericordiam subveniendo oppressis. Sic narrabit
angelus domino angelus raphael domini Thobie et Anne af-
flictorum. Vel conservi sunt catholici iusti vel predicatores ecclesie qui
videntes aliquem remissionem peccatorum obtinentem et nolle miserere
conservi suo contristantur de eius perdicione. Veniunt et narrant
domino non corpore sed corde dolores cordis deo deferendo et
quasi dicendo cum propheta Afflictus sum et humiliatus sum nimis etc. Deinde
ponitur servi iniqui ad iudicium vocacio. Tunc vocavit illum dominus
ut dicit Remigius Ista vocacio modo sit nobis in consciencia. In futuro autem
fiet in morte et dampnacionis iudicio. Et ait illi Serve ne-
quam. Sicut quam asperis impium aggreditur cum obprobriat severiter con-
dicionem. Et revera in hoc facto servum se et non filium ut amicum
demonstravit. Et dicit nequam id est sine equitate quia a domino accepit
misericordiam et conservo suo intulit iniuriam. In hoc enim patet dicit Crisostomus
magnum esse peccatum ingratitudinis. Nam cum primo debitor esset decem

milium thalentorum / non eum neque appellauit / non sibi insultat
ullum contra eum verbum iaculauit. Ubi meruit verbum multitudi-
nis, aut dure neque. Secunda peior est effectus quam primo. Nota contra
[?] Sicut boni tribulationibus meliores efficiuntur, sic semper rep-
robi debilitatis peiores efficiuntur. Omne debitum tam immensum
quam ponderosum dimisi tibi nulla interveniente satisfactione
aliqua. Sed ad hoc solum quia rogasti me. Rogasti quidem dilationem
sed quod amplius meruisti remissionem. Nonne ergo oportuit et te mi-
sereri conservi tui etc. [?] Intellige quae sunt proximi tui ex
teipso. Sic et ego tui misertus sum. Oportuit quidem ut tu pro
voluntate [?] eadem totum debitum relaxares rogante. Sed tu etiam
quod minus fateor noluisti quia dilationem concedere recusasti, et quod peius
est, penis superafflixisti. Crisostomus Si quem videt dampnum afficere
debueras lucrum quod factum est. Sic si quis videt preceptum cogita
premium. Si quem est remittere ei qui contristauit quoniam est incedere in
iehennam. Et attende quod dominus excusationem ullam dedit rursum
Sic ... in iudicio excusationis locum non esse [?]
tentiosum dat intelligi quod in die iudicii sicut pro hac vita
omne argumentum excusationis cessabit. Sed dicitur: si non aderit
excusatio saltem veniam petere debuit. Sed dicendum quod de peccato sine
nemo petit veniam a deo salubriter nisi gratia dei penitentia
quae cor a peccato expurgat. Sed iste gratia dei indignus
erat quia gratiam non habuit ad proximum, quapropter obmutescens dampn-
natorum adiudicatus est. Tertio ponitur huius pessimi servi dampnatio
dicitur enim Et iratus dominus eius id est admodum irati se habens penam
inferendo. Et attende quod hoc verbum iratus non fuit positum quando
iussit eum vendi quia scilicet illud non erat irae sed magis amoris ad
correctionem. Illud autem quia hic dicitur est sua supplicii et penae. Et
tradidit eum tortoribus id est angelis penarum sive demonibus hos torto-
res patimur in penis quos passi sunt [?] ut di-
citur quoadusque redderet universum debitum. Hoc quod dicitur quousque
non designat durationem temporis sed proportionem penae ad culpam. Quoniam
[?] penae servi mali pro sua nequitia dampnationis. Sed
sicut dicitur Deuteronomio xxv Iuxta mensuram delicti erit plagarum modus.
Et nota quod hoc quousque accipitur et sicut [?] Matheo ubi di-
citur i° Et Joseph non cognovit eam donec peperit. Non quod unquam postea
partum Joseph cognovit Mariam. Sic hic dicitur quousque redderet
universum, non quod unquam reddere possit quia eternaliter dampnatus. Sed forte
dubitaret hic aliquis quia videtur iniustum quod quis pro peccato actu
transeunte eternaliter puniatur. Ad hoc enim videtur quod haec obiectio locum
haberet ubi iudex tantum facta et non corda pensaret. Facta quidem
iniquorum finem habent in delinquendo eo quod vita eorum finitur, sed
quia penes voluntatem eorum desiderium fuit sine fine vivere ut
possit sine fine peccare. Et quia numquam voluit cessare peccato, dignum

est ut nunquam sint sine supplicio Notandum etiam quod hic quod dicitur
Quousque redderet universum debitum duobus modis exponitur
Uno modo ut littera sonat ut universum debitum sic dimissum ab eo re
petatur propter delictum sequens etc. exemplum est pro opinione illa que
dicit quod peccata dimissa per penitentiam redeunt per ingratitudinem recidi
vante. Hec opinio a multis tenetur Et pro ea videtur hic textus
Et etiam glosa que dicit Si non dimiseritis ex corde quod in vos
delinquitur Et hic per penitentiam nobis dimissum a nobis exigitur. Alio modo
exponitur sic quod universum non refertur ad debitum primum scilicet debitum
decem milium talentorum quod iam erat dimissum Sed ad peccatum
sequens crudelitatis quod commisit in conservum suum et ad peccatum ingra
titudinis quod commisit in deum Et secundum hanc expositionem est alia
opinio quam magis amplector obmissis aliis pluribus opinionibus
~~ut melius patebit in dubitationibus Et secundum hanc expositionem~~
in hac materia quod peccata dimissa per penitentiam non dicuntur redire in se
sed in sequenti peccato aggravato ratione circumstantie ingratitudinis et dicio
nis redeundi oportet intelligi quod hic dicitur tam in textu quam
in glosa ut de quo melius patebit in dubitationibus Et secundum hec
etiam exponende sunt omnes alie partes et auctoritates que pro
alia parte adducuntur sicut illud Gregorii in iiii moralium Si inquit
quod in nobis delinquitur ex corde non dimittitur Et illud rur
sus exigitur quod nobis iam per penitentiam dimissum fuisse gaudebamus
Quod non est sic intelligendum quod culpa iam dimissa ac per hoc
in oculis dei iam annichilata resuscitetur Sed rursus exigitur
ratione ingratitudinis peccatum sequens aggravantis Quarto post hoc pa
bole textus Sic et pater meus celestis faciet vobis Et tradet
vos tortoribus cruciandos Si non remiseritis unusquisque fra
tri suo non solum ore sed etiam de cordibus vestris secundum Crisostomum Non dicit
pater vester sed pater meus Non enim dignum est homines tales vocari patrem
deum qui ita proniosus et odiosus est Ubi Ieronimus formidolosa sententia
si pro ira fratri non dimittamus magna nobis a deo non dimittentur
Et quia unusquisque potest dicere ore nil contra eum habeo dum indicat quam
simulationem ficte pacis aufert dominus Si non remiseritis unusquisque
fratri suo non solum ore sed etiam de cordibus vestris non ficta pace sed vera
et integra dilectione quia non sufficiat labiis dimittere nisi ora
et corda conveniant Quidam enim dimittere nolunt omnino quia et mali
ciam servant in corde et vindictam dum possunt exercent in opere Alii
et si remittunt quantum ad vindictam servant tamen conceptum odium quantum
ad maliciam Sed quisque sibi a domino remitti desiderat oportet ut
utroque modo fratri remittat ut nec opere exerceat vindictam nec corde
retineat maliciam Quinta secundum Gregorium Si in hoc quod in nos delin
quitur ex corde non dimittimus illud a nobis rursum exigitur quod no
bis iam per penitentiam dimissum fuisse gaudebamus Ubi ergo non fuit
caritatis observantia perseverantia nulla est sufficiens penitentia unde
a peccatis solutus dicitur vade et amplius noli peccare Declaratis

quam leges propter ingratitudines quasdam renovat aut manumissos
ad priorem servitutem revocat. Ergo et multo iuste peccati dimittas si
quantum tibi dimitti desideras. Verum attendas quod Christus
et si septuagesies septies dimiseris et si omnia simpliciter peccata
concesseris, convenit primo quantum gutta aque ad pellagus infinitum
tantum magis et multo plus deficit huius amor ad infinitam boni-
tatem dei cuius in unitate constitutus es cum iudicaberis et noxas
tribueris. Et ideo huius peccata in deum decem milibus talentis, et peccata
in proximum centum denariis comparavit, quia etiam eadem peccata multo graui-
ora commissa sunt in deum quam in proximum. Docemur ergo hoc loco ut
sicut dominus nobis maiora peccata, sic et nos dimittamus conservis nostris
minora in nos commissa, alioquin a nobis exigentur debita remissa huius du-
plex. Omnis homo debitor est dei et debitores huius fratres sunt. Ideo deus
iustus constituit tibi regulam in debitore tuo qua faciet sicut ipse
cum suo. Hec et Christus. Hec igitur omnia intelligentes et huius decem
milia excogitantes saltem huius festinemus ad dimittendum pro-
ximis prava et vilia. Audiamus incredes et crudeles sicut nobis-
met ipsis. Cum memorari malorum vis excogita quantum tibi ipsi
malorum rememorare non alium quam tu ligas peccata non proximum.
Duo itaque huic conveniunt et cognoscere adversum peccata nostra et aliis
dimittere et illud propter hec ut facilius hoc fiat. Enim cum sua in-
telligit facilius ignoscet conservo et non simpliciter ab ore dimittit
sed et corde. Ne igitur dicas quoniam cruciatus est et depravatus et decem
milia operatus est michi mala. Quanto enim dixeris tanto magis mo-
stras eum benefactorem. Dedit enim occasionem abluen-
di peccata tua. Quare quanto maiora iniusta tibi fecerit tanto maio-
rum peccatorum dimissionis causa tibi consistit. Si enim voluerimus nullus
iniusta nobis facere poterit. Sed et inimici maxime proderunt nobis bi-
de ergo quanta lucraris mansuete inimicorum ferens impudencias.
Primum quidem et maximum peccatorum remissionem. Secundum pacientiam et perse-
verancia. Tercium mansuetudinem et amorem hominum. Certum ab ira continue
liberum esse et a tristicia quae huic est. Cum hiis et venerabilis
eris et ipse inimicis. Et si demones fuerint magis autem neque ha-
bebis inimicum ita dispositus. Quod autem est magis et primum dei a-
miciciam et si peccaveris veniam poteris. Et ideo non memoriam malo-
rum habeamus in eos qui ledunt. Nam nobis proficiunt maxime nisi nos
ipsos admoderamur. Rapuit ille quae egisti tu pro iniusticia et
glorificasti deum infinitas fructificasti mercedes. Si autem orav-
eris pro eo, deo factus es similis. Unde qualiter maxime lucramur
ab aliorum persecutione, nichil ita deum lenificat ut non reddere ma-
lum pro malo, ymo reddere contraria. Iniurium est nobis beneficia et
coronas. Non est quidem difficilius quam memoria malorum. Hec igitur
scientes similiter et debitoribus nostris etiam gracias agamus, fiunt
enim nobis si spectari volumus maxime non solum indulgencie
verum etiam mercedis occasio. Pauca siquidem damus plurima recepturi.
Quid igitur expetis tu violenciam, quod decet et si ille velit dare
ei concede ut a deo totum accipias. Nunc autem omnia facis et litigas

ut nichil tibi dimittat tuorum. Quoslibet ergo debitores hec
et pecuniarum et laborum omnes dimittens liberos deum expecte re-
muneratorem. Cuncta igitur scilicet peccata et pecunias debitoribus utrique do-
nemus ut nobis retribucio optata perveniat. Quodsi neglexerimus per alia
explere virtutem, hoc de oblivione admisse in nos malicie ad
insistentes etiam peccatum bonus. hec Crisostomus. Attende et hic Sene-
cam qui dicit Si magnanimus fueris numquam iudicabis tibi contu-
meliam fieri. De inimico dices Non nocuit michi sed animum nocendi
habuit. et cum illum in potestate tua videris vindictam putabis vindi-
care potuisse. Scito enim honestum et magnum vindicte esse genus
ignoscere. Et ideo iniuriarum remedium est oblivio. hec Seneca.
Et nota hic quod secundum magistrum in compendio theologie duodecim sunt duodecim modi
remissionum. Primus est baptismus unde in ewangelio Nisi quis renatus
fuerit etc. Secundus est caritas unde etiam in ewangelio Remittuntur ei peccata
multa quoniam dilexit multum. Tercius est elemosina et caritatis opera
unde propheta Sicut aqua extinguit ignem etc. Quartus est fletus et lacrime
dicente domino Quia flevit in conspectu meo non inducam malum
in diebus suis. Quintus est confessio et penitencia unde propheta Dixi confitebor
Sextus est afflictio corporis unde apostolus Tradidi huiusmodi hominem in
interitum carnis ut spiritus salvus sit. Septimus est emendacio morum
vel abreviacio viciorum unde in ewangelio Ecce sanus factus es iam
amplius noli peccare. Octavus est intercessio sanctorum unde Iacobi
Infirmatur aliquis inducat presbiteros etc. Nonus est misericordia et fidei me-
ritum unde in ewangelio Beati misericordes quoniam ipsi etc. Decimus est conversio
et salus proximorum unde Iacobi Qui converti fecerit peccatorem etc. Unde-
decimus est mutua remissio et indulgencia unde in ewangelio Dimit-
tite et dimittemini. Et in hoc loco ponitur. Duodecimus est passio mar-
tyrii pro fide christi unde latroni et penitenti ac pacienti dixit dominus
Amen dico tibi hodie mecum eris in paradiso. Et hoc loco et pluribus
aliis ewangelii locis salubria habemus remedia contra malum desperacio-
nis. Et ideo non desperet cum multos habeamus portus salutis. Si enim de-
sperasti propter peccati magnitudinem habes Petrum qui negavit fidem que
est maxima et tamen deus respexit eum. Si desperasti propter peccati multitudinem
habes Mariam Magdalenam que septem habebat demonia idest uni-
versa peccata et tamen de ea dictum est Dimissa sunt ei peccata multa. Si de-
sperasti propter peccati turpitudinem habes mulierem in adulterio deprehen-
sam cui dictum est Vade et amplius noli peccare. Si desperasti propter
peccati infamiam habes Matheum publice in theloneo sedentem et tamen
dominus dixit ei Sequere me. Si desperasti propter peccati diuturnitatem
habes latronem qui perseveraverat in malo usque ad mortem et tamen dictum est
ei a domino hodie mecum eris in paradiso. Si desperasti propter peccati cru-
delitatem habes Paulum apostolum lapidantem Stephanum de quo dictum est
vas electionis est michi iste. Si desperasti propter peccati recidivacionem seu
peccati reiteracionem et multitudinem habes hic auctoritatem expressam de di-
mittendo fratri septuagesies septies. Unde Richardus Omnes propter

mansuetudinem quam vite predicat. tanquam post te domine ihesu audiens
quod non spernis pauperem. peccatorem non horreas. Non horruisti confitentem
latronem non lacrimantem peccatricem non chananeam supplicantem pub-
licanum non negantem discipulum non persecutorem discipulorum non ipsos
persecutores tuos. Tam validus dominus es ad iustificandum quam
multus ad ignoscendum. Currit sponsa cum adolescentulis quia que
amat ardencius currit velocius et pervenit cicius. Unde et chrisostomus liberi
quippe eos arbitrii creavit deus ut voluntate nostra cum adiuto-
rio dei quod volumus faciamus. Si publicanus es potes fieri ewangelista.
Si blasphemus es potes fieri apostolus. Si latro es potes paradisi co-
lonus effici. Si magus potes deum adorare. Nec est ulla malicia
que penitenciam non salvat. Et ideo tanquam precipua malignitatis ele-
git christus ut nemo usque in fine semetipsum desperaret. Noli michi
dicere peccavi. noli michi dicere peccavi. Et quid igitur medicinam habes
satis fortiorem et potenciorem te quam infirmitas tua est. Medicum habes
voluntatem tuam si volueris emendantem et potentem et sapientem.
Cum enim non subsistentem fecit te. et quod perversus es effectus multo ma-
gis emendare te potest. Sed forsitan dices. Unde peccator potest salvus
esse fieri. Noli requirere quia certe. noli scrutari. tantum si credere vis
mercie et benignitati divine. Sed dices grandia sunt peccata mea
et immensa scelera mea. Et quis est sine peccato. Sed ego inquis
pessimus et super omnes homines. Sufficit tibi ad placandum deum peccatis
desinere et satisfacere. dic tu inquit prior iniquitates tuas ut iustifi-
ceris. Recognosce quod peccasti et si agnoveris nunc correctionis
signum est tibi suspira mestus esto effunde lacrimas. Nec enim aliud
quid effudit meretrix illa. sed lacrimis peccatorum sordes lavit et ipsa tam-
quam pervenit ad fontem hec chrisostomus. Unde et Gregorius de spe in hoc dicitur
divine mala nos malorum meorum qualitas illa conturbans frangebant.
Ideo enim omnipotens deus electos suos in quibusdam lapsibus cadere
permittit ut aliis in culpa iacentibus si toto ad eum corde consurgant
spem venie reddat et eis per lamenta penitencie viam pietatis aperiat.
Cerna quam multos a suis iniquitatibus iam sanatos aspicimus.
quid aliud quam superne misericordie pignus tenemus. Et item quid itaque
in hac re debemus aspicere nisi dulcem clemenciam conditoris nostri qui no-
bis velud in signo ad exemplum penitencie posuit eos quos post penitenciam vi-
vere post lapsum fecit. Et enim nichil aliud in hiis video nisi an-
celos nobis parata spei et penitencie exempla. Omnipotens deus libenter
oculis quos imitari debeamus obicit. utique extra sue misericordie opponit. Unde
et Augustinus. Nec enim nulla cagit peccatorem ad penitenciam nec criminis
enormitas nec temporis brevitas nec vite enormitas nec hore extremitas
excludit a venia si perfecte sint voluntate mutatus sed in amplissimo
sinu sue caritatis filios prodigos suscepit revertentes. Et item
pater tradidit filium suum quo redimeret servos. misit spiritum sanctum quo
servos adoptaret in filios. filium dedit in precium redempcionis
spiritum sanctum in privilegium adopcionis se totum servat hereditatem ad-
optatis. Nemo ergo de dei pietate diffidat quia maior est eius miseri-

qm nra miseria / et qmsqs ad eu toto corde clamauit exaudi
et illu qr iniuris est tardius ei signud, videt pcor venam
dare qm ipi pccori accipe Sic em festinat se absolue reu a
tormeto qstie sic qi exhalet eu gpassio miseri. qm ipm miserum
passio sui. Vn ecad crus crede in illis e cetra homiez pietas dei
q nunqm spnit pnitez, si ei sincere z suppliciter offerar / eciā si ad
summu quis venit maloru z inde velit reuerti ad vitatis viaz su
scipit libent z amplectit z facit omnia. qtius porem tenoret statu
vn sup illo verbo cayn maior e iniquitas mea q ut veiaz
merear / dicit augus mentiris inquit cayn mentit / maior e dei
pietas qm omis iniquitas Ex qua expresse appar q desperauit
Et ideo dt augus Et ipe plus turbauit deu in desperacione q
in fraticidio / sic iudas in desperacione q in pdicione Vn dndy
O res qfusa o res monstrosa pctor desperans de dei misa cum
cuncta pcca originalia mortalia venialia ab origine mudi co
missa diuine mie coparata sint qi vna gutta ad pellagus totius
maris Et breuiter dicedo dt augus z greg Si vnq ho om
pcca pctrasset z velud cayn et iudas desperasset, ptrea deus q
illi veniā no dare vitasset Si miser ille totiens veniā rogasset deus
promptus illi veniā no denegasset Et testante augus et bero / pcca
ptita no nocet si no placet qndo ecciam sperare debemus in merito
xpi sine quo no possimus saluari In merito em xpi radicata st
oia nra opa sine satisfactoria pene sine meritaria vite eterne
qr nec ab offensa creatoris hnd sumus digni absolui nec diuersita
tem pmii quod deus e digni sumus assequi nisi p meritu hois
dei Et propue in merito passionis xpi e sperand. qr hec e miser
speciale solaciu Vn augus dicit Passio tua domine vltim refugi
um singulare remediu deficiente sapia no suffragante iusticia
no sufficiente sctate sucumbentibus meritis illa succurrit No solum
aut a desperacione s; eciā a vana spe e cauendu qr vtrobiqz
magnu e pclm Vn augus Et vtroqz homines pclitant z spera
do et desperando Quid igit agit deus cu pclitantibus vtroqz mor
bo Illis qui spe pclitant hoc dicit ne tardes conuti ad dnm
neqz differas de die in diem Subito em veniet ira illius
et in tpe vindicte disperdet te Illis qm desperacione pclitant
quid dicit In quacuqz die ingemus qmsus fuit omes iniquita
tes eius obliuiscar ppt illos qo qui desperacione pclitant pposuit
eis indulgencie portu ppt illos qui spe pclitant z dilacionibus il
luduntur fecit diem mortis incertu Qndo veniet dies vltimus ne
scis ingratus es qr hodiernu hes in quo corrigaris Et itm ne de
sperando augeam pctm datus e nobis pnie portus rursus ne
sperando augeam datus e nobis dies incertus mortis Et itm
latro agnouit petrus negauit In petro docemur quequm iustum
no de se debere psumere In latrone no impium quecumqz despe
rare debe. Timeat qo bonus ne peat p supbiam et malus ne

Cam

desperet p[er] vilitat[em] malicie. h[e]c Aug[ustinus]. Unde [et] Greg[orius] habete fr[atr]es
mei fiducia[m] de m[isericordi]a co[n]ditoris v[est]ri et ad mis[er]icordi[am] iudicem
d[omi]n[u]m adhuc expectat d[um] le[n]ti[us] venite. Considerantes naq[ue] q[uod]
iustus sit p[e]cc[at]a v[est]ra nolite neglige[re]. Considerantes v[er]o q[uod] pius
sit nolite desperare. Et t[ame]n d[icit] aut[em] vna eius nos refoveat
et nullo m[od]o negligentes reddat sic p[e]cc[at]a p[rae]be[n]t ut nec in despe
racione n[on] p[er]imat Cu[m]q[ue] et si p[er]mi[tt]ere m[et]uimus [et] metuentes
speram[us] m[isericordi]a[m] regnu[m] c[ae]li adepturi sum[us] h[ui]c et Crisost[omus]. Ne audi
am[us] q[uo]m stam[us] s[ed] dicam[us] nobis ip[s]is q[ui] estimat se stare vide
at ne cadat. Neq[ue] desperem[us] si cadim[us] s[ed] dicam[us] nobis. Nu[m]quid
q[ui] cadit n[on] ex[s]urg[e]t. Et cu[m] multi in ip[s]u[m] celi verticem ascenderu[n]t
et aste[r]u[m] et sublimit[at]e ad angelica[m] t[ra]nslati sunt urbanitate[m] et tu
tam i[n]duerunt v[ir]tutem ut demones abegerunt [et] multa signa
op[er]ati fuerunt. Et hor[um] q[ui]de[m] plene sunt scripture [et] plena vita
exemplis nobis. Et t[ame]n nullus eor[um] qui in malicia sunt diffidat
nemo in v[ir]tutib[us] [con]stitutus dormitet neq[ue] hic [con]fidat. Multotiens
en[im] meretrix p[er]tr[an]sibit neq[ue] ille desp[er]et. p[ro]ple est en[im] ei et p[ri]mos
p[er]transire. h[ec] Cris[ostomus]. Et n[on] h[ab]e[n]s misericordes q[ui] [con]sti[tu]tu[m] in eis
e[st] dei degniare [con]pellit. Na[m] cu[m] sit de n[atur]a miserere et parc[er]e
dimitt[er]e [et] indulge[re] cuiq[ue] p[ro]p[ri]u[m] e[st] misereri semp[er] [et] p[ar]ce[re]. isti fac[iu]nt
ip[su]m q[ua]si [con]t[ra]ri[us] p[re]c[e]p[t]o p[e]cc[at]i. et q[ua]si alienat eu[m] a suo p[ro]p[ri]o. Ysaie xxviii
alienu[m] e[st] opus eius ut op[er]etur opus suu[m]. peregrinu[m] e[st] op[us] su
u[m] ab eo. h[ui]c b[ea]t[u]s B[er]n[ardus] d[icit] sup[er] illo [et]c. ad Corinth[ios] p[rim]o p[ate]r mi
sericordiaru[m] et deus totius [con]solacionis. In h[oc] q[ui]p[pe] p[ro]p[ri]o deus nomi[n]e ap
pelletur ip[s]e est de q[uo] legit[ur] q[uo]nia[m] domi[nu]s dei ab et[er]no. Si forte
q[ue]m[que] dicat. deo e[st] p[ro]p[ri]u[m] misereri cu[m] iudicia abyss[us] multa et
om[n]e vie eius n[on] s[u]nt m[isericordi]a s[ed] m[isericordi]a et v[er]itas q[uo]n[iam] ecia[m] cu[m] vult
miseret[ur] et que[m] vult indurat. s[ed] q[uo]d misereat[ur] p[ro]p[ri]u[m] e[st] illi. Et se
cu[m] sumit mat[eriam] et velud seminariu[m] misere[n]di. Non q[uo]d iudi
cat et co[n]dempnat. nos eni[m] quoda[m]mo[do] cogim[us] ut longe alit[er]
de corde eius miseracio q[ua]m animadu[er]sio procede[re] videat[ur]
ip[su]m audi dicente[m]. Nu[m]q[ui]d volu[n]tatis mee est mors impii et
n[on] magis ut [con]vertat[ur] et vivat. Et e[r]go n[on] p[ate]r iudicior[um] u[e]l v[e]l
cionu[m] s[ed] m[isericordi]ar[um] d[icitu]r q[uia] misere[n]di cau[sam] sumit et p[ro]p[ri]o iudica[n]di n[on]
u[e]l ulciscendi ex n[ost]ris. Misire d[omi]n[u]m glo[ria]m obligat[us] e[st] ei vnq[ue] q[ui]
debebat ei x milia talenta id e[st] p[ro]lus iudaicq[ue] q[ui] decalogo
[con]strictus. millearu[m] t[ra]nsgressionu[m] erat reus. Cu[m] aut[em] n[on] ha
beret unde redd[er]et id e[st] virib[us] suis hoc explere n[on] poss[et] iussit
eu[m] domi[nu]s venu[n]dari p[er]misit iusto iudicio malignoru[m] sp[iri]tuu[m] fi[eri]
s[er]vu[m]. Et uxorem eius et filios [et] o[m]nia que habebat reddi
id e[st] iussit p[er] cupiditate[m] [et] op[er]ibus malis penas solue[re]. P[ro]cide[n]s
aut[em] s[er]vus ille rogabat eu[m] dicens. q[uia] cu[m] sponte nollet malis
actib[us] p[ro]lus ille p[er]m[an]e[re] p[ro]p[ter]. paciencia[m] habe in me id e[st] parce pe
ccatis. Et o[mn]ia reddam tibi credendo in te qui es finis legis
misertus aut[em] d[omi]n[u]s s[er]vi illius. dimisit eu[m] [et] o[mn]e debitum

dimisit ei Prima misericors dominus non solum illi captiuitatem
materialem absoluit sed etiam omnium peccatorum veniam in aduentu christi se da-
re promisit si perstitisset in incepto Egressus autem seruus ille per bene-
ficium absolucionem de captiuitate liberatus invenit vnum de conser-
uis suis id est gentilem populum qui debebat ei centum denarios
Centenarius est numerus perfectionis unde per centum denarios intelligun-
tur x precepta moralia que gentilis populus iudaico quodammodo de-
bebat quia ambo acceperant Sed iudei expressius in scriptura a qui-
bus gentiles postea didicerunt Et tenens suffocabat eum id est non
sinebat eum reddere dicens Redde quod debes id est obserua car-
nales obseruancias Procidens autem conseruus eius rogabat eum
dicens Pacienciam habe in me et omnia reddam tibi id est quicquid
lex precepit spiritualiter implebo Ille autem noluit sed abijt id est a spirituali
intellectu recessit Et misit eum in carcerem id est arctam tribulacionem
donec redderet debitum hoc intendens ut legem carnaliter impleret
quam videbatur debere Videntes autem conserui eius que fiebant
id est predicatores euangelii vel angeli qui referunt gesta hominum deo
contristati sunt valde propter afflictionem populi christiani Et venerunt et nar-
rauerunt domino suo omnia que facta fuerant quia cum dolore persecuto-
rum deum implorant Nota angeli dicuntur nature culpas [illegible] ut
Thobie xii cum desiderant ut declaretur diuina iusticia vel ad punien-
dum malos vel ad remunerandum bonos Contristantur non realiter
sed ad modum contristantis sicut qui desiderat quod diuina iusticia
in malos declaretur Tunc vocauit eum dominus suus et ait illi Ser-
ue nequam omne debitum dimisi tibi id est omne peccatum Nonne ergo
et oportuit te misereri conserui tui id est gentes digna misericordia reputare
quia omnes peccauerunt et egent gracia dei Et iratus dominus eius
iusta animi decisione tradidit eum tortoribus id est in manum roma-
norum vel temptatoris [illegible] quousque redderet vniuersum debitum et in
preteritum Hic mouentur quinque dubitaciones Prima utrum

Dubia

peccata dimissa per primam redeant quo ad culpam recidiuante
ipso penitente Secunda utrum redeant quo ad penam Tercia utrum
per ingratitudinem peccata prius confessa redeant Quarta utrum dampnati
valeat pena quam portat ad debitum satisfaciendum Quinta utrum
aliquis teneatur dimittere iniuriam fratri non roganti Ad primam est
aduertendum Et peccata dimissa redire quantum ad culpam seu maculam
potest intelligi dupliciter vno modo esse suum formaliter et completam maliciam
seu infectionem Alio modo quantum ad peccati sequelam aggrauacionem Et tunc sic
sit quo modo primo peccata non redeant postea probatur Prima si peccata dimis-
sa reuerterentur tunc sive completam maliciam vel hoc fieret actione
hominis vel actione dei Non primo Prima quod annullatum est
virtute diuina non potest humana actione reuerti ad suum tunc
esse completum Nec secundo quia tunc deus esset auctor nec [illegible]

efficit. Contra hoc posito tunc deus esset per se causa peccati quod est in-
conveniens. Dico quod si sic tunc primum oppositorum esset per se causa secundi al-
terius oppositi, falsitas cuius patet, quia esset similiter patet. Sed contra istam
conclusionem sunt tres opiniones antiquorum. Prima absolute sine distinctione
posuerunt quod penitenti recidivante redeant omnia peccata que per penitentiam
erant deleta quod probant sic. Mortalis culpa tanta est ad mor-
tificandum quanta est caritas ad vivificandum. Sed caritas sic vivificat
quod reducat ad vitam illa mortificata que quondam viva fuerunt, ergo
mortalis peccati malicia reducat illa debita peccata quibus quondam erant
sunt mortua. Sed contrarium augustinus in libro de sentenciis prosperi
ponitur. Cum recedit a christo et alienatus est a gratia finit in hoc mun-
do quid si in perditionem vadit, si non in illud quod dimissum
est redit. Ad argumentum dicendum quod concessa maiore non sequitur
conclusio que infertur. Sed sequitur illa quod mortalis culpa dicat
ad mortem mortificantem illa vivificata antequam fuerunt mortua.
Et hec conclusio est vera. Cum culpa mortalis sequens penitentiam mortifi-
cat actum iusta vivificata per gratiam penitencialem que etiam fue-
runt mortificata per culpam penitentiam precedentem. Secunda opinio posuit
Et peccata per penitentiam deleta redeant non propter quodlibet peccatum mortale quo
penitens recidivat sed solum propter quatuor quorum primum est fraternum odi-
um, aliud apostotare a fide, tercium confessionem contempnere, quartum
penitencia penitere puta si dolet se penituisse de peccatis preteritis, quia illud
quod conditionale dimittitur hoc non existente conditione revertitur
et non intelligitur esse dimissum. Sed deus non dimittit peccata nisi
sub hac conditione ut ille cui dimittit peccata vitet peccatum quatuor pre-
dictis ergo si aliquod predictorum faciat tunc peccata revertentur, quod patet
in hoc, probat augustinus quas magister adducit. Secundo sententiarum distinctione
xxii. Dico quod conveniens facit contra remissionis complementum peccatum contra cari-
tatem que operit peccata apostotare a fide facit contra remissionis
fundamentum. Sed contempnere confessionem et penitenciam facit contra sacramentum
cum confessio et contritio sint partes penitencie que est remissionis
sacramentum. Ista opinio fuit ita famosa quod magister non presumpsit sibi contradicere.
Sed tamen est falsa cum qui asserit dicunt peccata reverti vel intelligunt
quod revertuntur eadem, si eadem specie tunc arguitur. Ista predicta pro-
cedunt de non esse ad esse aut ergo deus producat ea, et sic non
quia qui facit peccatum servus est peccati, aut homo et sic non, quia isti
actus fiunt aliud tempus quatuor ne sunt de natura sua inductiva peccati
adulterii periculum mortalium reatus gravissimus penis que per iram
dei sunt, id est reducit quondam dimissa et per penitentiam. Ad primum dicendum quod hoc
non est verum cum deus dat gratiam et caritatem que formaliter repu-
gnancia habent ad omne peccatum mortale, et ideo absolute in
whelius tollit omne peccatum mortale preexistens in hiis cum gratia
et caritas infundantur et per que semper et non sub conditione predi-
cta peccata remittuntur, verum est non facta existente homini penitentiam.
Verum est bene quod vita spiritualis per gratiam datur homini penitenti
sub conditione vitandi omne peccatum mortale et non solum predicta.

Quatuor de quibus isti loquuntur. Ad 2m dico quod licet quatuor
sint vere tamen quando est sola quod virtute illarum premissarum non sequitur gratia
forme alterius per destructionem scilicet quod peccata dimissa redeant sic ista o-
pinio intendit concludere sed sequitur ista tota disiunctiva scilicet quod vel peccata
non dimittuntur vel dimissa sunt revertuntur et verificantur pro prima
parte. Opinio est 3a et in recadivata post primam peccata dimissa non
redeunt formaliter et secundum propriam essentiam sed redeunt tamen equipollenciam
quia ita viciatus et a deo elongatus est per peccatum mortale quo recadivat
sicut si peccata preterita non essent sibi dimissa. Et isto modo intelligitur
illud Jacobi Qui offendit in uno factus est omnium reus et ista o-
pinio est in toto falsa, et quia tamen eam sequitur quod peccatum simplicis
fornicationis quo ipse recadivat qui primo penituit de centum homicidiis
eque illum hominem viciaret et a deo elongaret sicut fecerunt illa
centum vel mille homicidia prius quam peniteret quod est absurdum.
Et verbum sancti Jacobi non est ad propositum eorum quia hoc debet intel-
ligi non quantum ad equipollenciam vicii et offensionem dei sed quantum
ad similem pene dampni que est omnibus decedentibus in peccato mortali
sive gravioribus sive levioribus sed ita non est de pena sensus que est
inequalis. Secunda quando peccata dimissa dicuntur redire non in se sed
in sequitis pro aliquali aggravatione probatur quia ratione annexe
ingratitudinis aggravatur aliquo modo peccatum recadivantis sed de isto
redeundi dicunt intelligi auctores que hic in prima opinione ad-
ducuntur. Ad 2am dubitacionem Conclusio prima pena dimissa
non revertitur tota in se. Probatur quia homo non requirit debitum pro
dimisso propter debitum de novo contractum igitur nec deus. Antecedens patet
etiam in iure civili dicitur quod obligatio semel extincta amplius
non reviviscit quia etiam patet quia non magis misericors est deus quam
homo. Sed intra civilia sunt magis clemencia quam deus in tradicione.
Secundo culpa dimissa non redit tamen in se igitur nec pena. Antecedens patet ex con-
clusione prima nota est quod pena datur propter culpam intelligendo
de pena de qua pena ad presens loquimur. Secunda quando si penitenti
non sunt tota pena dimissa antequam recadivaret tunc quidem prius dimissa
non exigatur. Ulterius totum tamen residuum de huiusmodi pena to-
taliter exigetur. Probatur Prima hoc exigit divina iusticia quod nullum
malum maneat impunitum. Malum enim culpe non habet ad ordi-
nem universi nisi ad penam et ideo universum non esset bene dispo-
situm si aliquod malo culpe non corresponderet malum pene.
Ad terciam dubitacionem videndum est quid sit ingratitudo et de
de quesito. Dico igitur quod ingratitudo est hominis ineptitudo qua con-
tingit quod gratiarum actiones debitas reddere negligit vel contra
huiusmodi actionem impedit ei a quo libere beneficium prius accepit.
Possunt enim distingui quatuor gradus ingratitudinis. Prima aliqui
sunt qui acceptum beneficium non retribuunt quando retribuere possunt.
Alii sunt qui retribuere contempnunt. Tercii qui beneficium a deo

Per impendunt quod pecuniam oblivioni tradunt. Tercia sub quo-
peret in debito etiam suum benefactorem offendere presumunt contra quos
ait Bernhardus sermone 2o quo ad primum 2o quo ad 2m et di-
ligendo deum quo ad 3m et quo ad quartum super cantica. Ad quartum
est dicendum quod similiter istam dubitationem decimat. super summe
passim. Tradidit eum tortoribus donec redderet universum debitum
dicens quod tortores dicuntur demones quia ad hoc parati sunt ut perdi-
tas animas suscipiant et in pena dampnationis eterne eas torque-
ant. Et subdit. Numquam aliquis postquam dimissus fuit in eterna dam-
pnatione poterit pro debito satisfacere quia addit donec reddat univer-
sum debitum. Videlicet quod hic donec non dicat tempus finitum sed indeterminatum
quia semper solvent dampnati et numquam satisfaciant vel persolvat. Si enim
aliquis totam aquam maris proicert sub unam testam omni et numquam
effunderet intus sed semper extra numquam impleretur. Sic si aliquis debe-
ret alicui decem denarios si sibi mille libras sibi daret et non mit-
teret bursam eius numquam esset sibi solutum. Sic dampnati semper solvent
deo quia carent caritate per quam deus acceptat penam et vult esse
satisfactoriam pro peccatis. Unde numquam intrat bursam eius.
Ad quintum est dicendum quod non per hoc quod hic dicitur. Omne debitum di-
misi tibi quoniam rogasti me. Sed si numquam rogaret non ei dimisisset sed exegit
debitum. Ita quod conservus debitor quia rogabat istum et quia ille non
sunt unsertis rogantis peccavit ut hic patet. Ergo secus si non rogas-
set. In contrarium videtur quod etiam non rogatus quis debeat dimittere iniu-
riam per orationem dominicam quia dicimus. Dimitte nobis debita nostra
sicut et nos dimittimus. Ad quod intendendum secundum intentionem Augustini
et possit etiam homo iniuriam non rogatus dimittere et corde
et secundum preparationem animi paratus esse ad dimittendum etiam ore
et facto quandocumque fuerit rogatus et hec sufficit ad puritatem ora-
tionis dominice. Nec oportet eum apud illum iniuriantem reconciliationem
querere et hoc ex debito necessitatis sed si faciat complet debitum perfec-
tionis ut dicit Crisostomus. Et ille qui querit reconciliationem duplicem
et gloriam consequatur unam quia iniuriam passus et alteram quia
prior rogavit.

Et factum est cum consummasset iesus sermo-
nes istos migravit a galilea et venit
in fines iudee trans iordanem. Et secute
sunt eum turbe multe et curavit eos ibi. Et
accesserunt ad eum pharisei temptantes eum et di-
centes. Si licet homini dimittere uxorem suam qua-
cumque ex causa. Qui respondens ait illis. Non legistis

Quia qui fecit ab initio masculum et feminam fecit
eos et dixit propter hoc dimittet homo patrem et matrem
et adherebit uxori sue et erunt duo in carne
una Itaque iam non sunt duo sed una caro Quod
ergo deus coniunxit homo non separet Dicunt illi
Quid ergo moyses mandavit dare libellum repu
dii et dimittere Ait illis quoniam moyses ad duriciam
cordis vestri permisit vobis dimittere uxores vestras
Ab initio autem non fuit sic Dico autem vobis quia
quicumque dimiserit uxorem suam nisi ob fornicationem
et aliam duxerit mechatur Et qui dimissam duxerit
mechatur Hic est iam capitulum xix in quo consequenter docet
salvator virtutes contemplativorum sive perfectorum Et dividitur in tres
partes Quia primo docet continentiam Secundo obedientiam ibi tunc obla
ti sunt ei parvuli 3o paupertatem voluntariam ibi Et ecce unus
accedens In istis autem tribus consistit perfectio religiosorum sive
contemplativorum Prima pars dividitur in duas partes Quia primo
docet illud quod est necessitatis in continentia coniugali Secundo quod est perfec
tionis scilicet continentiam ab omni actu venereo ibi dicunt ei discipuli
Prima pars dividitur in duas partes Quia primo circa hoc ponitur
phariseorum dolosa interrogatio Secundo ponitur ipsius christi vera responsio
ibi qui respondens dixit Dicit ergo et factum est cum consummasset iesus ser
mones istos migravit a galilea et venit in partes iudee trans
iordanem Omnis quippe provincia iudeorum generaliter iudea dicebatur
ad distinctionem aliarum gentium verum meridiana eius plaga
in qua habitabat tribus iuda et tribus beniamin specialiter di
cebatur iudea ad distinctionem aliarum regionum que in ipsa continebantur
provincia scilicet Samaria Gallilea decapolis et relique alie site
in ea Narrantur ergo ea que in hac provincia scilicet iudea fecit
et docuit ac passus est dominus Et primo que trans iordanem ad ori
entem ubi habitabant due tribus scilicet ruben et gad et dimi
dia tribus manasse Deinde que citra iordanem cum venit ieri
cho et bethaniam et ierusalem et secute sunt eum de Gallilea
turbe multe Ex quo patet devotio populi ad eum quia multi se
quebantur causa sue edificationis audiende aliqui causa curatio
nis impetrande ubi Crisostomus Et secute sunt eum turbe multe
quasi testimonia salutaria doctrine eius sicut oves pastorem in
manu eius genite et nutrite producebat eum quasi parvuli fi
lii patrem peregre proficiscentem ipse autem tamquam proficiscens

pater bona pignora caritatis filiis suis reliquit pro certis
remedia sanitatum hec christus verum sequitur. Et curavit eos. ibi scilicet in
iudea et non ante in galilea ut gentes in eam intrarent seu veni
am que iudeis parabatur dimitteret et in signum quod ex iudea gentibus
salus esset spiritualiter origo. Sanavit dominus turbas trans iordanem ubi
baptista dabatur quia omnes a spiritualibus infirmitatibus in baptismo sal
vantur. Et sic patet quod evangelista in uno verbo multa miracula sanitatum
includit quia propter multitudinem miraculorum non poterant omnia in
particulari describi. Item iudea dicitur confessio. principium non iudee
est confessio fidei. medium confessio peccati. finis confessio laudis. ad quam
pervenitur per migrationem a galilea id est a mundo et trans iordanem id est
humilem descensum. Et accesserunt ad eum scilicet ad ihesum pharisei qui
in populo iudeorum pre aliis videbantur religiosi. Temptantes eum
ut possent eum capere in sermone intellectu et linore ut
decipiant. Ecce primo vitium accessisti maligne ad deum et cor tuum
plenum est dolo ~~Deinde subdit narratio de triplici religio~~
~~sorum perfectione~~ Nonda est inicium distantia in turbis et phari
seis. hec convenerunt ut docerentur et sui infirmi sanarentur. hii ac
cedunt ut salvatorem et doctorem veritatis temptando capiant et
decipiant. hanc devotis pietate illos simulate adducit linore.
Et dicentes Si licet homini dimittere uxorem suam scilicet sibi legi
time copulatam suis et ea vincere aliam ducere quacumque ex ca
id est ratione iusti. Parum curant que scribebant in libello repudii
scilicet iudicie et non inferioris. hanc autem questionem proposuerunt ipso
ad capiendum eum quia questio erat ad utramque partem calumpniabilis
unde glosa Si dicat dimittenda est quacumque ex causa et ducenda alia
ex quo sint pudicitie predicator contra se facit Si dicat non est dimit
tenda contra doctrinam moysi et dei facit ideo questio temptat. non alie
legem primam quam dei sententiam sed opponit que non voluntate dei
sed peccatorum necessitate concessa est Cum in textu ait hic ponit christus re
sponsio Et dividitur in duas partes Prima primo ponitur questio 2o
removetur sibi facta quedam ~~ubi dicit ob~~ obiecta ubi dicunt
ei Vbi ad evidentiam primi est advertendum quod indivisibilitas est de
ratione matrimonii. per quod ponitur in diffinicione eius tamquam for
male unde dicitur matrimonium est coniunctio maris et femine inter le
gitimas personas individuam vite consuetudinem retinens id est indi
visibilitatem secundum totam vitam alterius cuiusque. Racio autem huius
est prima intentio est quam maris et femine ad educationem
prolis ad cultum divinum multiplicandum. Vbi ad hoc autem quod proles
sit apta ad cultum divinum et possit sibi sufficere per emancipationem
a parentibus requiritur magnitudo temporis tractus quia optat filium
continuari educari et doceri et sibi de naturis vite a parentibus providi

Tertia ratio quod dicit apostolus 2e ad Corinthios 12 Parentes debent
thesaurisare filiis et non filii parentibus antequam homo possit generare
de communi cursu est 18 annorum vel 20 Antequam vero filius genitus sit edu
catus et doctus sciens et potens se et familiam regere oportet quod sit 20
annorum vel circiter Sic ergo patet quod si vir non generaret nisi primum filium
de uxore tamen antequam filius esset dispositus ad recedendum a patre iam pater
esset 40 annorum vel circiter Nunc ita est quod masculus et femina debent simul
cohabitare indivisibiliter quamdiu intendunt generacionem et educacionem prolis
sicut videmus in brutis animalibus sicut in avibus quod determinatus mas debet adhe
rere femine inseparabiliter coniunguntur tempore quo intendunt generacionem et edu
cacionem filiorum verumtamen quia in aliis animalibus et avibus filii nati in modico
tempore sunt sufficientes victum sibi querere Ideo masculus et
femina non coniunguntur inseparabiliter per totam vitam sed tantum tempore educacionis
filiorum Cum igitur natura humana magis debet esse ordinata quam natura
brutorum Ideo de dictamine naturali est quod vir et uxor inseparabiliter
coniungantur quamdiu stat inter eos educacio informacio et doctrina filiorum et
hoc est tamen totam vitam coniugatorum quia sicut visum est homo fere 40 annos
antequam primus filius eius sit sufficienter educatus Et sic sola occasio
ne primi filii dictat natura quod vir debeat cum uxore inseparabiliter cohabitare
Et quia antequam primus sit sufficienter educatus nascuntur alii filii vel
saltem possunt nasci quibus consulere per parentes debet provideri ad quod utique
requiritur tempus magnum Ideo sicut natura dictat aliis animalibus ut
masculus et femella inseparabiliter cohabitent in tempore determinato a natura
in generacione et educacione filiorum ita dictat in natura humana ut vir
et uxor inseparabiliter cohabitent per totam vitam et sic patet quod indivisibilitas
matrimonii non solum est de iure divino sed etiam de iure naturali Hanc au
ctoritatem declarat salvator per scripturam veteris testamenti Nonne legistis
quia qui fecit hominem ab inicio quando scilicet vigebat lex nature ante le
gem datam per moysen masculum et feminam fecit eos in quo tangit
unitatem matrimonii naturalis Unde glossa non ait feminas ut unum coniugium sit
non plura quam repudio possunt generari Et dixit propter hoc relinquet homo
patrem et matrem in quo tangitur debita condicio materie predicte quia debet esse inter personas legittimas ad coniungendum quia communi
tumitas propter est quod excluduntur persone illegittime que sunt pater et mater iste
enim sunt persone exclusive tamen dictamine legis nature Tunc esse quod vir et
uxor in actu matrimoniali ad paria iudicantur et ideo contra reverenciam
naturalem est quod filia coniungatur patri et filius matri Unde et aliqua animalia
magis appropinquancia ad industriam humanam talem coniunctionem tamquam abho
minabilem refugiunt sicut narratur de elephante qui cum ad matrem
ductus a magistro ipsum custodiente ad impugnandum matrem propriam
renuit propter quod magister vultum eius operuit et cum sic ignoranter
matrem cognovisset et discooperto vultu hoc videret in furiam pro dolore
in furiam magistrum suum et interfecit eum Et hoc est quod dicitur in litera
decreti

Propter hoc scz opus coniugacionis Relinquet ho prem z mrem homo
h masculus et femina / masculus illo md dr copulari uni / neqz filia
pri / Consequnt ponit illud quod e formale in mrimonio scz coniu-
cio indiuidua p totam vitam / cu dicit / Et adherebit vxori sue p coniu-
cionez amorum & amore et fidelitate Et erunt duo in carne vna
qntum ad vnitatem copule carnis / ul qntum ad vnam carnez prolis
ex ambobus producendam / Aduertend tn q ista vba dicunt hic vba
domini Et tn gen 2o dicunt vba ade Non tn e hic contradicto / qr
ista verba protulit adam ex diuina reuelacione / quia in extasi positus
vidit mulierem de costa sua formatam Et io illa vba fuit pricipalr
dei reuelantis z ipius ade instrumentalr z sic pferentis / Intelligitur qr vim
facit carnalis coniunctio / Concludit ergo saluator / Quod ul quos
deus coniunxit s. virum z vxorem / et inseparabilr quantum ad totam vitam
homo non separet dimittendo ppria voluntate vxorem / Licet tn
diuina aliqui separentur quantum ad cohabitacionem ppt lepram z religionis
ingressum z voluntariam obligacionem / Non tn ad matrii vinculum
primo et quo ad vinculum / qr non est libertatem ducendi aliam vxorem
viuente / hoc contingit qn coniuges sic separantur ppr diuinum cultum
alto religionem intrare / Vn io homo separat qn pro desiderio
suo / ppriam dimittit / deus separat qn ex consensu ppr seruicium dei
tunc tenus malum e viuus aliud dimittit / Notandum q in pnti auctor
phibet tria coitus illicita / Primo pctm contra naturam / cum dr masculum
et feminam / contra quod ad Ro primo efferunt earum mutauerunt natura-
lem usum / in eum qui e contra naturam / simile et masculi relicto natu-
ralis usu / Scdo pctm incestus non sequitur / ppr hec relinquet ho prem
et mrem / cu iste mulier licent tollere / Iio pctm fornicacionis cum ad
dr Et adherebit vxori non meretrici / Ppria vxor dr que est
coniugata non soluta / Quarto pctm adulterii cu subditur sue non ali-
ene / Quinto bigamia cum sequitur Et erunt duo in carne vna non
tres / contra quod lamech legitur pmus fuisse gen 4o Quaeritur an
ppt vxorem homo absoluatur ab illo precepto / honora prem tuum ex-
odo 20 Ro pz ex pdictis / q intelligitur de religione quo ad copu-
lam carnalem / non quo ad beneficii exhibicionem / Ponatur ergo q pr
et vxor equaliter indigeat / cui magis tenetur subuenire / Ro
de homine quibus tenetur magis vxori qr sue vxore sic viri / Si aut
habeat ppriam de illo magis pri quam vxori tenetur / Dicit illi
hic remouetur quedam obiectio quam fecerunt ei pharisei / De autem
moyses deut 24 dare libellum repudii s. repulsionis / et dimit-
tere s. vxorem ~~et non inueniet graciam~~ Vn deut 24 Si acceperit
homo vxorem z non inuenerit graciam in aspectu eius ppt aliquam
feditatem / scribet libellum repudii z dabit in manu eius et
dimittet eam de domo sua / Nota in libello repudii fuit
aliquos tria extra scripta / ca diuorcii / dotem quam dabit ei / et
licencia nubendi alii / Iozephus tn dr / q scriptura erat talis

Promitto quod nunquam temptari quemadmodum. De libello repudii satis extense
dictum est supra quinto capitulo. Et aut illis quid moyses. Inquit non deus
ad duritiam cordis vestri id est malitiam permisit non precepit vobis dimittere
uxores vestras. q. d. non dico contra moysen, quia moyses non scripsit hoc
tanquam licitum et bonum, sed permisit propter maius malum vitandum, ne scilicet
uxores eis inquietas occideret, quia minus malum est dimittere quam occidere.
Sicut deus non concessit dare ad usuram cum gentis ne fieret grauaret.
Sicut igitur qui non dat ad usuram nec extraneo nec proximo facit magis
secundum intentionem moysi, ita qui ducit uxorem non dimittendam non est
contra eius intentionem sed magis supplet et perficit illius legis date im
perfectionem sicut supra dictum est capitulo quinto. Ipsa autem permissio non ab
soluebat eos a peccato sed tamen a pena legali quia non fuit impunitum dei
sed hominis dissimulatio intollerando minus malum ne maius fieret. Deus
enim non est sibi contrarius nec indulgendo hoc mandat sed dispensando
sustinendo et permittendo ne peiora fierent hoc tolerauit. Sic apostoli
permiserunt secundas nuptias propter incontinentiam hominum et malas eorum vol
untates. Iuxta enim primariam institutionem non fuit nisi unica uniti.
Sed propter incontinentiam hominum tenuerunt non ad secundas nuptias. Unde tamen de
duobus malis minus tollerat. Huius permissio dicitur dispensatio quasi diuis
a pensatio quando duo mala quasi equilibrantur, ut videatur utrum eo
rum peius sit et ponderet. Est autem triplex permissio ut cum abbas
concedit monacho propter infirmitatem uesci carnibus, illicite quidem propter vo
tum sed nunc licitum propter concessionem abbatis et tamen ... indulgen
tie et permissio secundarum nuptiarum. Unde apostolus uxor viro defuncto nu
bat cui vult in domino. Hec autem tamen indulgentiam dico. Et si culpa
est venialis est sufficientie ut permissio libelli repudii quod sustinui
t moyses non deus, quia deus hoc tamen puniuit dupliciter temporaliter
et eternaliter sed moyses non puniuit temporaliter. Est certa permissio su
fficientie quando deus permittit nos peccare qui non concedit illud fieri
nec dispensat sed sustinet et peccatorem expectat. Solam autem fornicationem
ponit deus causam dissidii iubens ceteras molestias pro fide coniugii
et castitate sustinere. Et intellige dissidium quantum ad cohabitationem
et debiti redditionem non tamen quantum ad vinculum matrimonii quod non
soluitur nisi per mortem et ideo nec vir nec mulier potest contrahere alio vivente. Ra
banus. Una ergo pollutio carnalis est causa id est fornicatio. Una spiritualis
hoc est timor dei ut uxor dimittatur. Nulla ergo causa est ut viuente ea
que relicta est alia ducatur. Sponsat per uxorem que non dimittitur nisi
propter fornicationem intelligitur anima cuius vir est christus qui nunquam etiam nisi propter
fornicationem peccati dimittit uxorem suam spiritualem scilicet animam et ducit scilicet pr
istinorem mechatur. Non enim quantum spiritualem sed temporale lucrum.
Ab initio enim non fuit sic scilicet in statu nature institute sed in hominibus
lapsis per peccatum permissum est propter maius malum vitandum non tamen lici
tum sed minus malum. Et hoc est quod subditur. Dico autem vobis. Glo.
Doctrina christi concordat legi naturali quia iam tempus est perfectionis.

Quia quicunque dimiserit uxorem suam nisi ob fornicationis causam sim-
pliciter quantum ad repudiacionem ipse peccat et facit contra legem ma-
trimonii, nisi ob fornicationis causam intelligi, que vna causam divi-
dit in alteram et separat se [illegible] sola fornicacio que uxoris tollit af-
fectum, prout dicit [illegible] enim tenet adulteram stultus est et insipiens intellige

18 adulteram consuetudinariam. Crisostomus [illegible] est [illegible] ad comitancia ne est
ad mulierem perniciosam. Et aliam duxit prima viuente dimissa vel
propter fornicationem vel dando libellum repudii. Mechatur id est adulterium co-
mittit. Mechatur ergo quia adhuc post separationem manet vinculum matri-
monii. Et qui dimissam duxit scilicet primo viro viuente mechatur. [illegible]
enim talem ducat sub adulterii crimine sit. Hic ponit septem
dubitaciones. Prima utrum matrimonium soluatur propter fornicationem corporalem.
Secunda utrum soluatur propter fornicationem spiritualem id est propter infidelitatem. Tercia
utrum dimittere uxorem fornicariam sit ex precepto. Quarta utrum vir
si fornicatur in occulto possit dimittere uxorem que fornicatur de aperto.
Quinta utrum si [illegible] latere per errorem et post vir promotus
est ad sacerdocium si error cesset et deceptio pateat utrum reddendum
sit uxori si ipsa non velit abstinere. Sexta utrum ceteris paribus
sacerdos plus peccat quam laicus fornicando. Septima utrum

Septima utrum interficiens uxorem adulteram et fornicariam pena
homicidii debeat puniri. Ad primum est dicendum quod matrimonium solui
propter fornicationem carnalem potest dupliciter intelligi. Primo quantum ad cohabitacionem
et carnalis copule commixtionem. Secundo quantum ad secundum impedimentum
celebracionem, ita quod dimissa uxore fornicacionis causa liceat viro aliam
recipere. Primo modo propter fornicationem solam uxor potest dimitti ut scilicet non
habitet cum ipsa nec commisceatur sibi carnali copula et hoc probatur [illegible]
quod vna autem apostoli et Augustini. Nam apostolus dicit prima ad Corinthios [illegible] his
qui matrimonio coniuncti sunt precipio non ego sed deus uxorem a viro non
discedere quod si discesserit scilicet causa fornicationis manere innuptam
decet. Augustinus vero ait Et dominus ad confirmandum quod uxor non fa-
ciliter dimittatur a viro solam fornicacionis causam excepit, ceteras
vero alias molestias si que extiterint aut quod fuit venefica aut fili-
orum interfectrix quod generica peccata sunt quam fornicatio pro fide coniu-
gali et pro castitate servanda iubet fortiter sustinere et mechum
appellat qui mulierem causa fornicationis dimissam accepit in uxo-
rem viuente viro a quo dimissa est. Nam ut dicit Augustinus sola for-
nicatio vincit uxoris affectum, et nullum aliud peccatum propter quod quia du-
bium esset fornicariam uxorem cum viro manere ne ipsam interficeret, eo
quod solum ut dictum est fornicatio destruit affectum in viro uxoris videt
quod solum [illegible] carnem suam esse dimissam. Ideo quantum ad cohabitacionem et carnalis commixtionem
saluator non concessit quod vir uxorem posset dimittere. Sed secundo modo quantum
ad secundarium impedimentum celebracionem matrimonii non soluitur eciam pro fornica-
cionem verbum saluatoris mechum nominant illum qui uxorem dimissam cau-
sa fornicationis accepit, cuius causam assignat Crisostomus [illegible] per quas

causas necat res p ipas dissolui/ matrimoniu aut no facit carnalis
copula vl habitacio s3 voluntas / ideo si quis dimittat vxore quitum
ad habitacionem et commixtionem carnalem ergo aliam no accipit adhuc
e maritus quia si corpe sepatus est voluntate tn coniunctus Et Ieronimus
dicit hoc ideo dnm precepisse q possent causa fornicacionis dimittere
in vxorem ut aliam vxorem acciperet Unde ad hoc no fieri salvator
voluit q dimittens vl dimissa possent ad secundas nupcias transire
eis vivetibus / Conuenter g peccant illi qui ex quacumq alia causa p-
ter fornicacionem vxores a viris separant / Dant eni vtriq tales occa
sionem fornicandi. Ad secundam e dicendum Et sicut dicit Rabanus
sup hunc passum Due sunt solum cause quare vxor dimitti pt Vna
e fornicacio carnalis de qua dns loquit Alia e fornicacio spi
tualis puta timor dei / dicendum g q sicut ponit xxviii causa q i
Si vir et vxor sint infideles si vir conuertatur vxore nolente conuerti
vl ex quo pt ipam dimittere nolentem cohitare cum ipso. s3 ipa viuen
te no pt aliam accipe / q licz matrimoniu primu fuit verum no tn fuit ra-
tum / cu fuit in ipa infidelitate celebratum Sz si ambo vir et vxor sic
fideles e postmodum alter ipsorum fiat infidelis e odio xpiane reli-
gionis derelinquat fidem / tunc vir fidelis derelictus no tenet se
qui vxorem infidelem discedentem / aliam tn ipa viuente accipe no
pt q matrimonium fuit celebratum in ipa fidelitate / pt quod no so
lum fuit verum matrimoniu s3 etiam fuit ratum / Ad tercium respondet
Et videtur q no possit ad 4rtum a domino permissum causa fornicacio
nis vxorem s3 permissio no e preceptum g Item ipe vir no tenet
continere nisi velit / g cum dimissa vxore teneat continere no tenet
vxorem dimittere Item vnusquisq pt iniuriam sibi illatam di-
mittere e peccanti parcere. ut tenet a peccante penam exigere / g
quocienscumq mlr peccaverit in virum adulterando vir pt di
mittere / g o o tenet eam dimittere / Contra Crisostomus Sic crudelis e
iniquus est qui castam dimittit / similiter stultus et iniustus e qui
retinet meretricem g Item Ieronimus Quum mlr se a viro fornicante
separavit no dz teneri. ne virum q3 sub maledicto faciat dicente
scriptura Qui tenet adulteram stultus e impius e proverbiorum 18 Item
viri e cohibere e corrigere vxorem / g si cohitat cum muliere adultera
affectu maritali / consentit sceleri g Dicendum. fornicans quis aut for-
nicatur in occulto aut in manifesto Si in occulto sic potest ista co
clusio Contra fornicans in occulto no pt dimitti probar q forni
cacio eius no pt probari / et no e iudicium de occultis iudicare Si
in manifesto fornicatur aut perseverat in malicia / sic tenet eam
dimittere pt / q vir tenet vxorem corrigere uel verbis de-
vitante. q tenet dicere ecclesie si e incorrigibilis Si aut pe
nitet e se corrigit / no tenet / q pt sibi indulgere e parcere
Et sic dicendum e de muliere fornicante in comparacione ad virum
quantum ad dimissionem / Sic est dicendum e de viro fornicante

in comparatione ad uxorem quantum ad dimissionem Sic ergo dicitur quod
ad paria obligantur. Ad quartum dicendum quod licet vir fornicans
non debet eam dimittere nec potest sine peccato in conspectu dei licet
posset in conspectu ecclesie pro eo quod uxori non desunt iura excipiendi
cum ei desit probatio. Si tamen vir egisset penitentiam et illa accusata
nollet agere penitentiam sed perseveraret in adulterio credo etiam quod vir
posset eam accusare et dimittere post sententiam. Si vero vir esset in
crimine notorio sic uxor non posset. Unde sunt septem casus in
quibus adultera potest excipere contra virum. Primus est si fornicari cogi-
tur. Secundus si quis prostituit eam. Tertius si credebat mari-
tum in bello extinctum et nupsit alteri. Quartus si cognita fuit la-
tenter ab aliquo quem credebat esse virum suum. Quintus si fuit
vi oppressa. hic autem intelligendum est de vi absoluta non de me-
tu. Septimus si infidelis repudiat uxorem et illa ducit virum
alium si veniat ad fidem debet eam recipere non obstante quod fuit for-
nicata. Ad quintum dicendum Et videtur quod sic quia mulier tamen ius suum
et salvo iure mulieris non peccat continentiam vovere cum voluntate
uxoris. Tertio dicendum quod inducenda est ad continentiam quod si manifesta de-
ceptio in lactione potius sive appareat et ipsa non vult continere debet vir
suus sibi reddere. Utrum tamen ille non potest debitum petere quia quantum
in se fuit continentiam vovit, et hic dico nisi illa sit fornicata.
Rationes que ostendunt quod adultera debeat dimitti intelliguntur
de adultera incorrigibili. Alie autem rationes que arguunt quod
possit eam retinere intelliguntur de adultera penitentiam agente etc.
Ad sextum dicendum quod ceteris paribus vir adulterando fornicando sa-
cerdos plus peccat. Ratio est quia sacerdos vovit sollempniter con-
tinentiam ab omni muliere et totaliter se deo dicavit. Vir autem in-
iuit fidelitatem et ad oppositum actum se obligavit continendi. Si-
cut ad reddendum debitum uxor velit hic est ad oppositum actum. Ergo sa-
cerdos magis se elongavit ab actu carnis quia vovit quod nunquam
cum aliqua etc. Item magis sollempniter peccavit quam coniugatus vene-
nit. quia votum suum est sollempnizatum per sacrum ordinem quod sacramentum
est maioris reverentie quam matrimonium sicut omnes clerici confitentur
et certitudinaliter hoc est verum eo quod illud sacramentum directe et im-
mediate applicat hominem ad conficiendum corpus christi verum in sacra-
mento altaris quod est maximum quod homo potest exercere in hac vita
Sed tamen non plus tenetur sacerdos quam subdiaconus quia quantum fuit sub-
diaconus vovit sollempniter continentiam et inquantum peccat. hic dico duo unum
est quod quotienscumque peccat ordinatus totiens de facto protestatur se appla-
re votum sollempnizatum in prima susceptione sacramenti ordinis.
Unde sacerdos fecit tres protestationes de observanda continentia sicut
in subdiaconatu dyaconatu et presbiteratu. Secundo dico etiam quod
subdiaconus magis peccat fornicando ceteris paribus quam coniugatus

adulterando Et racio est quia votum suum est solempnius propter sacramentum quod suscepit presbiteratus et propter finem ad quem ordinatur applicatur Probare autem quod sacer ordo sit solempnius sacramentum quam sit matrimonium reputo simpliciter superuacuum Istam autem racionem vel conclusionem de fornicacione sacerdotis et adulterii confirmo per canonem 27 q. 1 capitulo sicut notum Et contra proposito 1 co Ex vidue voventes continenciam votum frangentes peccant grauius quam adulteri quod apparet esse propositum Sed patet videnti quod illud capitulum loquitur de illis viduis que primo voverunt castitatem et postea contrahunt matrimonium et hoc est grauius quam vovere castitatem et postea fornicari Verum est quod hec intencio est talis illius et alterius tali proposito sunt Unde utrumque capitulum loquitur de voventibus et postea contrahentibus Simile habetur de illis clericis fornicariis d. 31 c. 1 Eos Sed istis omissis accipiatur media planiora pro sic grauius peccat monialis fornicando quam vir vel uxor adulterando sicut dicit beatus Augustinus de sancta virginitate lege sed grauius peccat sacerdos quam monialis vel monachus religiosus non ordinatus quamuis non est infra sacros ergo grauius sacerdos peccat quam adultera vel adulter quia si grauius peccat monialis vel religiosus non ordinatus quam adulter vel adultera et grauius peccat sacerdos quam monialis ergo sequitur quod magis peccat sacerdos in fornicacione quam adulter Unde michi videtur quod sacerdos est magis solempniter obligatus ad castitatem quam monachus et inquantum talis nisi sit forte sit infra sacros ordines et per consequens magis peccat quam sanctimonialis vel quecumque religiosa inquantum religiosa Ad septimam est dicendum quod si vir interficeret uxorem fornicantem ita quod non videret nec deprehenderet eam actualiter fornicari tunc tam lege humana quam diuina puniendus esset pena homicidii Non enim debet homo proprio iudicio quemquam interficere sed deberet eam coram iudice accusare et penam a lege impositam expetere et hoc non liuore vindicte sed amore iusticie Sed penam et culpam homicidii subterfugere vellet Si tamen vir inueniret uxorem actualiter fornicari ita quod videret et deprehenderet ipsam in operacione fornicacionis tunc si ipsam occideret propter magnum iusticie ardorem quia scilicet videndo carnem suam diuidi et turpiter tractari lex humana non apponit legem penalem et ex hac lege humana dicitur licere non quod precipiat sed quia non prohibet nec penam taxat considerandum magnum viri incitamentum Unde dicendum est quod si ipsam qualitercumque vir proprio iudicio interficeret uxorem pena homicidii lege tamen diuina

Dicunt ei discipuli eius Si ita est causa hominis cum uxore non expedit nubere Qui dixit illis Non omnes capiunt verbum istud sed quibus datum est Sunt enim eunuchi qui de matris utero sic nati sunt Et sunt eunuchi

qui facti sunt ab hominibz Et sunt eunuchi qui castra-
uerunt seipsos propter regnum celorum Qui pt capere capiat/
Posito quod e innitatus in virtute coniugalis continencie scz continencia ab
extranea illegittima et indissolubilitas a legittima Consequenter
ponit quod e super ex[il]rogacionem et consilium vz continencia ab omni actu
venereo/ Discipuli enim audientes quod vinculum matrimonii esset
indissolubile dixerunt/ Si ita e cum homine cum uxore q non possit
eam dimittere nisi modo predicto scz p fornicacione non expedit nu-
bere qui diceret simpliciter melius e continere/ Et hoc ex duplici causa
Primo quia ex indissolubilitate sequitur adulterium Et indissolubilitate matrimonii
possunt multa grauia sequi/ Quia si uxor incurrat lepram vel aliqua infir-
mitatem horribilem oportet tamen illi debitum reddere/ Secunda ca e quia ma-
ius meritum e continere simpliciter quam coniugalis continencia/ Vn super Dan
Bo calo Et continencia virginalis hz fructum centesimum centesim/ viduali
sexagesimum et coniugalis tricesimum/ Non enim bonum Jero' et habetur
in glo. Graue pondus uxoris e/ si excepta causa fornicacionis
non licet eam dimittere/ quid enim faciet si temulenta fuit/ si iracunda
[illegible] si vaga/ si morbosa/ si iurgatrix/ si maledica tenenda eu
[illegible]/ et erit velimus nolimus sustinenda Cum enim liberi essemus sub
iecimus nos seruituti/ Qui ait illis/ hic aut dicit q simpliciter continere
sit difficile/ Primo e pauciorum 2o quia ad hoc exigitur speciale diuinum
auxilium ubi scz quibus datum e/ Et hoc e quod dicit Non omnes capiunt
verbum istud scilicet ut simpliciter contineat/ quia alta e status ad que infirmi
non possunt ascendere Non non omnes capiunt verbum hoc non quia semper non
possunt scz quia nolunt/ quia audiet luxuriosi et displicebit ei [illegible] 21/ Sz
quibus datum e s adeo glo quia non valemus nisi ex gratia Sap 1 No
possum esse continens nisi deus det/ Ic si dicat Non casu vel fortuna
virgines sunt Sz qui a deo petunt et laborant ut accipiant Vn Jero[nimus] Ne-
mo putet ab hoc verbo vel fato vel fortunam introduci q hij sunt vir-
gines quibus a deo datum sit aut quos quidam ad hoc casus reduxit Sz
hiis datum e qui petierunt q voluerunt qui ut acciperent laborave-
runt Quasi enim petenti dabitur et querens inueniet et pulsanti ape-
rietur Vn et Crisostomus Non dixit non omnes possunt sz non omnes capiunt
i omnes cape possunt non tamen cape volunt Si enim quidam in pugna ca-
dunt nos cadencium negligencie imputare debemus non difficul
tate virtutis Quod aut dicit Quibus datum e non hoc significat quia
quibusdam non datur sz illud ondit Quia auxilium gracie accepermus
nichil ex nobis habemus Et aut volentibus gratia non negatur
in euangelio dominus dicit Petite et dabitur vobis/ querite et inue-
nietis/ pulsate et aperietur vobis/ Debet aut voluntas precce-
dere et sic sequitur gratia Nam nec gratia sine voluntate aliquid
operatur Nam et terra non germinat nisi pluuiam susceperit ut pluuia

fructificat sine terra hec Crisostomus. Et ne omnem continenciam putarent
laudabilem et meritoriam consequenter distinguunt eam tripliciter. Prima
est conficta sive a natura secunda a casu sive violencia tercia a volun-
tate et gratia. Sunt enim eunuchi id est continentes. Et est grecum vocabulum
secundum ysidorum qui sic nati sunt sine instrumentis sive frigide nature
qui proprie dicuntur castrati quasi caste nati. Et sunt eunuchi qui facti
sunt ab hominibus quibus secantur genitalia qui proprie dicuntur spadones a
spata gladio ferri quo eunuchisantur. Unde eciam 2° concupiscencia
spadonis deuirginat iuvenculam. Et iste due non sunt laudabiles
et nec meritorie nec demeritorie quia necessitate sunt non voluntate nec magis
tamen per voluntatem acceptantur. Cum ypocritam inter hos secundos computatur et
hic qui specie religionis simulat castitatem scilicet ypocrita et appetens
vanam gloriam ab omnibus et quocumque suo opere. Et sunt eunuchi id est conti-
nentes qui seipsos castraverunt propter regnum celorum qui proprie dicuntur e-
unuchi id est bene vincentes ab eu quod est bonum et nichos quod est victo-
ria quasi boni victores. Et hii merentur et bone voluntatis quia spontanea
et bone actionis quia bona et bone intencionis quia recta. Ista enim tria
perficiunt meritum ysaia 56. Hec dicit dominus deus eunuchis qui custo-
dierunt sabbata mea etc. Et dabo eis nomen melius a filiis et filiabus.
Ex hac autem videtur quod aureola sit quedam fama vel quidam honor
amplius aliis. Hec ergo tercia continencia que est per voluntatem reprimentem con-
cupiscenciam ab actu venereo victoriosa dicitur et laudabilis et sola
est meritoria. Unde Crisostomus. Illa est gloriosa continencia non quam cum sufficit
non potest necessitas debilitati corporis sed quam complectitur voluntas sancti propositi
Et item cum autem dicitur qui se castraverunt non membrorum dicit ab-
scisionem sed malarum cogitacionum interempcionem. Et enim concupiscencia licet
ipsa fomites pacne apposito incidatur et mente negligente. Et si
scisio membri comprimit temptaciones et inquietudines facit ut cogitacio
mens firmum sed quia status iste altus est nec possunt omnes ad hoc attingere
sed solum perfecti ideo infert dominus hortando milites suos dicens Qui
potest capere capiat et implere capiat cum adiutorio dei ut sit castus vel ut
intelligat que dico vel qui potest pugnare cum carne pugnet
ut superet et triumphet. Et est vox hortantis ad continenciam bravium
non iubentis. Crisostomus dicere unusquisque consideret an virginitatem et pudi-
cicie precepta implere queat. Tantum bonum non est necessitate sed super
qui potest continere contineat. Hic possunt esse quinque dubitaciones. Prima
utrum liceat propter regnum celorum acquirendum se castrare. Secunda utrum
castrantes seipsos sint irregulares. Tercia utrum liceat aliquem se
ipsum castrare propter continenciam servandam. Quarta utrum virginitas
sit virtus moralis. Quinta utrum virginitati debeatur aureola

Dubia

Ad primam est dicendum quod secundum Augustinum primo de civitate dei absque spe-
ciali consilio spiritus sancti non licet alicui facere sibi sequitur mortem sua vel al-
terius sibi deberet virgo suum corruptorem interficere quantumcumque dubita-
ret de suo consensu complacentia in ipsa experientia operis fornicarii. Igitur
igitur abscisio membrorum virilium absque periculo mortis fieri non potest
ideo tamquam homicida habendus est et maledictione homicidii ob-
noxius qui membra sua abscidit ut dicit Chrisostomus super hunc locum. Et di-
co absque consilio speciali spiritus sancti quia secundum Augustinum aliter non excusaretur ab
homicidio Samson et Jepte qui filiam immolavit nisi quia singulari con-
silio spiritus sancti fecerunt. Et quecumque alie persone hoc fecerunt. Sicut dicit Augustinus
quod Rome quedam virgines videntes eorum corruptores seipsas in
flumine rapidissimum iactaverunt. Sed quedam domina Lucrecia nomine cum
esset violenter oppressa in tamen fornicationis actum est detestata ut
de fractione fidei matrimonialis copule conturbata, quod statim negotio
indicata viro et cuidam nepoti potentibus in actu bellico ut vindi-
cta faceret seipsam interfecit. Illud tamen et consimiles excusari non dicuntur
ab homicidii crimine nisi si forte revelatione spiritus sancti talia fecerunt.
Cum igitur salvator dicat quod aliqui se castraverunt propter regnum
celorum intelligendum est secundum Chrisostomum tamen castraturam fiendam esse
non per membrorum virilium abscisionem quia semper cum sit natura a deo
et sicut bonum est sed intelligitur propter malarum cogitationum et mala-
rum concupiscentiarum interfectionem. Si enim voluntas mea est sobria et
pudica motus naturalium membrorum nullus est penitus. Ad secundum est
dicendum quod sicut sub dicto capitulo eunuchus quatuor modis potest aliquis ca-
strari. Primo per violentiam et coactionem sicut illi qui castrantur a suis
dominis vel a barbaris qui capiuntur ab eis. Secundo per infirmitatem
et corporis languorem. Tertio per naturam et suam generationem. Sic enim quidam
homo nascitur sine digitis et cum diminutione aliorum membrorum
ita dicente salvatore aliqui sunt eunuchi qui de utero matris
sic nati sunt. Quarto per propriam operationem credens enim aliquis stultus
carere concupiscentia carnali abscisis membris virilibus. Sed secundum Chrisostomum qui dicit
super hunc locum abscidere membra genitalia est committere diabolice
temptationis est quia per hoc non fit concupiscentia mansuetior sed molestior
et ardentior aliunde ut aut sperma et semen habet suos fontes
in renibus. Primis ergo tribus modis non incurritur irregularitas sed quarto
modo solum ut dicit distinctio superdicta. Si quis seipsum abscidit et virilia
sibi amputat non fiat clericus quia sui est homicida et dei conditio-
nis inimicus. Et hoc intelligitur quod non fiat sine dispensatione.
Ad tertiam dicendum. Et videtur quod sic capitulo v. et xviii Matthei. Si pes
tuus aut manus tua aut oculus tuus scandalizet te abscide. Sed
scandalizare est dare occasionem ruine. Item propter sanitatem
corporis quandoque licet homini se mutilare ergo a multo fortiore
propter virtutes et sanitatem spiritualem. Sed contra 14 hic in loco sunt eunuchi

Item Origenes legitur hic fecisse de seipso non propter continenciam continenciam sed propter vitandam infamiam et malam suspicionem ut posset liberius in occulto predicare tam mulieribus quam viris, sicut dicitur sexto libro ecclesiastice historie per processum ecclesie. Sed ad oppositum quod illo modo sit faciendum, sicut in canone di. lv. Si quis abscidit sibi virilia non fiat clericus quia sui est homicida et dei conditionis est inimicus. Si quis tamen clericus fuerit et absciderit semetipsum omnino dampnetur quia sui homicida est, hic est fecit tale quid. Ad primum, illa auctoritas non intelligitur de incorporea abscisione sed nomine incorporea corporis vocatur amici nature qui conviventes sunt familiares spirituales vel nature et alliciant ad peccatum, precidendi sunt a familiaritate nostra. Ad secundum responsio est quia quod salus mentis non possit propter talium abscisionem comparari, immo magis mentium constat si per eorum passiones utriusque dominetur. Ad tertium de Origene inimice de notionibus acta sunt, ut sunt propter hoc impeditus ne esset sacerdos ordinatus sicut narrat glossa di. lv. Si quis abscidit, sed factum suum non est trahendum in exemplum, tales enim decipiuntur et retorquent in se de suo necessitatem peccandi in deum ne sue conditorem. **Ad quartum** videtur quod non multiplicat primo sic nulla virtus est in nobis a natura secundo ethicorum, sed virginitas est naturalis, ergo etc. Secundo sic omnis virtus moralis generatur ex actibus frequentatis, virginitas non, ergo etc. Tertio sic nulla virtus aufert involuntarie, virginitas autem aufertur involunde sicut patet de oppressis et violatis per violenciam. Quarto sic nulla virtus perditur sine peccato, sed virginitas perditur sine peccato quando non peccat virgo si nubat. Quinto sic omnis virtus amissa potest per penitentiam restitui dicit Iero. sed virginitas amissa nunquam potest restitui, ergo etc. Sexto sic nulla vera virtus est in infidelibus sicut Augustinus probat contra Julianum li. 2o. Absit inquit ut in aliquo sit vera virtus nisi sit iustus. Absit autem quod vere iustus sit nisi vivat ex fide, sed virginitas est in infidelibus sicut patuit de virginibus dee veste sacrate quarum una aquam de thiberi in cribro portat in signum virginitatis sicut recitat Augustinus de civi dei c. 10 et valerius li. 8 c. 1. Septimo sic omne quod recedit a medio virtutis est viciosum, sic virginitas est huiusmodi patet. Dicit enim philosophus 2o ethicorum quod qui omni voluptate potitur ut qui ab una recedit est intemperatus, qui autem omne fugit est agrestis et insensibilis, sed virginitas recedit ab omnibus voluptatibus venereis, ergo etc. Octavo sic quicquid est contra preceptum legis divine est viciosum, virginitas est huiusmodi quia preceptum est gen. primo crescite et multiplicamini et replete terram. Confirmatur quia sicut preceptum de conservatione individui est de preceptis legis nature ita preceptum de conservatione speciei, ergo sicut peccaret qui abstinet ab omni cibo, ita peccat qui ab omni actu generationis abstinet. Nono sic nulla virtus indiget sacrificiis exprimi, sed plato legitur suam continenciam perpetuam expressisse et sacrificasse diis scilicet veneri per

Augustinus in libro de nuptiis et concupiscentia quod virginitas est in celesti corpore [illegible] mediti(?)

cuius contineat viro. Ad ostendendum tamen Augustinus de vera religione 10
10 qui habet unam virtutem habet omnes, sed qui habet unam castitatem quamvis habet
alias virtutes, ergo virginitas non est vera virtus. Ad oppositum est Ambrosius
libro suo de virginitate qui dicit quod est pulcrior virtus. Preterea soli
virtuti debetur premium, sed virginitati debetur fructus centesimus
sicut patet ex glossa Mt 13. Ad questionem dicendum distinguendo est de isto
termino virginitas. Accipitur enim equivoce apud doctores. Nam primo
modo virginitas vocatur integritas carnis etc. omnes mulieres nascuntur. Et pro
hoc ista non est virtus, tum quia deest anima(?), sic arguitur in primo puncto,
tum quia talis virginitas non est nisi in feminis sexu, tum quia virginitas
que est virtus stat ad fracturam illius, tum quia virginitas talis in
corpore christi potest sine virginitate. Secundo accipitur virginitas sicut est in utroque
sexu cum usu rationis pro inexperientia cuiuscumque veneree delectationis.
Et sic est virginitas unus actus privativus negans talem experienciam
in persona capta experiri(?). Tertio accipitur pro habitu firmo proposito continendi
ab omni venerea voluptate cum negacione voluntarie experiencie
de preterito etc. sicut in melius deliberatione est. Quarto modo accipitur pro actu continen-
di ab omni venerea voluptate cum ~~[illegible]~~ experiencie cuiuscumque ve-
neree voluptatis de futuro propter deum etc. de tali virginita-
te est notum convenire insistendum etc. loquitur Augustinus de sancta virginitate
ubi dicit quod virginitas est continencia qua integritas corporis et anime
vovetur, consecratur et conservatur ipsi creatori. Primo accipiendo vir-
ginitatem videlicet pro carnis integritate manifestum est quod non est virtus, sicut
supra dictum est, cum omnis virtus sit mentis subiective non mulieris(?)
nec secundo est virtus, tamen sit circa annos discrecionis, sed tertio et quarto est
virtus. Ratio est quia sic est continencia, omnis vero continencia est virtus sicut
notum est. Notandum est tamen quod sicut se habet virginitas ad continenciam circa
dictum actum venereum illicitum vel castitatem, sic magnificencia ad
liberalitatem. Liberalitas enim habet pro materia quoscumque sumptus vel usum
pecunie in dando, sicut patet quarto ethicorum. Sed magnificencia habet materiam
specialem in qua est maior difficultas scilicet magnos sumptus. Secundo
ad continenciam pertinet abstinere ab omni experimento veneree voluptatis
illicite et que est contra leges matrimonii, sed ad virginitatem pertinet
conservari personam omnino ab omni experimento cuiuscumque veneree
voluptatis veneree illicite. Emissio seminis que ex mentis proposito
procedit perdit virginitatem, que autem preter mentis propositum fit sicut in
sompno vel per violenciam illatam, vel ex infirmitate naturali, non perdit
nec tollit virginitatem. Et talis semen est triplex. Ex istis patet solutio
racioni primo, virginitas carnis non est virtus, sed sola virginitas mentis.
Nam omnis virtus est habitus. Secundo quod aliqua mulier potest esse simul mater
et virgo, loquendo de virginitate que est virtus 3o vel 4o. Et satis
patet quia mulier posset opprimi vel impugnari violenter manente
habitu virtutis in mente sua inconsumpto, et sic loquitur Augustinus primo de
civitate dei c. 18 et 19, ubi dicit expresse quod si in violenter oppresse

pter pudicitia no est virtus amo ne ptinebat ad illa bona
quibus bn vivit sz in bonis corporis annumerat sicut vires pulc
tudo sanitas et h'moi. et post eciam quo quedam obstetrix integrita
tem cuiusdam explorans sive malivolencia sive insipiencia siue
casu fregit et perdidit eius virginitatem, hic aut sic dicit augus qui
fatuum est dicere aliquid pudicicie perijsse, Ideo dicitur q in utroque se
cundum p solam voluntariam experienciam voluptatis fit corrupta virginitate
que est virtus, dico voluntaria ad excludendum experienciam p coactionem
vel oppressionem, Certo dicitur q deus pt virginitatem amissam denuo
reparare, sic pt alium quantumcumque distemperatum vel vlnus corporis re
parare, et hoc accipiendo virginitatem primo de dicto no secundum
dominum q accipit virginitatem ideo p inexperiencia veneree delectacionis
ino corrupta sic est acceptam deus no pt reparare ut fiat inexpta
et loquitur de corrupcione voluntaria, Ad primum arguitur q virginitas
a nā inest pz p predicta, Ad 2m dicendum q licet tales virtuosi respu
endi omnes voluptates venereas pt bn satis generari et actibus
et etiam augmentari continue in videtur q ipse assumpta sit falsa no
enim omnis virtus generatur ex actibus, q pauper pt habere habitum libe
ralitatis sm quem operaretur si subesset materia et sola doctrina aristotelis
et inexperiencia expendendi Sz aristoteles vult dicere q omnis virtus
nata est duende alii sm suam speciem et actibus generari, alr no pos
set pauper esse magnificus nec liberalis nec fortis nisi p exercicium ac
palium timorum quod no est verum Item in xpo fuerunt iste virtutes
cum actus Ad 3m pz q virginitas que est virtus numquam aufertur
in voluntate sicut dictum est Ad quartum si dicatur q valuit esset de
tione virginitatis que est virtus sic videtur dicere, tunc no pt perdi
sine pctō. Alr pt dici q est virtus tantum q ad eam nullus obli
gatur sub precepto nisi voluerit, Ideo pt amitti sn pctō, sic no
dico plus ad pnce, Ad quintum q virginitas que est virtus pt re
cuperari p primam quantum ad habitum virtutis, et tunc dicetur continencia
no virginitas ppt quotationem inexperiencie precedentis Sz utrum
talis psona restituta sit aureolam patebit in proxima leccione
Ad sextum concedit augus q in infidelibus nulla est vera virtus, q
no referunt ad debitum finem et pene deficit constancia finis qe
sic nec magnificus recedit a medio recte racionis
aliud eorum que oz fieri 2m dictamen recte racionis Nam recedere est omittere
recedit abstinet ab omni delectacione recte racionis Similiter ergo no
vel agrestis sz abstinet solum ab omni delectacione q tunc fore insensibilis
pter quas militat alias experienti pt, Nam speculacio veritatis vel
virginitatis habet admirabiles delectaciones sicut dicitur 10 ethicorum
Ad octavum dicendum q multitudini datur preceptum q quilibet de multitudine

Sic fuit causa purgatorij
virtutis que no
p multitudinem ...

ad illud obligatur. Aliqui sic dicunt q sufficiat q aliquis vel aliqui
de illa multitudine hoc faciunt sicut aliorum conuentuum precipitur
q vna missa dicatur pro vno homine et tamen sufficit q solus vnus
ex conuentu eam celebret. Primo modo dat preceptum de comedendo
toti humane speciei quod pertinet ad conseruacionem indiuidui. Secundo
dat preceptum generandi quod constat ad multitudinem hominum et tamen
licet cuilibet illorum soluto saltem a matrimonio possit quiescere et
hec potest esse racio argumenti. Ad nonum de platone fatue fecit
sacrificando et ut conformaretur se infidelium ritui. Ad 10m dicendum q
quamvis licet virtutem vnam tamen aliquo modo omnis non tamen perfecte sed quia habet
perfectam racionem que constituit medium in omni virtute non enim quilibet
liberalis habet perfecte magnificenciam nec omnis continens habet perfecte statum
virginitatis sed participat aliquos qui prompte et faciliter detestantur de-
lectaciones illicitas. Ad quintum videtur q non quia si sic tunc pro-
bi esset perfectior virginitas magis debetur aureola sed perfectis-
sima virginitas fuit in xpo et in beata virgine qui nullam pugnam
habuerunt et sustinuerunt in continendo sed et per consequens nulla fuit in
eis victoria spiritus super carnem ergo si eis racione virginitatis non
debetur aureola in quibus tamen fuit potissima virginitas videtur
q nulli alteri racione virginitatis debeatur. Preterea maiorem diffi-
cultatem in abstinendo a venereis sustinent vidue quam virgines
ergo maiorem habent victoriam si bene viuant sed eis non debetur aureola
ergo nec virginibus. assumptum patet ex dicto Jeronimi de viduis loquentis
et dicentis q quanto maior est difficultas est experte a quibusdam
voluptatibus illecebris abstinere tanto maius est premium. Et aristoteles
de animalibus dicit q iuuenes virgines corrupte magis appetunt
coitum propter rememoratiuam delectacionem ergo etc. Preterea tanti me-
riti est castitas coniugalis sicut virginitas sed castitati coniugali non
debetur aureola ergo etc. assumptum patet per illud Augustini de bono co-
niugali c. 20 et allegat magister sententiarum l. 4 d. 33 c. Sicut non est
impar meritum paciencie in petro qui passus est et in Johanne qui non
est passus. Sic non est impar gloria meritum in Johanne qui non est expertus
nupcias et in abraham qui filios genuit. Preterea naturali virginitati
non conuenit premium sed quidam sunt natura impotentes ad generandum
sicut frigidi et castrati a iuuentute ergo in istis saltem virginitas non
meretur aureolam. Preterea xx Augustini de sancta virginitate et allegatur
fuit racione precedenti quodcumque gaudium q virginitas est continencia
qua carnis et animi integritas ipsi creatori vouetur consecratur et seruatur
quare nullam meretur aureolam nisi que cadit sub voto ut videtur.
Preterea ponamus q aliqua virgo nubat seu nubet cum copulam
carnalem moriatur quero an ista habebit aureolam virginitatis
aut non si non contra qui colliget cum ea non faceret bigamiam secundum
valentinum ergo contraxit cum virgine quia omnis contrahens matrimonium cum vidua vel

vl corrupta e bigamus d. 33 maritu et extra de bigamis nuptiare
si hz aureolaz / contra illa no e virgo mete q2 dn augg de nuptijs
et concupiscentiis / virginitas e in carne corruptibili incorruptionis ppe
tua meditatio sz ipsa fuit in proposito seruandi virginitatem igit' poterit
virginitatem / Preterea ponamus q aliquis careat virginitatem et postea
corrupatur mete q2 vult animo et deliberatione committe actum lu
xurie / iste e corruptus mete ergo no habebit aureolaz / contra est
integer carne et postea penituit ergo recuparauit virginitatem ergo habebit
Preterea habeat aliquis voluntatem nubendi et sic descedat / quia tunc
nunquam habebit aureolaz / Ad oppositum sunt communiter doctores / Ad questio
nem q sit / ad cuius euidentiam notanda sunt quinque / primo q premium
duplex dabitur btis / vz essentiale et actuale / premium essentiale consistit in
fruitione eterne diuine clare in se / Premium actuale dicitur quod no
e de deo clare visio sz de creatura / Secundo scio q premium actuale di
duplex / primo dr spale gaudium de aliquo actu vite nuptiale
excellente victoria / habitam victorie in pnti / Alios dr quiter vic
toria excellens e in triplici via pt gaudium de re creata / Tercio
notandum q actus excellente victorie in pnti pt esse in via tri
plici cum triplice pugna quam habemus vz contra carnem / contra mundum
et contra dyabolum / Contra carnem excellentissima victoria e virginitas
que e virtus / Naz virtuose respuit omes venereas delectationes / Fe
licitas quam elicitatem sic in pnti lectione dictum e / Contra mundum
hoc e contra malos homines inuidamos qui bonos persequuntur et
contempnunt / Perfectissima victoria e martirium ppt xpm Contra dya
bolum qui falsis suggestionibus nos temptat seducere / Perfectissima
victoria e predicatio siue doctrina qua ho semetipsum no solum bn
regit / sz alios corrigit et instruit / et iste tres quibus homin / virgi
nibus / martiribus / et doctoribus tres aureole deputantur ppter tres actus
et priuilegiate victorie / Certo notandum q beatitudo essentialis vocatur
methaforice corona vl aurea / Beatitudo vero vl gaudium
accidentale debitum opere excellentis victorie / vocatur aureola / et
hoc p tanto q omne gaudium in btis de creatura e minus quam gau
dium essentiale de deo / et id p tuz diminutiuum optime denotari
Cinto notandum sic aureola e in aia / ita cum aureola in corpore
p aliquem signum eiusdem illi corpus redundat / quod quale erit no
e nunc nobis notum / Ad primum in oppositum de virginie glosa tz sctis thoe
q aureolam habent / tn nullam pugnam a carne senserunt / sz absq
ste habent tempt̃aciones de carne / De xpo dicit q no hz aureolam
formaliter sub ratione aureole / q2 tunc ista aureola nuptiat victo
riam comparatam ab alia / quod xpo no conuenit in quo e plenitudo
victorie / Et similiter nuptiat q aureola ab aliquo principaliter re
feratur / pt aliter dici q ille tunc victoria dicit dominium vnd
sup carnem / et non resistentiam / que no fuit in xpo / sic

v maior sit pugna virgi-
num quam viduarum

in mente / sed quia sunt plenum dominium corporis, inde habent aureolam
et alia causa dubitandi tam eis quam nobis Ad 2m dicendum quod si attendamus
istam unam acceptionem actionis temptationis carnalis que est recordatio
ex parte voluptatis habite constat quod hec est in viduis et non in virgi-
nibus, et tamen in virginibus ymaginatio quedam ex parte lascivie
et omnibus istis tribus circumstanciis que sunt desiderium experiendi de
curiositate, sicut homo magis desiderat videre modicum negotium quod
numquam vidit quam unum monstrum / Secundo est estimatio maioris delecta-
tionis quam sit in rei veritate, 3o ignorantia incommodorum et turpitudinis
concomitantis, et ideo simpliciter loquendo temptatio seu pugna vir-
ginum est difficilior quam viduarum Ad 3m dicendum quod non ideo datur
aureola quia est maioris meriti sed quia est indistinctum singularis
victorie vel dominium super carnem, unde katherina habet aureolam virginitatis
et magdalena non, et tamen magdalena est maioris meriti, tamen castitas
coniugalis et castitas pro tempore gratie non comparantur sed castitas an-
tiquorum patrum comparatur virginitati nove legis et ecclesie et quod
cedi Sed non sequitur quod iste due persone comparantur in merito /
ergo si una habeat aureolam ergo alia ut frigidi naturaliter nubere non
potentes habent aureolam Ad quartum dicendum quod vel tales naturaliter casti
conservant suum propositum sine merito sic quod si essent dispositi nollent
violare et tunc habebunt aut non, sed sunt mente corrupti et tunc non
habebunt Ad quintum de dicto augustini dicendum quod aureola virginitatis
competit tenentibus propositum abstinendi a venerea voluptate sed
id propositum numquam fuit effectuale id est per effectum operis interruptum per expe-
rientiam oppositam usque ad mortem, Si fuit effectualiter interruptum
numquam habebunt Si vero fuit voluptas interrupta per propositum quamvis sine
effectu sicut si persona forte consensit et deliberationem in actum venereum
distinguendo est vel quod persona penituit de isto consensu quem nullum opus
sequebatur, et tunc adhuc habebit aureolam quia virginitas que est
mentis per penitentiam restituitur, vel non penituit usque ad mortem et tunc numquam ha-
bebunt, etiam dato quod salvetur Ad 6m per idem dicendum quod si idem propositum car-
nalis commixtionis abluit per penitentiam dolens quod dissolvimiauat propositum
continendi vel non, si sic habebit si non nequaquam / Et sic Iohannes contra
virginitatem recuperavit perditam cum ipse eum de impetu voluntatis
nubere revocavit secundum lectionem et ultra per argumento non quod corrupto
inducunt bigamiam est polluto integritate carnis non corrupto
mentis Ad 7m quid dicendum sit patet per predicta Ad octavum
dicendum patet quod multe virgines secundum carnem carebunt in celo aureola
virginitatis sicut ille que moriuntur cum proposito nubendi, multe etiam
corrupte in carne, manente tamen proposito continendi sicut fuit de oppressis
a barbaris habebunt aureolam, de pueris infra etatem utriusque
sexus non video quare aureolam habere debent in quibus nec fuit
virginitas que est virtus, nec victoria aliqua super carnem

Tunc oblati sunt ei parvuli ut imponeret eis manus

et oraret. Discipuli autem increpabant eos. Ihesus vero
ait eis: Sinite parvulos, nolite prohibere eos venire
ad me, talium est enim regnum celorum. Et cum imposuis-
set eis manus abiit inde. Habito igitur de perfectione con-
tinencie sive castitate consequenter agitur de perfectione obediencie sive
humilitate. et hoc in commendatione parvulorum per quos designantur humi-
les et obedientes. quia sicut parvuli non propria voluntate sed alterius du-
cuntur. Ita humiles et obedientes alterius voluntate et imperio moventur.
Unde dicit Beda quod hec lectio humilitatis magisterio plena innuit
quia videlicet innocentes ac simplices ad dominum gratiam pertinere posse de-
monstrat. Dum ergo dominus Ihesus de castitate dissereret, oblati sunt ei
parvuli ex devotione offerencium ut manus eis imponeret et oraret
id est ut manu et voce benediceret. Consuetudo enim fuit apud vete-
res ut parvulos benedicendos offerent senioribus. et imposita manu ora-
tionem habent ab antiquis patribus, qui volentes benedicere parvulis impo-
nebant eis manus. Videntes ergo iudei Christum moribus senem, vita sim-
plicem, doctrina sapientissimum, de castitate loquentem, et humiles eum sicut
prophetam, obtulerunt ei infantes ut eis manus imponeret et eos
benediceret: manu per tactum, et voce per orationem. In quo datur intelligi
quod parvulis sufficiat per fidem aliorum ad Christum afferri. Discipuli
non labori magistri compacientes et propter eius dignitatem prohibebant
et increpabant offerentes non quod nollet infantibus a salvatore
et manu et voce benedici. sed quia timebant eum post tam longos ser-
mones importunitate offerencium gravari et offendi. Christus autem et si fati-
gabatur corpore non tamen animo quia ei placebat et prevalebat ac vincit fer-
vens eius affectus quo hominum salutem cupiebat ut nulla occasione
sive salute prohibetur. Sic fatigatus ex itinere non curavit famem aut
sitibus ad questionem samaritanorum quorum salutem famescebat se
contulit. Ubi Origenes. Hec ergo debemus attendere ne estimatione sapien-
tie excellencioris et perfecti spiritualioris contempnamus quasi magni pusillos
prohibentes pueros venire ad Ihesum. Hec Origenes. Parvuli ecclesie
sunt idem pauperes et gravius infirmi. Per discipulos autem impedientes
ne Christo offerantur significantur aliqui ecclesie rectores vel religiosi qui propter
paupertatem vel gravius infirmitatem repellunt tales a promotione vel re-
ceptione quamvis sint apti et digni. propter quod impedientes arguuntur
ore Christi. Unde dominus indigne ferens dixit discipulis: Sinite parvu-
los venire ad me apud quem non est personarum acceptio. et nolite
eos prohibere comminationibus terrendo vel malis exemplis corrumpendo
quia isti sunt figura et forma vestra humilium querendo familiaritatem ego
volo et testatum. In quo dedit prelatis exemplum corrigendi hostiarios

Cam

suos parvulos prohibentes. Unde Crisostomus: Nolite vetare pueros venire. Nam si sancti futuri sunt, quid vetatis filios ad patrem venire? Si autem peccatores futuri sunt, ut quid sententiam condempnacionis profertis antequam culpam videatis? Nam quales modo sunt mei sunt, quales autem postea futuri sunt ipsorum est. Quod ergo meum est honoratis, quod autem illorum erit contempnitis. Et subiungit: talium enim est regnum celorum. Non dicit istorum, sed talium, ut non tam etatem quam humilitatem et innocenciam quidem. Non omnium sed talium, id est filiorum et illorum qui similem habent humilitatem et innocenciam per studium et laborem, et qui tales sunt per mores et virtutem quales sunt parvuli per naturam et etatem. Puerorum enim anima ab omnibus malis est pura et in gradu humilitatis et innocencie, et nullus potest intrare in regnum celorum nisi sint innocentes et humiles, quia nichil inquinatum intrabit in illud. Unde Jeronimus: Non autem istorum sed talium, ut ostenderet etatem non regnare sed mores, et hiis qui similem habuerint innocenciam premium repromitti. De quibus apostolus: Nolite pueri fieri sensibus, sed malicia parvuli estote, sensu autem perfecti. Unde et Ambrosius: Non etas perfert etati, alioquin obesset adolescere. Cur ergo pueros aptos dicit esse regno celorum? Fortasse quia maliciam nesciunt, fraudare non noverunt, referire non audeant, securitati ignorent, opes honorem ambicionem non appetunt. Sed non ignorare ista virtus est sed contempnere. Non enim virtus est non posse peccare sed nolle. Non igitur puericia sed emula pueril[is] simplicitate bonitas designatur. Unde etiam Crisostomus: Et nos itaque si volumus fieri heredes celorum, virtutem hanc cum multa possideamus diligencia. Et enim ab omnibus malis pura est pueri anima, et eos qui contristaverunt non memoratur, sed sic ad amicos accedit sicut nullo ... Et quantumcumque a matre flagellatus fuerit, hanc inquirit et preponit. Et si regnum offenderis cum dyademate, non omnibus eam appetit. Et si regnum offenderis cum dyademate non preponit, non preponit eam mitri cilicio superindutam; et nichil plus inquirit. Non contristatur in quibus nos puta in amissione pecuniarum, et talibus non letatur in quibus nos intemperancius hiis; non respicit ad pulchritudinem corporum. Propter hoc dicit: Talium enim est regnum celorum, ut ex electione hec operemur que a natura pueri habent. Hec Crisostomus. Sunt autem decem proprietates bone in pueris, quas qui imitatur regnum celorum consequitur, que sunt: innocencia, mundicia, obediencia, simplicitas, humilitas, vitas malorum illatorum, immemoracio, fortitudinum nulla reputacio, et precium valde parvorum ad sufficienciam acceptacio. Deinde parvulos sibi oblatos dominus dulciter suscepit, et complectens eos in ulnis detinens, in signum quod simplices et humiles puros et devotos diligit, et manus eis imponens ut vim omnibus gracie sui auxilii conferendam significaret, benedixit eos aliqua vocali benediccione que scripta non est, ut humiles sua benediccione dignos ostenderet. Sic spiritualiter cotidie humilibus manum imponit dum eis graciam et auxilium tribuit, quia humiles spiritu digni sunt eius gracia et benediccione.

Deus enim superbis resistit humilibus autem qui se manibus et potestati eius
subiciunt dat gratiam signum In quo dignitas humilium innuitur que
tanta bona meretur. Unde dicit Ieronimus quod humilitas sola observatrix
est custosque virtutum. et nichil est quod ita gratum deo faciat et homi-
nibus quantum si vite merito magni sunt humilitate infimi videantur. Et
unde humiles parvulis et innocentibus comparat. quia humilitas maculas
peccatorum lavare et innocentiam reddere consuevit Unde Bernhardus Decor
anime humilitas est Non a meipso hoc dico cum propheta prior dixerit
Asperges domine ysopo et mundabor humilis herba et pectoris purga-
tiva humilitatem signat. hac se post gravem lapsum mox et propheta la-
vari confidit et sic niveum quendam innocentie recuperare candorem
Et sciendum quod Christus manus imponendo parvulis instituit et initiavit
confirmationis sacramentum cuius ministerium contulit apostolis unde par-
vuli in fronte crismate consignantur ab episcopis qui in ecclesia dei locum
obtinent apostolorum. per impositionem enim manuum apostolorum conferebatur spiritus
sanctus ad robur et confirmationem fidelium cuius impositionis manuum lo-
cum obtinet predictum sacramentum Considerandum nunc quantum Christus sim-
plicitatem et humilitatem ac innocentiam parvulorum diligit quibus
tanta familiaritatis et benivolentie signa ostendit. Et studeas
pro posse parvulos puritatem et virtutes habere ut valeas cum ipsis
regnum celorum possidere Amen **Hic ponuntur due dubita-
tiones** Prima utrum per impositionem manus pueris sacramentum
confirmationis a Christo fuit institutum Secunda utrum per sacramentum con-
firmationis contrahatur spiritualis cognatio Ad primam est dicendum quod insti-
tutio sacramenti confirmationis quatuor scilicet modis intelligi potest esse facta
Primo quantum ad eius significationem. et sic per impositionem manus factam
pueris signata est Unde dicit Crisostomus quod pueri sermo ipsius manus im-
posuit pueris. instituit omnes parentes ut filios suos sacerdotibus
idem episcopis offerant quia non episcopi manus imponunt sed Christus in cuius nomine
manus imponuntur Secundo quantum ad promissionem. et sic salvator pro-
misit sacramentum istud instituendum esse post eius ascensionem quando
plenitudo spiritus sancti danda erat Unde dicit Iohannes vii. quod non erat spiritus
sanctus datus quia ihesus nondum erat glorificatus Tertio quantum ad eius
effectus exhibitionem et sic effectus istius sacramenti datus est a Christo in
die penthecostes quando spiritus sanctus missus est apostolis in linguis igneis
Datur enim spiritus sanctus in hoc sacramento ad robur. ut christianus audacter
confiteatur nomen Christi et fortis efficiatur in bello spirituali Unde quantum ad
eius effectus exhibitionem in die penthecostes institutum est Secundo quantum ad eius
materie et forme specificationem sic post modum tempore apostolorum et successorum
ordinatum est **Ad secundum** est dicendum quod auctoritate et ratione probari
potest quod spiritualis cognatio in sacramento confirmationis contrahatur
Auctoritate namque est expressa Innocentii quarto quia in ista ubi dicitur Et si quis

et cognatio filiu aut filiaz de sacro fonte suscepit aut eu cris-
ma tenuit vel xpianitatis misterium dedit ambo vir et uxor co
patres efficiunt parentibus infantis quia vir et mulier vna caro sunt effi
cacio vero talis est Nam in sacramentis triplex confert ptas vna
passiva vivendi et recipiendi esse spualis vite Secunda est activa contra
hostes resistendi et in bello spuali fortiter pugnandi Tercia est operativa
tiva sibi sile generandi et operandi illa que ad spualem vitam requirun-
tur Prima ptas dat in baptismo Secunda vero in confirmacione Sed tercia
confertur in sacramento ordinis In pria aut et 2a ptate homo in
diget eruditione indiget namque homo recepto baptismo instrui qualiter
in vita spuali debeat conversari quia reciter natus nesciret per se ipm
que essent necessaria ad spualem vitam absque instructore similiter recep
to sacramento confirmacionis indiget doceri qualiter in bello debeat ab
sque erubescencia pugnare nomen xpi audacter confitendo quia absque ro
bore spus sancti presuppot esse parvulus et debilis in bello spuali
quamvis etate posset esse magnus et fortis Sed in sacramento ordinis
iam presupponit esse instructus et qualiter debeat in vita spuali
et qualiter inimicos fidei debeat impugnare ideo quia solum in hiis duo
bus sacramentis homo indiget instructore solum in eis qualiter spua
lis cognicio **Et ecce vnus accedens ait illi Magister
bone quid faciam ut habeam vitam eternam Qui
dixit ei Quid me interrogas de bono vnus est deus
bonus Si aut vis ad vitam ingredi serva manda
ta. dicit illi que Ihesus aut dixit Non homicidium
facies Non adulterabens Non facies furtum Non
falsum testimonium dices honora patrem tuum et
matrem tuam Et diliges proximum tuum sicut teipsum**
habito de pfectione castitatis et humilitatis hic 3o agit de paup
tate Primo de eius pfectione 2o eiusdem sive generalitate 3o de
eius dignitate quam laudat in comparacione ad observanciam
madatorum que est necessitatis vbi ondit primo quod est necessitatis preceptum
observancia mandatorum 2o quod est pfectionis voluntarie ibi Dixit
illi adolescens. dicit ergo et ecce accedens vnus ait illi glo
quia audierat iste similes parvulis dignos regno vult quod certius
non per parabolas sed aperte exponi quibus meritis vitam posset
consequi Magister bone i. merito audiendus et diligendus magi
ster audiens et ideo diligendus Quid bonum faciam non tm dicam
vel audiam sup i. non omnis qui dicit michi domine domine intrabit in
regnum celorum sed qui facit Sed quia parum valent hec omnia nisi
sit bonus finis Ideo addit ut vitam eternam habeam Qui dicit

Quid me interrogas de bono q. d. ide quid me vocas bonu
mgrm qi aliquez putu hoiez Et go dns vidit eius cogitacoi
dicit ei qz iste cogitabat seu estimabat dnm ihm esse puru ho-
minez lz crederet eum esse sanctu z bonu doctorez Et ideo videns
dns eius cogitacom dicit ei Quid me interrogas de bono q. d.
et quo credis me esse puru hominez no debes me vocare bonu
s. absolute et simpliciter qz hoc conuenit soli deo cuius causa subdit
vnus e bonus deus hoc e dum deus e solus bonus p essenciam
ide a seipso alii ab alio ptie z nllus alius vn interli no se
mgrm bonu no esse negat s3 mgrm absqz deo nullu bonu e dicit
Item glo. xpus aut no renuit testimoniu bonitatis s3 sic mgr et
chudit errorez vn beda Non xps bonu se negat s3 se esse etiam
deu significat ne se mgrm bonu no esse s3 absqz deo nullu esse
bonu testat Et ideo inquit Quid me dicis esse bonu q. d. cu
me no credis esse deu et nemo bonus nisi deus quid me
dicis bonu vn si vis me credere bonu crede et me deu vnus
est bonus deus singlariter et essencialiter Et si angeli l homines
sunt boni hoc est participatiue et dependenter vel comparacone
dei no merent dici boni Quaerit hic qua intencione venit ad dnm
de cetuiucie sanctorum seto dicit qz accessit animo teptandi no dis-
cendi Et ad hoc facit glo. hic idem videt et verbo dom arguen-
tis ipm Quid me dicis bonu Item qz audito verbo dom contrista-
tus est Beda vo approbat eum qz simplici corde accessit quod
pbat et illo qd io Intuitus e eu ihus et dilexit eu Ideo potuit
esse qz in pmo animo temptandi accessit eu s3 ps verbis dom hu-
miliatus fuit et sic utruqz e vm sm diuisos status Item quid me
interrogas de bono Con mt io et luc io Quid me dicis bonum
Ideo Augus vtrumqz potuit dici vt alteru referat ad id quod quere-
batur quid boni faciam Altm ad id quod aut mgr bone Si aut
vis ad vitam ingredi serua madata s. moralia intelli ista e ma
xime salutis possibilitas Serua madata Ecce me veritas Extrio
Ingressus illius mandata etia dixit illi hic subdit erudicio spu
alis vbi ponit pmo adolescentis qo ho dom responsio ibi ihs
aut dicit go dixit illi s. adolescens Quae sut hec mandata qi
s3 estimas alia quedam pcepta esse preter legalia que iste
tansa ei fieret Ihus aut qi infirmo condescendens legis pre-
cepta clementissime exposuit dicens Non homicidiu facies
hic enumat pcepta que ordinat ad pximu et pmo spalia
sedo gnale z qi fundamentu omniu ibi diliges pximu tuu zc
Primo tangit pceptu ordinas ad proximu cu quo nas quez licemus

Scdo ad proximu sz ad prem z mrez a quibz natam trahimꝰ ibi ho
nora prem / quantu ad proxim tu quo habemꝰ natam quem ordinari
docet Primo quantu ad psonam ppam / 2o quantu ad psonaz adiuncta
tem ad spei confirmatoz ibi no adulterabeis / 3o quantu ad adin
toriu datu in conseruatom indiuidui et hoc ut no noceat ei
ne facto ibi Non facies furtu / Nam occidendo / mete odiendo / aua
ricia bnficiu subtrahendo hc verbo ibi Non falsu testimoniu dices
dicat go Ihus au Dixit Non homicidiu facies manu occidedo
mete odiendo / auaricia bnficiu subtrahendo Ecio 2o Non occidas
intelligitur de singulari persona no tamen priuata no publica
Per istud preceptu no prohibent ista qui hnt auctez a deo z lege
occidendi ut iudices et pncipes / ne illi qui auctte eorum hoc
faciunt sicut in iusto bello Non adulterabis s. vxorez proximi
accedendo Non furtu facies rem aliena iniuriose contrectando
Non flm testimonm dices proximu in fama uel alia re verbo
ledendo / prouer 19 falsus testis no erit impunitus / Honora prem
tuu z mrez tuam reuerentiam exhibendo / eis subueniendo Eccli
tertio Qui honorat patrez suum vita viuet longeiua Et dili
ges proximu tuu sic teipm ide ad quod teipm diliges sz ad
gram et glam Nota li sicut no dicit equaliter quia in ordine
caritatis ppomit homo proximo suo / quia primo diligendus e deus
et sup omnia / 2o loco homo dz seipm diligere / et tercio proximu
Et go li sic dicit similitudinez Sic teipm ide ad silez finez sic teipz
ide ad quē teipm Item ho e exemplar dilectionis quo ad pro
ximu / proximꝰ est exemplatu sz exemplar potius est quam exemplatu
Item dicit Augꝰ in libro de disciplina xpiana deo no inuenis
parem ut posset tibi dici deum sic diliges illud / De proximo at
aut inuenta e tibi regula Tu enim par es proximo si queris
quō diligas proximu attende te Et quō te diligis z proxim
dilige et no errabis Et dicit Augꝰ Unico committe tibi pro
ximu ut diligas eu sic teipm / quia tu unus homo es Sz pro
ximi multi sunt et no solu illi sz qui infiniti Omnes enim homines
in quos incideris aut quibus nunquam poteris proximi tui sunt Si go
te queat aliquis utrum diliges te et videas diligo Quis enim odit se
Sz si diligis te go no diligis iniquitatez / Nam si diligis iniqui
tatem quō amas te Immo no amas sz odis Dicente scriptura Qui
diligit iniquitatez odit aiam suam Et si amas iniquitatez et odis
aiam quō carnez diligis Immo iniquitatez diligendo iam turpitu
dinis efficies de carne tua Quō go volebas tibi committi proximu
ut diliges eum sic teipm qui perdis te Si enim turpe diligis te ut
perdas te sic profecto perditurus es et eum quē diligis sic te / Et
subdit Nolo ut aliquem sic diligas Et go aut corrige dilectoz
tuit sperne societatez et plus peccas Et ponit exemplum Augustinꝰ

de ebrietate Simile posset poni de luxuria vel de furto vel de
homicidio vel de quocumque vicio. Si enim quis amat aliquam turpitu-
dinem et in ea delectatur, necesse est ut illud quem diligit sicut seipsum per-
hat ad id ad quod seipsum amat Et ita necesse est quod noceat quia in
peccata involvat et quod in dampnacionem inducat Primus ergo est ut adi-
scas diligere te, et cum didiceris tunc dilige proximum sicut te Si
autem queris quomodo diligam me habes responsionem ecce quod dominus iubet
et eum diligas ex toto corde ex tota anima ex tota mente ex omnibus
viribus et omni fortitudine Sic enim diligendo deum diligis teipsum
et teipsum diligendo dilige proximum tuum sicut teipsum hec ille Nec
ista dileccio proximi artata quia ad omnem debet extendi hominem Si-
cut dicit Augustinus super prima canonica Johannis Christiani sumus tunc veritate
fidei et caritatis cuncti sumus tunc corpus eius sumus tunc sicut Christum
caput est ita et eius membra que sunt eius corpus diligimus Et si
membra diligimus ubi iacet ubi laborat esse debemus si sub capite
esse volumus dicit Crisostomus Ex quo in uno corpore nobis nos mutuo co-
niungimus non carnaliter sed spiritualiter certe in nullo membro est omnium bonorum
plenitudo sed est in toto corpore Si ergo nos debemus connisteri ut quod
unus habet alteri ministret sicut enim non potest ante esse defectus ex quo quod unus
non habet in se recipit in alio Concepta in hac racione latitudo Audi prophetam
prophetam dicentem latum mandatum tuum nimis Nota proximus ut est sicut dicit
ut salvator in parabola luce 10 Omnis qui vobiscum querit in natura sive
sit inimicus sive amicus sive iudeus sive paganus quos tenemur diligere
idem primo est quantum necesse est pro se ad vitam eternam Nota hic salvator
innuit quod observancia preceptorum cerimonialium et iudicialium non erat
amplius necessaria ad salutem quia de eis nullam mencionem facit Item nondum
quod proximus debet multiplicari Est enim proximus condicione nature Et sic omnes
homines proximi sunt nobis Est proximus officio sicut cives qui aliquod
conter exercent Est proximus carne sicut consanguinei Est proximus gracia sicut
amici Est proximus fide sicut christiani Est eciam proximus virtute sicut iusti
Est proximus subsidio sicut angeli et sancti Est proximus redempcionis
beneficio quo solus Christus est proximus Cuicunque modo tamen est proximus di-
ligendus est sicut nosmetipsos diligimus in caritate eadem qua nos di-
ligimus et in eodem merito honorem Christi et ad eundem finem vite eterne
Sic enim homo non habet seipsum diligere amore carnali sed spirituali in deum
et ad vitam eternam Sic unusquisque hominem debet amare et specialiter Christum
qui excellentissimus hominum est plus diligendus est Nondum autem quomodo mul-
ta sunt que invitant nos ad diligendum proximum Primo ex parte
mandati quo hic precipitur Johannis xv hoc est preceptum meum ut diligatis
invicem sicut dilexi vos Ecclesiastici xii diliges proximum tuum et fide illi co-
niungere Secundo lex que et hic precipitur i Johannis iiii qui enim diligit fratrem suum
in lumine erit Tercio lex que et hoc implet i Corinthiorum xiii Caritas

Cam

diligit proximum legem implevit Quinto dei similitudo que ex hoc acquiritur j Joh iiij° Sicut deus dilexit sic debemus invicem diligere Quinto dimissio peccati que per hoc nobis imprimitur j Joh iiij° Si diligamus invicem deus in nobis manet Sexto omne malum per hoc a nobis excluditur Rom xiij° dilectio enim proximi malum non operatur Septimo de bono per hoc meretur j Joh iij° Nos scimus quoniam translati sumus de morte ad vitam quoniam diligimus fratres Et advertendum si proximos convenienter diligimus exinde multas assequimur utilitates Et prima est vite certitudo Quia enim naturalis vita cognoscitur in corpore ab homine eius que dat corpori motum et sensum Sic ex dilectione cognoscimus vitam spiritualem anime Unde hic dicit Johannes Nos scimus quoniam translati sumus de morte ad vitam quoniam diligimus fratres Secundus fructus est operimentum culpe Omnia enim peccata que proximum odiendo commisimus omnia neglecta que non diligendo obmisimus et omnes alias deformitates dilectio superveniens operit non solum ut non appareat sicut ypocrisis operit sed etiam ut non existant Unde sicut dicitur dilecta operit caritas dicitur in proverbiis Tercius fructus dilectionis est illuminatio mentis Qui enim diligit fratrem suum dicit Joh in canonica in luce est valde enim multa et magna videt qui diligit videt enim quid sit faciendum proximo et quid non faciendum dicit Augustinus Sic diligendi sunt homines ut eorum non diligantur errores videt quid conveniat proximo facere ex debita necessitate quid ex congrua equitate quid ex mera liberalitate videt quomodo sic diligendo prosit uni et non obsit alteri videt quomodo circa eundem proximum non mutato caritatis affectu pro loco et tempore mutat vultum mittit effectum prout Augustinus exemplariter ponit super primam canonicam Joh qui sic dicit Si quis diligit non potest aliud facere illi quem diligit nisi bonum Et subdit Sed forte vides quod male facit revocas si non audit corripis sed hoc amor facit Si non curat abiurgas increpas non severitas hoc facit Et forte non advertit et venitur ad hanc necessitatem ut litiges ut cedas non crudelitas hoc facit quia amor permittit negligere indisciplinatum Augustinus autem proximo tuo aliquando bene fecit consentiens ipsum laudas sibi blandiris Et ita diversi fructus et quandoque ex dilectione oriuntur Quartus fructus est dilectio voluntatis quia sicut pena annexa est odio sic dilectioni caritatis delectatio Unde dicit apostolus ad Galatas v° fructus autem spiritus est caritas et gaudium Et merito delectatio sequitur dilectionem quia in caritate omnis fructus spiritualis invenitur Unde Augustinus super Joh dicit apostolus volens commendare fructus spiritus caritatem posuit in capite deinde cetera contexuit tamquam ex isto capite exorta que sunt gaudium pax longanimitas benignitas bonitas fides mansuetudo continencia Quis autem bene gaudet nisi qui bonum diligit Quis longanimis nisi scilicet manere in bono perseveranter nisi qui veraciter diligit Quis veram pacem habet nisi ille qui cum illo pacificus est quem veraciter diligit Quis benignus

nisi ille quem diligit eum opitulatur. Nemo bonus nisi diligendo efficitur.
Nemo salubriter fidelis nisi ea fide que per dilectionem operatur. Nemo
mansuetus utiliter nisi cum dilectione operatur moderatur. Nemo ab eo continet
unde turbatur nisi diligat unum honestatem. Et subdit Augustinus: Merito ergo
sepe dilectionem commendat tanquam sola sit percipienda, quia ipsa sine ceteris
bonis non habetur, sine qua cetera bona prodesse non possunt. Quintus fructus
dilectionis est testimonium quod sumus filii Dei. Unde illud Joh. Qui diligit
fratrem suum ex Deo est. O nobilis nativitas que efficit non servum sed filium
quia servus non manet in domo in eternum sed filius. O mira nobilitas
et magna utilitas. Nam si filii Dei et heredes. Sextus fructus
dilectionis est indicium sive signum quod sumus veri discipuli Christi. Unde ipse
Joh. xv. In hoc cognoscent omnes quia mei estis discipuli si dilectionem
adinvicem habueritis. Dicit cognoscent enim, Beatus Thomas: non opinabuntur,
non presument quod estis mei discipuli, non mundi, non carnis, non diaboli,
nec alterius hominis, nec alicuius angeli, nec cherubim qui dicitur plenitudo scientie,
sed mei qui sum veritas et fons sapientie in quo sunt thezauri sapientie
Dei et scientie absconditi. Non in hoc si ieiunaveritis sicut quod etiam discipuli
Johannis et phariseorum fecerunt, nec in hoc si multas cerimonias servaveritis
ut discipuli Moysi, unde illud: Nos Moysi discipuli sumus. Nec in hoc
omnia relinquitis quod fecit Socrates et sui discipuli. Nec in hoc
signa quidem, sed dilectio continua est signum proprie proprium discipuli Christi. Hec enim sunt
invisibile homini quia omnibus convenit et solis et semper. Sic
dicit Augustinus super Johannem eadem continens verba dicit: Alia munera habent et in futuro
non mei, non solum habent vitam, sensum, rationem, et etiam salutem que hominibus
et pecoribus communis est. Unde etiam diversitatem linguarum que habemus,
scientiam, fidem, distributionem rerum suarum pauperibus, prophetiam, sacramentum, et tradicionem corporis sui
ad ignem ita ut ardeat. Non ergo in illis bonis cognoscentur muneribus meos
apparet mei discipuli, qui si caritatem non habent sic cimbala crepant,
nichil sunt. Sed in hoc cognoscent si dilectionem adinvicem habueritis. Hec est
ipsa sponsa pulchra dealbata quemadmodum luna illustratur ut cadeas. Hec est
adiutorio fulcitur ne cadas. Hec ille. Septimus fructus dilectionis
est indicium ut gratia augeatur. Culpa enim peccati est pena peccati precedentis et
dimittitur sine tamen sequitur. Sic quod octavo est de actu dilectionis meritorio.
Unde est quod apostolus ultimo dicit: Qui in sordibus est sordescat adhuc,
et qui iustus est iustificetur adhuc. Et quis possit enumerare diversitates
meritorum ipsius dilectionis. Unde advertendum quod ista duo
mandata generalia que continet lex, unum affirmativum et aliud negativum.
Affirmativum est illud: Quecumque vultis ut faciant vobis homines
et vos facite illis. Negativum est illud: Quecumque non vultis ut
faciant vobis homines nec facite illis. Et in his duobus impletur
sufficientissime mandatum de diligendo proximum. De primo videndum
quecumque licita decentia, expedientia, honesta vultis voluntate
racionali distinguendo inter debita et indebita, sunt debita necessitate

et honestate inter debita bona que consuluntur et indifferentia
que in lege non continentur ut faciat vobis homines vel pro vobis vel
propter vos faciat vel dimittat corde ore et opere / facite et vos
eis in casu scilicet non solum voluntate sed etiam opere Iohannis dicit apostolus
Non diligamus verbo aut lingua sed opere et veritate Secundum hoc
preceptum dilectio proximi causat omnes motus omnium virtutum interiores
et exteriores que respiciunt proximum verbi gratia diligo proximum per cognitionem
eius miseriam apprehendo qua apprehensa statim efficior motu compassionis
et misericordie Et si compassio sufficienter volo relevare
Et sequitur actus exterior cum tu sit plures dimisisse organorum
explet motus cum oculi ad flendum aures ad audiendum lingua
ad consolandum Manus ad dandum et ad ministrandum
pedes ad visitandum Unde illud Non te pigeat visitare infirmum
Sic est de aliis affectionibus ad proximum Nam si proximum diligo tunc
bonum ei volo et illud bonum ei cupio et spero dum abest gaudeo
dum adest timeo ne oppositum ei sit melius eveniat et si eve-
nerit doleo hec omnia diversificatur cum tamen
et quantum secundum preceptum negativum illud vero quod ab alio odis et non
vis fieri corde ore et opere alteri ne feceris cum tamen
huius precepti dilectio proximi exhibet omnes motus et actus vitiorum
interiores et exteriores verbi gratia motum superbie quo proximum despicit
cohibet quia caritas non inflatur avaritie quia non querit que sua sunt ire
quia non irritatur impatientia quia omnia suffert omnia sustinet invidie quia
congaudet veritati dilectio omnes actus exteriores cohibet / ligat enim
omnia membra officialia exteriora ut oculos aures linguam manus pe-
des / et implet omnia precepta negativa in exterioribus dicta de proximo
Non occidas non adulterabis non furtum facies non dices contra pro-
ximum tuum falsum testimonium et si quod est aliud mandatum in hoc verbo
instauratur diligite proximum sicut teipsum / ligat etiam voluntatem ne mo-
veat super proximo volendo et implet illud Non concupisces
uxorem proximi tui Et ipso ne moveat appetendo scilicet ne gaudeat
de malo suo quia caritas non gaudet super iniquitate ligat etiam co-
gitationem ipsa Unde caritas non cogitat malum Et non co-
gitat malum tue nec vult ut fiat nec optat Et non cogitat
malum culpe tue non iudicat de malo dubio vel occulto nec
proximum despiciat de aliquo peccato nec condempnat de preterito / nec presumit iu-
dicare de futuro Et etiam hec distinguit caritas inter illa que
facere proximo est mortale et quod veniale inter illa que sunt diversa
sa que si faciat non culpatur si non facit consulitur et laudatur Multa
etiam sunt media vel casualia et tamen hoc facto ipso docente ca-
ritas suadet aliquando abstinere a licitis quam ab illicitis ne proximum ne
scandalizaretur iuxta illud in Corinthiis Si esca scandalizat proximum
carnes meam non manducabo Nemo igitur quemquam debeat nisi
ut invicem diligatis Qui enim proximum diligit legem implebit
Quam summam induat dominus ut ondat quod finis precepti est cari-
tas quia observantia mandatorum non est meritoria vite eterne nisi

fiat et caritate Inter hec precepta ordinata ad proximum non con-
tinentur precepta de non concupiscendo rem proximi vel eius uxorem quia
reducuntur ad precepta de non adulterando et non furando et sub illis
possunt intelligi vel quia intelliguntur in hoc quod dicitur diliges proximum
tuum Sicut enim qui vere proximum diligit nec rem eius nec uxorem concupiscit
Sciendum autem hic non dicta mandata secundum plurimum precepta secunde thabule
que ordinant hominem ad proximum in quibus implicat et supponit
precepta prime thabule ordinancia hominem ad deum quia homo magis
tenetur deo quam proximo et ideo si ad observanciam mandatorum
secunde thabule est necessaria ad salutem multo forcius observancia mandatorum
prime thabule est necessaria ad eandem Unde bene dicit apostolus quod qui dili-
git proximum legem implevit quia in dileccione proximi intelligitur dileccio
dei ut finis propter quem proximus diligitur et proximus diligitur propter deum
et non econverso Per predicta eciam ostenditur salvatur quod observancia pre-
ceptorum ceremonialium et iudicialium non est amplius necessaria ad
salutem sed sufficiunt decem decalogi precepta Quorum primum est non
adorabis deos alienos id est unum deum coles et super eum nichil ama-
bis Multi autem hodie sunt qui sibi deos alienos faciunt Nam sicut
dicit Augustinus hoc ab homine colitur quod pre ceteris diligitur Superbus
igitur pro deo suo habet superbiam luxuriosus luxuriam avarus avariciam
Secundum non assumes in vanum nomen dei tui id est non blasphemabis
nec iurabis indebite in nomine dei Sic enim talis iniuriam facit deo quem
in testimonium sue falsitatis invocat quasi deus mendacium diligat et sibi quia
in iudicio dei puniendum se obligat si non est ita sicut iurat et proximo
quia per falsam iuracionem ipsum decipit et defraudat Tercium diem sab-
bati sanctifices ut in eo mortaliter non pecces et mala vites Contra
istud preceptum peccat qui cum cupiditate in sabbato opus servile
facit vel aliquod peccatum committit vel opera misericordie dimittit quia a bonis operi-
bus non est vacandum Quartum honora parentes tuos scilicet obediendo ob-
sequendo reverendo subveniendo et malis eorum miserendo In hoc eciam
capitur honor patrum spiritualium scilicet prelatorum Quintum non occides opere
verbo negligencia cogitacione auxilio consensu malo exemplo vel
aliqua occasione Homicidium eciam aliquando fit corde per odium alicui
ore per viam detraccionis aliquando opere per ferrum Et istud ultimum est triplex
Quidam enim occidunt corpus tantum quidam animam tantum scilicet eam trahit ad
peccatum quidam utrumque qui scilicet aliquem interficit seipsum vel alium in
peccato mortali existentem Sextum non mechaberis operando cogitando
loquendo vel iurisdiccione tua fornicacionem sustinendo per istud autem
quod dicitur non mechaberis prohibetur omnis carnalis corrupcio preter eam
que est matrimonii Septimum non furtaberis aliena illicite quolibet
attrahendo vel re aliena invito domino utendo Si perfectum intel-
ligitur de malo ablatum sive occulte faciendo in acceptis sive
fraude querendo in mercacionibus sive mercedes non solvendo operariis
Octavum non dices falsum testimonium contra proximum tuum omne mendacium

De homicidio

solum detractionem adulacionem calumpniam et doctrinam erroneam devitando
Nonum Non desideres domum vel agrum vel rem alienam proximi tui
tali scilicet vicio quod velles tibi cum suo dampno adoptare Decimum Non
concupisces uxorem servum ancillam proximi tui corde consenciendo ore
sollicitando opere quippiam perficiendo Hec qui perficit salvari poterit
De laciori autem deductione istorum decem mandatorum et explanacione
vide tractatum de x preceptis qui satis communis est et eum potest hic apponere
Dubitacio Utrum servare mandata ex caritate cadat sub precepto
Et videtur quod sic. dicit enim hic in textu Si vis ad vitam ingredi serva
mandata sed opera bona non sufficiunt ad introducendum ad vitam
nisi ex caritate fiant dicit enim paulus ad corinthios primo Si distribuero in
cibos pauperum omnes facultates meas, et si tradidero corpus meum ita
ut ardeam nichil michi prodest/ ergo ex caritate precepta servare sub
precepto Item ad preceptum pertinet ut omnia fiant propter deum unde apostolus primo
ad corinthios x° Omnia in gloriam dei facite et hoc fit per caritatem qua omnia re
feruntur ad deum etc. Item ex caritate servare mandata non cadit sub
precepto. ergo aliquis potest implere precepta legis non habens caritatem ergo
sine gracia quia semper gracia adiuncta est caritati sed hoc pertinet ad errorem
pelagianum ut patet per beatum Augustinum de heresibus. ergo precepta servare ex
caritate cadit sub precepto Et contra quicumque non servat preceptum
peccat mortaliter Si ergo ex caritate servare precepta cadit sub pre
cepto sequitur quod quicumque operatur aliquid et non ex caritate peccat mortaliter
ergo quicumque non habet caritatem peccat mortaliter in omni quod facit quantumcumque sit
de genere bonorum quod est inconveniens Dico quod circa hoc fuerunt contrarie
opiniones Quidam dixerunt absolute operari ex caritate esse sub precepto/ Et
contra operari ex caritate non est in potestate nostra quia non est in potestate nostra
habere caritatem cum ipsa est donum dei Sed dicitur ipsi quod operari ex caritate et habere
caritatem non est impossibile primo est quodammodo in potestate nostra quia homo potest
se disponere ad hoc quod ei caritas infundatur ergo cadit et potest cadere sub
precepto Sed dicitur illi quod non quicumque aliquis non habens caritatem facit
aliquid de genere bonorum peccat mortaliter quia hoc est preceptum affirmativum
ut ex caritate operetur ergo non obligat ad semper sed pro tempore illo quo
aliquis habet caritatem Alii dixerunt quod operari vel servare mandata ex
caritate non cadit sub precepto hoc est si quis honoraret parentes non
ex caritate non efficitur transgressor huius mandati honora patrem etc.
Ubi notandum quod utraque opinio quo ad aliquid vera est. Ubi advertendum
quod actus caritatis dupliciter potest considerari Uno modo in quantum est quidam actus
per se et hoc modo cadit sub precepto quia de hoc specialiter datur preceptum
scilicet diliges dominum deum tuum et diliges proximum tuum Et quantum ad
hoc primum verum dixerunt alios potest considerari actus caritatis secundum quod est
finis et forma actuum aliarum virtutum quia actus aliarum virtutum ordinantur
ad caritatem sicut non furtum facias non adulterabis etc. Et
ergo dicit paulus ad corinthios prima ad thimotheum primo finis precepti est caritas/ Sic dico quod
tali modo precepta servare ex caritate non cadit sub precepto patet quia
in hoc precepto honora patrem et matrem non includitur quod non honorare patrem ex caritate

sed q pximu honoret pt Et go qui honorat prem licz no hnc
caritatem no efficit trasgressor hui pcepti et si sit trasgressor
pcepti q e de actu caritatis Ad 1m ad pmaz Si madata pnt
servari sn caritate tuc aliquis posset ad vita ingredi sine caritate
nego quaz q dominus no dixit Si vis ad vitaz ingredi serua
vnu madatu sz serua oia madata inter que etiam gtinet ma-
datu de dilectione dei et proximi Ad 2m dico q sub madato
caritte gtinet ut diligat deus et tota corde ad qd ptinet ut
oia referat in deu et ideo pceptu caritte imple homo no pt
nisi etiaz oia referant in deu sic go qui honorat parentes
tenet et caritte honorare no et vi hui pcepti honorare parentes
sz et vi alius pcepti diliges dnm deu tuu et tota corde tuo
Et ad ista duo pcepta affirmatiua no obligant ad semp pnt p
tu de honoratione parentu no te trasgrediar p madatu de ob
missione pcepti dilectionis Ad 3m dnm Et obseruare oia pcep
ta legis ho no pt nisi habeat pceptu caritte qd no fit sine gra
Et ideo e impossibile qd pelagius dixit homie imple legez sn gra

Dicit illi adolescens Omnia hec custodiui a iuuen
tute mea Quid michi adhuc deest / Ait illi ihc
Si vis perfectus esse vade et vende omnia et
da pauperibz et habebis thezaurum in celo Et ve
ni et sequere me Cum aut audiuit adolescens
verbum abijt tristis Erat enim hns multas pos

sessiones Superius posuit madatoru obseruantiaz que e neccitatis
hic docet voluntariam paupertatez que e consilij et pfectionis
vbi aduertend q adolescens ille voluit ad statu pfectionis a
scendere ideo dixit / oia hec custodiui a iuuentute mea / quid
michi adhuc deest / q tn in multis religiosis vix aliquis hodie re
periret Ihc intuitus eu dilexit eu ppt bonam conuersatoz suam
ptitam et ondit sibi vultu amicabilez et instruxit de pfectio
dixit ei / vnu tibi deest quo ad statu pfectionis sz bonu paup
tatis Quia et si madatoru obseruatio sufficit ad salute no
tn ad euangelicaz pfectoz sz adhuc etiam requirit obseruatio gsilior
in qua pmu e abrenunciatio tpaliu / et ideo tm de hoc hic facit
facit mentionez Vbi orig Non tn intelligend e q in ipo tpe
quo bona sua tradiderit pauperibz fiat omnino pfectus sz ex illa
die incipiebat speculatio dei adducere eu ad omnes virtutes
Et subdit dns dicens Si vis q hc e in tua libertate pfe
esse ide ad statu pfectionis ascendere sup omnez statu saluti
neccium q hoc e de perfectione vite vade p affectu corp
nendo tpalia et vende p effectu ea relinquendo / et hec oia no

partem tuam ut Ananias et saphira quod est contra proprietarios
que habes et iuste possides quod est contra raptores et usura
rios elemosinas de alieno facientes / illa enim habend(a) que pos
sidentur iniustitia / Illa ergo que iuste possident vel vendenda sunt
que vero iniuste reddenda sunt illis quorum fuerunt / et da non vende
querendo munus a manu vel a lingwa vel ab obsequio / pauperibus
non divitibus a quibus similia accipies nec amicis carnalibus nisi fue
rint indigentes nec ystrionibus nec male utentibus quod est contra si
moniacos et ambiciosos qui dat aliis ut acquirat beneficia et di
gnitates / et hoc fac propter deum non propter ostentacionem / quia abiecere temporalia
propter ostentacionem non est meritorium / et sic dando habebis the
saurum id est quendam beatitudinis in celo et loco tutissimo / Hoc autem
non dicit quia paupertas sit maior virtus quam continencia vel obediencia / sed dicit
per quadam correspondenciam / quia thezaurus celeste sic rudet volun
tarie paupertati / sic exaltacio humiliacioni / Unde Crisostomus / Bene ait non
dixit vite eterne mercedem sed thezauri dicens et habebis thezau
rum in celo / Cum enim de pecuniis erat sermo et de abrenun
ciacione hominem ondit quod reddit plura hiis que precepit relinquere
quanto magis est celum quam terra / In thezauro enim copiam retribu
cionis ondit / Et veni relictis omnibus sequere me me imitando
et sic ego ambulo ambulando / quia in sequela Christi per opera caritatis
consistit perfectio principaliter et complete / In paupertate enim voluntaria
consistit incoatiue per modum removentis prohibens et disponentis
quia per hoc aufertur cura temporalium que a dilectione dei impedit animum
Unde glossa / Relinquere omnia est via ad perfectionem sed in sequendo consistit per
fectio / Magna certe gloria est sequi dominum et ideo valde est appe
tendum / Unde abbas moyses / Ieiunia vigilie meditacio scripturarum
nuditas ac privacio omnium facultatum non perfectio sed perfectionis instru
menta sunt quia non in ipsis consistit discipline illius finis sed per illa pervenitur
ad finem / Et ergo in illis verbis domini aliquid ponitur quod via
ad perfectionem scilicet hoc quod dicitur vade et vende omnia que habes et
da pauperibus / ac si dicat ille est transitus ad perfectionem / Aliud autem
subditur in quo perfectio consistit scilicet quod dicit / Et sequere me / Unde
Ambrosius / super lucam / super illo Sequere me Sequi iubet non corporis
gressu sed mentis affectu / quod fit per caritatem / In caritate autem consistit
perfectio principaliter et essencialiter / quia ipsa est vinculum perfectionis ad Col
locenses / In aliis instrumentaliter que ad caritatem ordinantur / vade ergo et
vende omnia etc. quasi dicat / hoc faciendo adhuc finem venies etc. Ad per
fectionem ergo non sufficit homini relinquere sua nisi dominum sequatur / id est
nisi relictis malis faciat bona / Unde Theophilus / Sufficit paupertate enim et
ceteris virtutes hominem facere oportet / ob hoc autem veni et sequere me / id est
in ceteris esto meus discipulus / et iugiter me sequaris / Unde et Ieronimus
Difficilius sanctus contempnitur quam voluntas / Multi divicias relinquentes
dominum non sequuntur / Sequitur autem dominum qui imitator eius est / et per ve
stigia eius incedit / Ubi et Rabanus / Inter duas vitas hominum proditas

audiui9. actiua ad quã ptz nõ occides et cetera legis mãdata
et cõtemplatiua ad quã ptz nõ occides si vis pfectus esse etc. Actiua
ad legem pertinet, cõtemplatiua ad euangelium, quia sicut vetus nouum
precessit testamentum ita bona actio pcedit cõteplacionem Actiuus co
uenit obseruatio pceptorum que in lege traduntur, cõtemplatiuus ob-
seruatio consiliorum que in euangelio docentur Et nõndum ẽ ꝗ multiplex
est perfectio scilicet sufficiẽe, quia omnes sunt existentes in caritate, ordi-
tinus ꝓprium ẽ seruare cõtinẽciam, religionis, et huius ꝓprium ẽ renun-
ciare omnibus cõplacionis ad quos ptz ponere animam p omnibus suis, se-
curitate cuius ꝓprium ẽ hrẽ mortem in desiderio et vitam in paciencia
Ad pmã pfectionem tenet quilibet, ad vltimã vero nullus tenetur sed ad tres
medias tenetur aliqui et cetera cansis, Unum ergo signum pfectionis po
sint cum oia relinquere consuluit ut nudum xpm nudus sequatur Bu
rum Theophilum dites omnia simul paupertatem suadet si quid enim
tesauricit illius seruus ẽ Et dum Ambrosium tunc volunt adolescen-
tem illum deus ad paradisum redire qualis adam fuerat de paradisi
sublimitate deiectus nudus enim incola adam paradisi fuit Eciamsi
ergo cum possessione diuiciarum possit quis ad vitam ingredi seruando
mãdata, tamen ad pfectam sequelam xpi ut pfecto amore et integro
affectu tendat ad deum dee sibi unum scilicet quod relinquat diuicias affectu
tendat ut sit paup spiritu que paupertas includit humilitatem sine qua
nõ ẽ paupertas, quia vanum ẽ hrẽ bursam vacuam et cor plenum superbia
includit eciam contemptum diuiciarum affectu, quia difficile ẽ valde quod
habens diuicias amore earum nõ detineatur aut distrahatur et impe-
diatur a pfecto amore dei ne xpm libere et expedite sequatur Nam
qui diuitijs implicatur mittat pedes in rethe ne possit circa deo
pfecte ambulare et libere xpm sequi, quia diuicie viscosiores sunt
visco, et vix euellitur animus occupatus ab eis et detentus Nimia
ergo dilectio terrenarum possessionum ẽ huius pfectionis impedimentum
quod bene patuit in hoc iuuene, qui cum audisset verba domini de
pfectione paupertatis voluntarie abijt tristis, seculi tristicia mortem
operante impeditus a pfectione, qui querebat terrenarum possessionum
amore ob quod nõ poterat ad pfectam voluntarie paupertatis ascende-
re Causa tristicie redditur cum subditur Erat enim multas hñs possessi-
ones spinas producentes et tribulos semine diuini suffocantes,
et ipse inclusionis habitus a possessionibus, et diuicie valde di-
sione abreuiacionis earum Tristabile enim ẽ amata abicere
Ad temporalia enim passibiliter afficitur cuius tre in priuacione cordis
aliqualiter contristatur Nam plerumque cum temporalia assunt nobis putamus
quod ea nõ diligamus sed cum abesse ceperint inuenimus qui simul hoc
enim sine amore uro aderat quod sine dolore discedit Iste
iuuenis audiuit quod quecumque habet venderet et daret pau
peribus abijt merens, quia et diuicias seculi et vitam eternam hrẽ volebat

Quod difficile erat ut fieret / quia in possessione divitiarum absque su-
perbia elationis et absque proprietate voluptatis vix stare quis potest
sic enim difficile esset quod homo in cacumine verticis alicuius montis starit
et tempestate valide venti quassatus non caderet Ut vero dicit Augustinus
Hic adolescens laudabilis quidem est quia non occidit non adulteratus
est / vituperabilis autem quia contristatus in verbis Christi recessit cum ad per-
fectionem Adolescens quippe erat sui animi et postea relinquens Christum
abiit hec Augustinus Sed tale tristis frustra iacet cum oculos penatore
sit contemplationis qui tantummodo contristatur quod desunt temporalia quanto magis
appetuntur eternaliter ut ait Gregorius tanto minus cuiusque dolet quod desunt
eterna quanto magis gaudet quod assunt temporalia certius appetat ut
assint eterna Et ideo dicit Gennadius Bonum est facultates cum
dispensatione erogare pauperibus sed melius est pro intentione sequen-
di Christum omnia et totum simul donare et absolutum a sollicitudine
cum Christo agere / etenim dicit Crisostomus Non simul detinent qui pauca
habent et qui multis habundat / quia adiectis divitiarum maiorem
accendit flammam et violentior fit cupido Non solum autem divitiarum
possessio sed etiam rerum aliarum diversitas hominem a dei contemplatione
et ipsius amore impedit et avertit Unde Augustinus Temporalium rerum mul-
tiformitas ab unitate dei hominem per carnales sensus diverberat
et mutabili variatione eius affectum multiplicat Unde ergo delectat
libertas ab amore mutabilium liber esse appetat et qui regere
delectat uni omnium rectori deo subditus hereat Et iterum duo sunt
amores mundi et dei Si mundi amor habitabat non est qua intret
amor dei [illegible] exhauri cor tuum ab amore terreno hauries amorem
divinum terreno / Unde et Gregorius Cum cupiditate terrene substantie deus
non diligitur / quia terrenus amor oculum mentis sordidans excecat ne divina
claritas videat Nec mirum Quis enim diligere potest que nescit Aut quomodo
scit ad que nesciendum oculos cordis claudit / Unde etiam Isidorus Fumo
similes sunt humane res Nichil enim ita constat anime oculum ac turbat ut
vite huius curarum turba et concupiscentiarum multitudo / hec enim fumi
huius sunt ligna / Unde et Anselmus Si vis esse quietus nil se-
culi appetas / semper requiem mentis habebis si a te mundi curas
abieceris Cum enim tue terrenis se implicat ad dei amorem se separat
Et ut in paucis multa intelligas attende pauca verba Augustini
sic dicentis Nichil plus nomini esse quam ista sunt solicia fugienda
Cum concordat Dyonisius qui dicit / derelinque sensus et omnia sensibilia
Cui sunt aures audiendi hec pauca verba audiat et corde in-
telligat quia multa in eis latent que vane et dissolute non appa-
ret / Unde anima de sermonis habundancia sollicito dicitur est in spiritu
Si vis scire omnia predicta tunc separa te ab exterioribus purifica
te a temporalibus liberum fac te a carnalibus et erige te ad celestia
et manifestabuntur Similiter Scite in hiis verbis totum est inclusum
quod est predictum / ymago enim tua ymago dei est. Depone ergo
ab ea omne quod sibi accidens est et apparet sic tibi in ea quod

divinum est. Ut autem utiliter ad temporalia et etiam perfecte te habeas
scito quod temporalia debes aspicere sub sensu quadruplici. Primo ut
tamquam peregrinus et advena sentias omnia ut extranea et aliena
ita quod tua vestis sit tuo sensui extranea et aliena ac si esset alicuius
de grecia vel india. Secundo ut tuo usui omnem habundantiam time-
as ut venenum et mare submergens. Tercio ut in tuo sensu omnem
inopiam et egestatem sentias ut mensa et cara et stabilem vite eterne
et ut speculum seu ymaginem crucis christi. Quarto ut divicias et apparatus
divitum ita sentias tibi defformes quod in eorum memoria vel aspe-
ctu nullatenus valeas letari vel delectari quod si videre te in eis
contingat cum christi gloriosa paupertate te estima alienum fore. Hunc
autem queratur quod in pauperum et despectorum memoria vel aspectu
tamquam in christi pauperis expressa ymagine totus leteris et eis cum
regibus vel summa alacritate et reverencia associeris. Considera etiam
hic quod ad perfectionem non sufficit quedam opera bona et quasdam virtutes
habere sed omnia omnino perfecte perficere. Unde Crisostomus: Completus est dei homo ad
omne opus bonum expletus non ut habeat quidem habeat quidem vero non habeat.
Cum enim talis est non est completus. Que enim utilitas dei misericordia
orat quis intense non misereatur aut habunde. Aut cum miseretur quis
habunde avarus autem et violentus est vis ad ostentacionem sit homini
qui videt. Aut cum miseretur quid in id quod deo videtur elevetur
autem et superbe et magna sapiat. Aut cum humilis quidem sive et ieiu-
nus attendens avarus autem et negociator et terre affixus et mentem
malorum inducens animo. Radix enim omnium malorum dicit paulus
avariciam. Exterrearis igitur hanc refugiamus hoc peccatum hoc orbem
terrarum instabilem fecit. Hoc omnia confudit a beata servitute nos ab-
ducit christi. Non enim aut deo servire et mamone. Contrarium enim
precipit. Hec Crisostomus. Et non tamen premissa quod perfectio paupertatis non con-
sistit in maiori defectu rerum temporalium sed in maiori abstractione sol-
licitudinis earum. Quanto enim modus vivendi in paupertate maiorem
sed sollicitudinem tanto paupertas est perfectior. Non dico quanto paupertas mi-
tas sive maior. Non enim paupertas in se bona est sed inquantum
liberat ab illis quibus homo impeditur quo minus spiritualibus intendat.

Et quia dictum est de preceptis que sunt necessaria ad salutem etiam
etiamque et de consiliis que requiruntur ad perfectionem. Unde de precep-
tis et prohibicionibus tenentur. Sed de consiliis et permissionibus non te-
nentur. Nam consilium pertinet ad perficiendos. Preceptum autem ad perficiendos.
Sed permissio pertinet ad imperfectos. Prohibicio vero ad peccantes. Ad obser-
vanciam quidem preceptorum utilis est observancia consiliorum. Alicuius enim
fortitudo terre in ingressu illius consistit et ille passus ideo bona
custodia indigeret quia obtento ingressu faciliter residuum hostes
sibi subiciunt. Sic est in terra anime quia tota fortitudo eius consistit in ingres-
sibus scilicet in occasionibus peccatorum et propterea hic necessaria est bona custodia
circa ipsum. Propter custodiam autem istius ingressus dantur consilia que
continent et custodiunt mandata ac retrahunt hominem ab inanibus aspectibus

De [illegible] consiliis evangelicis [illegible]

et disensib; et aliis periculis Sunt aut duodecim consilia euuangelica
que xpc adiecit ad precepta Primum e paupertatis que consistit in ab
dicacione paupertatis unde e illud Si vis pfectus esse vade et vende
omnia que habes et veni et sequere me Et illud qui non renunciauerit
omnibus que possidet non pt meus esse discipulus Secundum e obedien
cie unde e illud Si quis vult post me venire abneget semetipsum
Et illud Sup cathedram moysi sederunt scribe et pharisei que ergo
dixerint vobis facite Tercium e castitatis unde illud Sunt eunuchi qui
seipsos castrauerunt propter regnum celorum Et illud audistis quia dictum est
antiquis non mechaberis ego aut dico vobis qui viderit mulierem
ad concupiscendam eam iam mechatus e eam in corde suo ubi ostendit
quod non solum dampnabilis e consensus in opus mechie sed et consensus
ad delectandum in corde Hec tria consilia predicta sunt specialia et
pfecte religionis et substancialia quia suos obseruatores elongant
a malo non solum quantum ad culpam sed etiam quantum ad causam Omne enim
malum oritur ex triplici radice scilicet ex concupiscencia carnis et
concupiscencia oculorum et supbia vite Predicta vero tria consilia
consilia nos elongant pfecte ab hac triplici radice scilicet paupertas
a concupiscencia oculorum castitas a concupiscencia carnis et obediencia a
supbia vite Quartum consilium caritatis Unde e illud diligite inimicos
in eis inordinate eas amantes retinentes z acquirentes Ideo saluator
difficile esse dixit diuitibus regnum celorum intrare quia secundum pauciorem et
frequenciorem acquisitorum virorum conmuniter vincitibus miracula potius sunt
quam imitanda nec ad quaita quatuor sunt trahenda.

Tunc respondens petrus dixit ei Ecce nos reliquimus
omnia et secuti sumus te quid ergo erit nobis Ihs

autem dixit illis Amen dico vobis quod vos qui secuti estis me In regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis sue sedebitis et vos super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus israhel Et omnis qui reliquerit vel fratres aut sorores aut patrem aut matrem aut uxorem aut filios aut agros propter nomen meum centuplum accipiet et vitam possidebit Multi autem erunt primi novissimi et novissimi primi

Supra audierat petrus quod mali faciat amor divitiarum et pecunie que impedit introitum regni dei sic dicat dominus divites difficile intrat regnum celorum Ideo querit quid premium mereatur contemptus eorum Nota perfectio virtuosi operis principaliter consistit in adhesione creature rationalis cum deo Unde david cognoscens dicebat Michi autem adherere deo bonum est Ad hoc autem multum valet expeditum esse a rebus que possunt adhesionem huiusmodi impedire quales sunt mundani affectus et transitorie facultates propter quod petenti modum deveniendi ad statum perfectum Christus dixit Si vis perfectus esse vade et vende omnia que habes et da pauperibus Verum quia hec difficile est hominibus ut temporalia cuncta relinquant inducendi fuerunt ad hoc promissione premii gloriosi quemadmodum Christus induxit hominem supradictum Et habebis inquit thesaurum in celo Petrus itaque postulante se et alios sibi similes certificari pro mundi contemptu et perfecta sequela Christus asseverat de excellentia retributionis tam sui imitatores quam sui intuitu mundi contemptores sic promissis exemplis manifestat In quo ostenditur Primo conatus virtuose operationis 2o status gloriose sublimationis Tertius autem 3o thezaurus copiose retributionis Et circa ostenditur itaque primo conatus virtuose operationis in hoc quod dixit simon petrus ad iesum Ecce nos qui reliquimus omnia ubi primo ad tenendum ecce hec dicto ecce aliquando est signum audientie ut ibi psalmo ecce quam bonum et quam iocundum aliquando obedientie ut ysa. 6. Ecce ego mitto me sterdum admirationis ut Sap. 5to Ecce quo computati sunt inter filios dei Nonnumquam certificationis seu demonstrationis ut ysa. 7. Ecce virgo concipiet Omnibus autem predictis modis potest hec intelligi Tamquam si dicat ecce audiens est quod nos tamquam obedientes quod mundo est admirabile et ad hoc certum et manifestum reliquimus et omnia Et Et quod paulus conversus ad Christum continuo audiens ipsum

predicant dicit ijo ad obediendu se obtulit d. domine quid me vis facere Admirabilis factus est audientibus quia stupebant omnes qui eu audiebant et admirabantur denuntiatus a xpo futurus aplus cui dixit vas electionis mihi est iste ideo de ipo hodie dici pt a xpo illud Gen xxvij Ecce odor filij mei sicut odor agri plenj cui benedixit dominus Sed aduertendu qz hec distributio oia pt intelligi de censu et de affectu et cui hec implicare scdam De censu quidem ut sit sensus Nos reliquimus oia que possidebamus in mundo Et qz ut Greg in omel Multu reliquit qui sibi nichil retinuit ideo magnum e oia propter dnm relinquere etiam si parua seu pauca videantur relinqui Potuit aut quilibet aplus dicere illud Jere xij Reliqui domum meam dimisi hereditatem Sed non talium paulus effectus dicebat phil iij omnia arbitror ut stercora ut xpm lucrifaciam Pt tamen hec intelligi de affectu ut sit sensus Reliquimus oia que habebamus et que appetere poteramus quod tam magnum e ut taliter relinquentes merito inter illos computentur de quibus dicitur mt v Beati pauperes spiritu Et hec cum commendabiles aplos ostendit Greg in omel d. Multu dimisit qui cum re possessa etiam concupiscentijs renunciat Et sequentibus quo tanta dimissa sunt quanta a non sequentibus concupisci potuerunt Tales autem fuisse paulum constat et hec quod Gal ulto d. Michi mundus crucifixus est et ego mundo Pt michilominus hic contemptus cum predicte implicare scdam ut non oia dimissa proprius intelligatur contemptus quo modo dicit Bern de contemptu mundi Age qui oia relinquere disposuisti te quoque inter relinquenda numerare in momento primo principaliter abnega temetipsum Et hunc contemptum xpus volentibus ipsum sequi indicens ait luc ix Si quis vult venire post me abneget semetipsum et tol. cru. suam et sequatur me Tales fuisse paulum constat et dicto ipius dict xxj Ego non solum ligari sed et mori pro nomine dni ihu in iherlm paratus sum nec facio animam meam preciosiorem quam me Deinde ostendit perfectio operationis et adherentia consortij cum addidit Et secuti sumus te Primum e s. reliquisse oia preter perfectorum non facit Hoc ultimum perfectorum consummat Multi enim relinquunt oia nec tamen perfecti dicuntur quia nec dnm sunt secuti ut dyogenes Socrates et philosophi quidam oia reliquerunt ut vitarent sollicitudine et inquisitioni naturalium animum liberius applicarent Unde hoc ultimum repetit dominus in primum pollicetur dicens Vos qui secuti estis me etc Beda Grandis e quod petrus tanta fiducia dum tanta libertate circumvenit cum nichil fere et oibus hausisse sciat et tamen fiducialiter gloriatur sese oia reliquisse sed ut ait quispiam qui mundum deserunt qui voluntatem habendi derelinquunt Et sequentibus quo tanta derelicta sunt que non sequentibus desiderari potuerunt hoc autem tamen si sequitur xpm perfectum e ac proprium bonorum atque fidelium primum tamen ordinatorum

ad sedem est relinquere omnia ut perfectus quis possit sequi xpm ad
statum perfectionis plurimum suffragatur. Unde de multis apostolis legitur
quod relictis omnibus secuti sunt xpm. Tales fuisse paulus post suam
conversionem et actibus apostolicis et eius epistolis constat. Unde potuit
dicere illud Job xxiii vestigia eius secutus est pes meus. Et Jere-
mie xvii Et ego non sum turbatus te pastorem sequens. Et nos ad
imitandum dicatque id ipse xps Mt. Unus suscitat ab oriente iustum
vocavit eum ut sequeretur se. Deinde quis utilitas merces eorum
subdit: Quid ergo erit nobis, quid dabis nobis. Primum secuti sunt
enim apostoli xpm non ut mercenarii sed ut discipuli sequerentur. Pauci sunt
tamen spectare primum in sequela ac postulare aliquis primum qua-
litatem. Sequi enim xpm est fidei devotione et dilectione ipsum
imitari. Ille iuvenis dives neque omnia dimittere neque sequi voluit
te. Tu enim est quod respondere audiamus de nobis aut quid dicas
qui et omnia reliquimus et omnibus omnino postpositis te secuti sumus.
Igitur fecimus quod iussisti illi. Quid igitur erit nobis et quid da-
bis. Primum Adolescenti sua porcio manet in mundo si scire cupis
quas sit porcio nostra deus. Illa enim reliquerat omnia petrus
de quibus dictum est vanitas vanitatum et omnia vanitas. Illa
autem omnia retinuerat de quibus dictum est deus est omnia
in omnibus. Licet petrus non omnia prius valde pauca habuit tamen omnia
reliquit quia nichil sibi retinuit et voluntatem huiusmodi que
capax omnium volutarum est dimisit. Nemo enim habere omnia potest
velle autem potest quia voluntas etiam possibilium est. Licet ergo
esset pauper in actu tamen habebat multa in potentia et quia
per paupertatem voluntariam non solum reliquit possessa in actu
sed possibilitas acquirendi et possidendi alia et ista possibi-
litas aliquo modo se extendit ad omnia. Ideo convenienter petrus
dixit quod omnia reliquit quia omnem cupiditatem dimisit. Non autem
ad iactantiam sed veritate ad nostram instructionem loquitur petrus
ut det fiduciam pauperibus ne solos divites qui divitias prius
relinquere estimet ad perfectionis gradum pervenire. Potest ergo
pervenire et pauper qui quae habet saltem animo et affectu ha-
bendi relinquat. Magis quidem est huiusmodi voluntatem quam ipsum habere
relinquere. Nam ut ait Augustinus Multis mortuus est mundus
ipsi tamen vicissim mundo mortui non sunt. Bona enim seculi dili-
gunt numquam consequuntur. Item dicit hoc petrus ut divitibus su-
perbiam reprimat. Ne si qui plures divitias relinquerent suam
humilitatem deserat et pauperes contempnat ac se tamquam fortio-
res dicat. Non enim qui plura relinquit sed qui maioris
dilectionis affectu relinquendo omnia xpm sequitur perfectior
dicendus est. Unde putandum est quod petrus magis confidens de
animo et affectu suo quam de quantitate separavit rerum relictarum

fiducialiter et confidenter cum Ecce nos reliquimus
omnia vel origmenes. Et si enim minima tunc sibi reliquit
non tamen minima sunt estimata apud deum confidentem
quia et tanta plenitudine dilectionis illa minima relique-
runt ut etiam si multas habuissent possessiones omnia
reliquissent. Item dicit hic petrus non tamen pro se sed pro
omnibus qui sua relinquerent ut pro omnibus interrogans quid
ergo erit nobis. Audito primo omnis allicitur ad perfectionem
et christi sequelam. Unde dicit symon petrus ad iesum ecce
nos reliquimus omnia et secuti sumus te. Hec nempe sunt verba
que et contemptum mundi in universo mundo et voluntariam per-
suadere fecerunt hominibus paupertatem hec sunt que monachis
claustra replent et anachoritis deserta. hec michi sunt
verba que egiptum spoliant et optima queque eius vasa
diripiunt. hic sermo vivus et efficax convertens animas felici
emulatione sanctitatis et veritatis promissione fideli. Omnia
sane dicimus non tamen possessiones sed etiam cupiditates et
eas maxime. plus enim mundi concupiscentia quam substantia
nocet. Et hec fugienda causa. divitiarum pena est
quod aut vix aut nunquam sine amore valeat possideri.
Illinunt sique et glutinosa nimis non minus certior vin-
culum interior ista substantia videtur et fatale [illegible]
omnibus que frequentat adhesit. Age ergo qui relinquere omnia
disponis te quoque inter relinquenda numerare memento primo
maxime et principaliter abnega temetipsum si deliberas se-
qui eum qui exinanivit ipse semetipsum. Pone concupiscentiam
carnis. pone illa quoque non solum plane nugas sed bonum
que tibi insipienter emisti. Alioquin sequi sponsum et ve-
nire ad nuptias spirituales, quomodo ac possis et oppres-
sus corporis sensualitate non poteris. Iesus autem dixit
hic ponitur domini responsio in qua premittit primo premium
correndens merito imitationis. Secundo premium correndens me-
rito abdicationis mundi. ubi omnis qui relinquit et dicit
ergo iesus autem dixit illis. Omnia enim principalis ratio me-
riti est in conversione ad bonum incommutabile, sic principal-
is meriti est aversio ab eadem ut dicit augustinus. Unde est
quod eam ipse tamquam specialem et principalem sibi acceptam
repetit. Ad hoc enim ipse homines tamquam ad perfectam me-
riti rationem inducit Iohannes octavo Ego sum lux mundi

qui sequitur me non ambulat in tenebris Amen idest fideliter
promittit verbum confirmationis ut magnum credatur esse quod sequitur
dico vobis quibuscumque fidelibus vos qui dimisistis omnibus terrenis
secuti estis me imitatione vite mee Sed diligenter pondere intelligendum
est quod dicit me, quia talis sum sicut Me ergo non timebitis aut domini
Et Iohannis manifestabo et meipsum in regeneratione id est in iudicio tempore
resurrectionis mortuorum. Prima sunt tabernaculum domine sunt regenerationes
prima naturam et aqua et spiritu ad Titum tertio Per lavacrum regenera-
tionis Et Iohannis tertio Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto
Secunda corporum de qua hic ad Philippenses tertio Salvatorem expectamus
qui reformabit Et de regeneratione que fuit adesse secundario accep-
tum vel prima est hominis productio et etiam prima singularis nativitatis
generatio hominis ad esse corporis post primum secundum post universalem
resurrectionem corporale induit incorruptionem et mortale immortalita-
tem est homo regeneratus adesse immortale Et sic illa de regeneratione est
iterata generatio corporis in electis quod prius genite per natu-
ram peccati de merito fuerat depravatio atque destructio Advertendum
autem quod humana generatio post peccatum duplici sunt corruptioni sive pri-
vationi obnoxia scilicet vite gratie et nature Ita quod quilibet per generatio-
nalem productionem de communi lege habet duplici est vita privatus
Cum duplici corruptioni Christus dupliciter adhibuit regenerationem
unam regenerando homines ad vitam gratie de qua de prima Ti-
mothei tertio Per lavacrum regenerationis et renovationis spiritus
sancti Alia restituendo homines ad immortalitatem. Primo quidem
in spe ut dicitur i Petri i Regeneravit nos in spem vivam. Deinde
in re ut hic promittitur in regeneratione magis, hic est in ultima resur-
rectione Cum sedit filius hominis per auctoritatem iudiciariam quia ha-
bebit filius hominis per similem formam in qua iudicabit unde Actuum
primo hic Iesus qui a vobis assumptus est in celum, sic veniat
scilicet ad iudicium, quia sic in humanitate ascendit Ita in humanitate
descendet ad iudicium sed in sede maiestatis sue, per manifestam
potentiam que prius latuit sed primo enim adventu sedit in
sede humilitatis sed in secundo sedebit in sede maiestatis Advertendum
est quod sedes maiestatis Christi dupliciter exprimitur Uno modo quantum
ad singularem excellentiam glorificationis de qua Hebreorum i Sedet
ad dexteram maiestatis in excelsis et ultimo Sedet ad dexteram dei
patris dixit dominus domino meo sede a dextris meis Alio modo quantum ad
auctoritatem iudiciarie potestatis quod indicatur est sede pro tribunali Et
de hoc dicitur hic, et Matthei xxv Tunc sedebit filius hominis in sede
maiestatis sue Sedebitis et vos sicut concives et secuti iudicantes
duodecim tribus Israel que vobis credere noluerunt, vel tamen etiam quia

sm Crisost/ duos iudeos apli iudicabut/ quia gentes verbu
apostoloru receperunt iudeis nolentibz recipe Tribubus dicit Neo
putet tm xii aplos iudicaturos/ sic nec tribus sole xii st iu-
dicande/ s; in xii aplis vniusitas significat vniuersaru pfectoru
s apli eoru s; in xii tribubus vniusitas iudicadaru Vn bts Augus
to de ci dei Si solu xii apli iudicabut/ ubi paulus aplus qui
plus omnibz illis laborat ad iudicadu sedeat no habebit qui
profecto cu alijs sctis ad nu iudicu se ptinere demrat cu dicit
Nescitis qm angelos iudicabimus Notandu etiam q quator ordines
erut in iudicio/ sm qd dicit Rab. duo electoru/ et duo repbo-
rum Electoru vnus iudicantiu cu xpo de quo hic/ Alius iudica-
toru qui tpalia hntes inde eis vsi sut Iuxta illud Esuriui et
dedistis michi manducare Venite benedicti etc/ Reproboru silr
vnus eoru qui xpiane fidei misterijs instructi/ opa dei con-
tempserunt/ quibz dicet Ite maledicti in ignem etcu Alius eoru
qui susceptam fidem p apostasia reiecerunt/ ul qui eciam recipe
noluerunt/ de quibz Io. 3o Qui no credit iam iudicatus est
Considerandu etiam q licet iudiciaria ptas que copetit ali
cui p modu assessoris conueniat aplis et viris pfecte racione
sue pfectionis sup alios eminere/ tn magis attribuitur volu
tarie paupertati qm alijs virtutibz/ et hoc p quanda correspode-
ciam sic sup dcm e/ q exaltacio correspondet humiliti/ sic iudici
aria ptas paupertati/ Paupertas enim in hoc mundo conculcatur et
p ceteris iudicatur/ Ideo ronis eminencia sedis iudiciarie competit
eis in retribucione Vbi Greg. ffelix paupertas voluntaria relin
quentiu omnia et sequentiu te dne ihesu xpm/ ffelix plane que
tam securos ymo gloriosos facit in illo singultu fragore elementoru
in illo tremende examine meritoru/ in illo tanto discrimine iudi
cioru hec Greg. Et notandu q multiplex e iudiciu Est enim iu
diciu principalis auctoritatis quo iudicabit tota trinitas Est iudi
ciu promulgationis quo iudicabit xps ho sinaz pferens Est iudi
ciu assessorie dignitatis quo iudicabunt sancti et pfecti in loco
eminenciori sedentes sic assessores iudicis Iudicabunt vero no
dando vocem s; consensu no auctoritate s; assessoria dignitate/ qr
enim quiete statum iustoru transcenderunt vt in quo seruantes no solu
precepta s; et consilia que sunt supererrogationis/ Ideo specialem
honorem habebunt in iudicio Vn Beda Iusta prorsus et digna
retribucio ut qui p xpi amore omnem mundi gloriam contempserunt
ei associentur in iudicio ac velud assessores iudicis mundane
conuersacionis assistant/ et qui ab eius amore nulla in hoc mundo
potuerunt racione diuelli/ illuc cu xpo puenerunt usque ad fastigium
iudiciarie ptatis hec Beda Est etiam iudiciu comparacionis quo vnus

Cum mali iudicabunt magis malos ut inimici surget in iudicio
Est etiam iudicium approbationis quo omnes electi quorum exemplo
ceteri dampnabuntur iudicabunt quia sententiam iudicis approbabunt et
laudabunt Est quartum iudicium retributionis quo iudicabuntur omnes
boni et mali Est et iudicium dispositionis quo iudicati sunt in
fideles qui enim non credunt iam iudicati sunt Cum ergo nunc videtur
scabella suppedaneum et sedes tunc erunt iudices eorum et sedentes
Quod hic intuens propheta ait Quia illic sederunt sedes in iudicio
Quod autem dicit sedebitis vos intelligitur iuda excluso in cuius locum
successit mathias Est sedes xii promisse per apostasiam inde
diminute non sunt vel xii tribus israel universitas fidelium designatur
Alias enim gentes non manifestat dominus iudicandas quia
qui non credit iam iudicatus est Hec est enim perfectarum gloria singulis ut ipsos
credimus fideles et ceteris quibuscumque salvandis preeminentes aut
iudicare potestas iuxta illud psalmus Illic sederunt sedes in iudicio
sedes super domum David Ideo autem per xii tribus universitas fidelium ostenditur
intelligitur / Universitas enim populus christianus in duodecim tribus
divisus secundum quasdam proprietates eorum quas utique solus deus
novit et discernit / Unde quidam de tribu Ruben / quidam de tri
bu Symeonis et cetera nomine ut dicit Apocalypsis xxv omnes sancti dicuntur
quinque virgines propter quinque sensus spirituales / et sic duodecim di
cuntur propter duodecim gratias que in singulis interveniunt vilescunt
Non enim unius civitatis aut populi aut regionis sed universitatis iudices
sunt presidentes cum christo ut non solum homines sed ipsos angelos iudicabunt unde
i Corinthios vi Nescitis quia angelos iudicabimus / Vel potest hoc intel
ligi de generatione prima qua renascuntur in baptismo ut intelligatur
hec promissio de gloria qua consecuti sunt apostoli ex conversione genti
lium et est sensus talis in regeneratione id est in tempore generationis quod
fuit quando per predicationem apostolorum gentes converse et regenerate per baptismum iuxta
illud psalmus Annunciabunt celi iustitiam eius populo qui nascetur id est apostoli fi
dem et quia est iustificatio gentili populo qui nascaturus erat deo per bap
tismum Tunc sedebit in sede maiestatis id est in ecclesia de gentibus congrega
ta unde psalmus Regnabit deus super gentes deus sedet et cetera Anima enim
christum per fidem recipit efficitur sedes dei per fidem enim habitat in cor
dibus vestris Et tunc etiam apostoli sedebunt super duodecim tribus israel id est
fideles qui dicuntur tribus israel id est ~~universos iudeos comparatione~~ unde psalmus
Ierusalem que edificatur ut civitas id est ecclesia Illuc ascenderunt tribus
vel iudicabunt xii tribus israel id est universos iudeos comparatione genti
lium conversorum Et autem de hac retributione danda apostolis in hoc mun
do dicitur patet de hoc quod sequitur Et omnis qui reliquerit domum et cetera
centuplum accipiet Anagogice sessuris sic dicit dominus in futuro.

qua in mundo no sedit s semp fuit in itine et labore Exultat
en ut gigas ad currendam viam Et de labore dr in ps Paup
sum ego et in laborib a iuventute mea Et ysa. laboravi sus
tines p9 ascensio aut c9 consumato itine et labore passionis
requiez consecuti sedet dr Un dr in fine Et dns quidz post q
locutus est ascendit in celu et sedet ad dextram dei Tunc eni
d ei pr Sede a dextris meis donc ponam inimicos t. s An mage
sicut dt b Gri An debem dice et ipm adhuc stare quo
dao utpote cui9 fides necdu cofirmata videt necdu pedibz
eius scabello supposito quod ante promissu est. no q illi ple
nitudini quecq adhesit s q membra caput expectet Un acte
vi vidit stephanus iesu stantez c9 eni stat nobiscu pugnans
pro nobis et pugnantes adiuvare parat hinc heb ut xpus
magis stare inveniat qua sedere Namqz dr Xpus assistens po
tifex fu bonoru Tunc autem sessurus est cu sedebit x quiescet i
omnibz membris suis in sede maiestate sue ysa vi Vidi dnm
sedentez sup solium excelsu et elevatu dr eni tempus qo
hic dr sedes maiestate excelsu quantu ad naturam angelicam ele
vatu quantu ad natura humana de regnabilite ad angelicam equal
tate ut s sedeat cu principibz et solium glie teneat Sedebitis
Et vos zc Apok iiii In circuitu sedis sedilia xxiiii or seniores
apli et viri aplici hic eni ims constat et senario quater du
cto Senarius ad pfectionem opm restringit quaternarius ad evan
gelii in pdicatione Quod autem seder dicit sup tronos hoc
est quod hic dr Sedebitis et vos sup sedes xii ind. Pa hic
quod dicit sedebitis et iudicantes dno innuit in pmio pfectorum
tam duplicez afflictionem qua sustinent in pnti vilitate s et labore
Un in ps Vidi migit humili m et lab. meu z Sup illud ysa lxi
Pro confusione nra et rubore lata contra hec duo quietez retribu
it et honorem In sessione quies imponit lata in iudicio dignitate
cumsita comendat De pmo ysa xxxii Sedebit pplus meus in
pulcritudine pacis De 2o ps Nimis honor st am tu deus nimis
confortatus e principatus eoru Bernh Eius michi det ut dignus
exprima verbis que de sessione hac cordis affectione concepio pmo
quis michi tribuat sessionis huius imperturbata frui quiete
qua desidero qua cupio qua requiro Sedebit igit corpus9 inmor
talitate et impassibilitate gerna quadam felicitatem dotatum li
beru ab omni vanitate et ab omni corruptione secundu alicuius
et omnime et ab omni concupiscentia plenu gla configuratu divinimi
corpi claritate hic Sedebit et aia sue michi metues sic ut cupi
eius vel minimi beatitudine et securam plenitudine sic fructus
nullos ad cogitationum fluctus, nullos temptationum conflictus, nullos

affeccionum senciens motus. Super sedes xii .i. perfectissimas et
inamissibiles dignitates in sessione confirmatas in sede dig-
nitatis in duodenario perfecto designatur. Unde caveat qui primas
kathedras elegerit ne contingat eciam sedis dignitates em-
ptores sic sicut grossi ficorum que velociter sunt casure. Unde psalmista vidi
impium superexaltatum et pertransivi et ecce non erat et item sicut olera
herbarum cito decident et cetera. Sedes ducum et cetera. Et omnis qui re-
liquerit et cetera. Hic promittitur thesaurus copiose retribucionis. Ubi primo at-
tendenda est eius universalis distribucio. Secundo difficilis operacio cum
reliquerit. Tercio graciosa intencio cum propter nomen meum. Quarto co-
piosa retribucio premii centuplum. Prima igitur universalis
distribucio cum dicitur Et omnis scilicet sive liber sive servus sive ma-
sculus sive femina sive parvus tamen in sensu discrecionis sive
parvus magnus. Ad omnes racio sequentis operis se extendit. Secundo
difficilis operacio cum additur Cum reliquerit domum in qua est sibi
refugium habitacionis vel fratres aut sorores cum quibus habet vincu-
lum naturalis dileccionis aut patrem aut matrem a quibus accepit principium
generacionis et beneficium gubernacionis. Aut uxorem cum uni-
tate consorcii coniungitur seu sociatur aut filios in quibus sinit
esse aliqualiter conservatur. Aut agros et quicquid proventibus gu-
bernat. Sequitur tercio graciosa intencio cum propter nomen meum. In
hoc enim principaliter tocius meriti consistit quod quis propter Christum exercet
actum virtutis quia si propter aliud faceret frustraretur mercede. Et igitur
propter me et amorem meum seu propter nomen meum dilatandum et
propter ewangelium et doctrinam meam predicandam vel observandam non
propter vanitatem mundi sicut ypocrite et pharisei nec propter lucrum ut
ambiciosi operantes proveniret. Ultimo attendenda est copiosa
retribucio premii cum promittitur centuplum accipiet. Advertendum
quod dupliciter dicitur eam propter quis potest relinquere. Una est quod sunt impedi-
mentum divini servicii seu cultus. Alia est ut hoc liberius deo vacare
posset predicta vel aliquid penitencia ordinato modo relinquens
merces primum supradictum. Centuplum accipiet in hoc tempore scilicet hoc est cen-
tuplum spiritualem rerum et virtutum et consolacionum internarum
quas per experienciam cognoscimus magis quam per doctrinam. Quantum enim
omnia prestat odorem paupertate castitate virtutem patientie societatem
quod virtutum saporem et in eos delectatur. Nunc centuplum tibi recipere
videtur. Et si ultimus ascendat ut visitatorem sponsi recipiat
eius quod preciam gloriet nunc tue tempus plus quam mille cen-
tuplum omnium que pro eo dimiserat. Unde dicitur Nemo sane mentis
ampliorem esse in viciis credat quam in virtutibus delectatorem. Et item
qui non omnia possidet cum omnia cooperantur in bonum an non centuplum
habet qui impletur spiritu sancto qui spiritum habet in pectore, ymo largo

plus quam centuplum est visitacio paracliti et presencia christi et iterum
centuplum est adepcio filiorum primicie spiritus odicie caritate consola-
cione que est regnum dei quod intra nos est. Hec Bernhardus. Vides quod
verum est quod loquitur veritas non fallit quod centuplum reddat in
hoc seculo et non tantum semel sed pluries et sepe anime sue devote
adeo ut sic afficiat eam quod non solum id quod reliquit sed et
totum mundum arbitretur ut stercora ut sponsum lucri facere possit.
Unde Crisostomus. Et nos itaque si gustaverimus sic eos fructus spirituales
de reliquo neque estimabimus aliquid preciosa esse velud quadam
hebetitate fructuum concupiscencia rapti consistentes itaque ut a temporalibus
tu primum libati bonis eternis fruamur. Unde et Ieronimus. Cum quis propter
fidem christi et predicacionem evangelii omnes affectus carnis contempserit et
atque divicias atque seculi voluptates iste centuplum accipiet.
Sensus iste est quod qui carnalia pro salvatore dimisit spiritualia
recipiet que in comparacione et merito sui ita erit quasi parvo numero cen-
tenarius numerus comparetur. Unde et Augustinus. Hoc est quod hic dicitur centuplum
accipiet apostolus quodammodo exponens ait tanquam nichil habentes et
omnia possidentes. Centum enim pro ipsa universitate aliquando ponitur.
Unde et Cirillus ~~Uxore et parentum amicorum~~ Si domum quis
dimittat recipiat mansiones supernas. Si patrem patrem habebit
celestem. Si a germanis recessit in fratrem habere recipiet christum.
Cum dimisit coniugem inveniet divinam sapienciam a qua procreabit
spirituales fructus pro matre inveniet Ierusalem celestem que est mater
nostra. Hec Cirillus. Uxore etiam paucorum amicorum carnalium
recipit multos amicos spirituales et pro paucis bonis temporalibus
recipit multa secundum illud dictum. Erat alius etiam quidam ut in colla-
cione apud abbatem Abraham manifestum est enim eum qui quis solacium
vel affectum vel bonorum christo suadente contempserit a fratribus atque
sororibus consortii sui qui ei spirituali glutino colligatur centuplo
graciorem etiam in hac vita recipiet caritatem. Centuplum etiam fratrum
parentum vero recipiet quantitatem patris unius vel matris numero seu
filiorum [illegible] nomine caritate concepta in omnium que in christo desinunt
dilectorum sincerissimam transit pro uno si tot incipies habere patres
fratres quod ferventiore sibi atque prestantiore affectione devinctos. Mul-
tiplicatam etiam domorum atque agrorum possessionem dabit vita quisque
una domo pro christo dilectione deserta in innumera monasteriorum habi-
tacula tanquam propria possidebit in quacumque orbis parte velud
in sue domus iure succedens. Hec Abraham. Aliud premium sibimet
[illegible] cum dicit et vitam eternam possidebit scilicet in futuro. Unde Augustinus
[illegible] multum amat homines nunc in hac terra promissa est illis vita

Et quia nullus timet mori promissa e illis vita etiam, sic suffi cit visio e humane infirmitati ut diceret habebis vitam etiam. Ame mus vitam etiam. Et ex eo nouimus quantum pro vita etiam laborare debemus, cum videamus homines amatores presentis vite temporalis atque finiende sic pro illo labore ut qui vivunt mortis metus cogunt presentis faciunt non ut auferant sed ut differant mortem. Hec Augustinus. Felix pau pertas que recipit centuplum in presenti et vitam etiam in futuro quod ma gis debet esse Christi pauperibus consolacio vnde Bernhardus Centuplum inquit accipiet et vitam etiam possidebit illud in via hic in patria hoc consolacio presentis laboris, hic future felicitatis consummacio est. Sic nimirum operarijs hominis secularis solet cibus in opere mercedes in fine dari. Sic militantibus et stipendia ministrantur per necessitate temporis et nouissime donatiuum magis erogatur pro quantitate laboris. Sic et filijs Israel donec terra promissionis intrarent in deserto manna defuit et ab eterna post conquisitum regnum celeste adventum quotti dianus panis quottidie petitur in oracione quam ipse saluator insti tuit. Hec Bernhardus. Considera hanc quo bonum retributorem et gaude et gracias age deo qui te ad talem adduxit negociatorem ut hic de vno lucreris centuplum et nichilominus percipias vitam etiam. Et in hac paradisum sepe ingredere quod obsequium potius et studio oracionis et humilitate. Tamen igitur est infamie quod homines simpla pro centuplis et vitam etiam eternam relinquunt. Cum itaque sancti terrena omnia ut aurum et argentum abicerent cur eorum reliquias pro ipso congesta ornando cogimus eos illa meditare que hic spreuerunt. Vnde vbi nos habemus sanctum in Greco dicitur agyos in latino quod sonat sine terra quia sancti non terrenis dediti sunt nec in terra sed in celis conuersati sunt. Et ideo ad pedes apostolorum aurum et argentum ponebant et precepto eorum ut sic ea docerent esse conspicienda. Innitemur quo discipulos domini relinquendo diuicias et gloriam et omnia que sunt mundi quia sic ipsi proprie effecti sunt magni. Vnde Crisostomus. Tamen est quod magnos apostolos ostendit perennarum contemptus glorie despectio ab hominibus vite huius negocijs excepto. Tamen si non hec habuissent sed scienti passionum essent et si x mille mortuos suscitassent non solum nichil profecissent sed et seductores vtique estimati essent. Ista vita quia est que vbique fulget et spiri tualem graciam signa vero si non vigilantissime obseruantur inclinacione libet igitur quibus facti sunt apostoli magni zelemus et ab vniuersis desistentes vite huius negocijs opponamus nos metipsos Christo ut apostolorum con sortes efficiamur. Hec Crisostomus. Sexto Omnis qui reliquerit domum idest leges quantum ad homines omnia alia vel ydolatria vel fratres et sorores id est vtriusque sexus complices in errore propter nundum

et dyabolu, et mūz ɋcupiscencia, de quibz Ezech xvi Pater tu-
us Amorreus et mr̄ tua Et vxorē i· pnicm tui matrimoniali corpali
effectu homine ɋcupiscit filios i· pr̄nos motꝫ pp̄ter nome meū i· ɋ-
fessionez nois mei, Centuplū recipiet, Perfectū pnm pcetena
riū designatur, Vel centuplū recipiet i· spūalia que carnalibz
pemin̄et Iux̄ illud ps̄ Iudicia dn̄i vera iusta· in semetipa de-
sidē· sup̄ au· et lap· pre· mł· et dulciora sup̄ mel et fauū hr̄
cētuplū sc̄ti recepmt in pn̄ti nata ad ɋsolacōz laboꝝ vn̄ Gen
xxvi Seminat ysaac et recept illo anno cētuplū ysac iusta seiat
ad bona opa facit ij Cor x Qui seiat in benedictonibz, et ino
anno quo seiat s· in pn̄ti centuplū recapit hoc centuplū ē adep-
tio filioꝝ libertas et pn̄iae spūs dulcīe caritate, glīa cosc̄ie
regnū dei quod intra nos ē iusticia s· et gaudiū in spū sc̄o
vn̄ dn̄s ait x Recipiet centies vn̄ nūc in hoc tpe cū psecucio-
nibus et in futuro vita eterna Per hc qd dicit nūc determiat q
in pn̄ti centuplū reddit Per hc qd dicit cū psecuciombz ondit
q nō sit cētuplū tpale, Persecucio eni tpalia tollit et gaudiū
tpale s; acumulat spūale, vn̄ ps̄ Sc̄dm mltit· do· cor· meo cō-
so· t· letif· aīaz, Ideo hic cētuplū nō pmittit qr habebit eos vero
q ne sciebat ne habebat fidelis pmittens, Vel centuplū recipe
in pn̄ti qui recipit pcem dn̄i qui cētuplicat val; qm̄ pr̄ carnalis
qui te die ac nocte custodit pmittit hereditatē ne orphanū derelin-
quit vn̄ Ioh Non relinqua vos orphanos Matrem eciāz q· ge-
nuit in baptismo nutriuit lacte doctrie et immortalitē vite
vnt vestimētū fr̄es angelos et sc̄tos et xp̄m Sorores v̄tutes
et sapiā dei vn̄ pū· Dic sapie soror mea es Iohēs glo· ill
tud vxorē pn̄cm, filios opa bona et agrū acheldemach i· he-
reditatez etnāz xp̄i sanguine ɋpatū, de qua hic sequit Et vita
etnāz possidebunt vn̄ ysa in fine, Oculus nō vidit deus absq
te que pparasti diligentibz te Pat eni ia excipat omē sensū
pat sup patez desiderēs exultacō cordis voluptate et gaudiū ple
nū, cogitata quicqz vis quicqz potes excogita excedit omē cogitatū
desideriū omē excipat illa felicitas beatudo etnitas Vitam in quo
delectabilitas, eternitaz in quo ppetuitas, Possidebit in quo dignita
qr tamqm̄ dn̄s et heres possessor erit, Multi aut erūt primi, hic
concludit, qr illi qui sūt hic pmi in honore alios indicates dn̄s te
Tūc erūt nouissimi et inferiores, et iudicio alioꝝ subiecti, Et
eqrio volūtarie paupertates qui sūt hic nouissimi, in iudicio no-
uissimo erūt pmi, qr sic dciū ē, erūt iudicio assessores, Vel nouis-
simi p humilitatem sūt pmi in glīa, Et pmi p supbiaz sūt nouissimi
p abiectōnez finalem &c

Hec est imitacio dextere excelsi vnde Baruch iudicet impie et
premiderent superbie filii cum rege suo qui sibi latera aquilonis
elegerunt et exaltentur et eleventur sicut cedrus libani transiuimus
eum et ecce non erat Opprimat inique quos possunt blasfement qui con
gregent maledicta veniat super nos obprobria exprobrancium tibi
quam messes vera copiosa est in celis hec Baruch Hic possunt esse quatuor
dubitaciones Prima utrum apostoli prius fuerunt vocati a Christo ad statum
religionis quam prelacionis Secunda utrum relinquentes omnia propter Christum et se
quentes eum debeat consequi premium apostolorum Tercia utrum apostoli debeant
cum Christo mendicare Quarta utrum apostoli debeant magis spiritualiter mendicare
iudeos quam gentiles Ad primam est dicendum Et status prelacionis est
perfectionis terminus status vero religionis est ante statum perfectionis
vel prelacionis quia ergo apostoli fiendi erant episcopi et prelati per Christum post eius
resurreccionem quam insufflat et dixit eis accipite spiritum sanctum quorum re
miseritis peccata remittuntur eis Super quo verbo dicit Gregorius libet in
tueri ad quantum culmen glorie producti sunt apostoli ut non solum de ipsis
securi sint sed eciam supernum iudicium principatus sortiuntur qualiter vice dei
teneret quia solvendi et ligandi auctoritatem receperunt quam quidem regiminis
sortiuntur Prius igitur quam prelati fierent vocandi erant ad statum reli
gionis Et ad statum religionis tria requiruntur Primo votum castita
tis et munditie Secundo votum paupertatis indigencie Tercio votum humi
litatis et obediencie Alia vero ut diversitas habitus et diversitas aliarum
observanciarum magis accidunt quam principaliter habent se ad religionem
Ista igitur tria ut principaliter ad religionem pertinencia apostoli in ipsa prima
vocacione eorum a Christo se observare fatentur que sanctus petrus in prima
omnium expressit cum dixit Ecce reliquimus omnia et secuti sumus te Nam
votum castitatis et munditie expressit cum premisit ecce nos apostoli qui
per te mundati et in castitate servati nulli namque debet esse dubium
quia postquam apostoli a Christo ibidem vocati sunt semper munde et caste vixerunt
vnde Glossa super illa verba ad Hebreos 110 Ecce ego et pueri mei
quos dedit michi deus dicit quod pueros apostolos vocat quia per eum mundandi
et sanctificandi erant Votum vero paupertatis et indigencie expressit cum em
adiunxit reliquimus omnia Omnia enim pauca cum fide suo reliquit nec
tamen pauca reputata sunt a Christo ut dicit Augustinus Sed votum humilitatis et obediencie
expressit cum subiunxit Et secuti sumus te Super quo verbo dicit Augustinus quod sicut
omnia que pater revelat pater revelat Christum esse filium suum apostoli secuti
sunt eum in iusticia et sanctificacione et in omnibus que ad humilitatem et obe
diencia spectant Prius ergo apostoli vocati sunt ad statum religionis quam pla
cere nos apostoli per te mundificati reliquimus omnia temporalia Deinde tecum
te secuti sumus ad obediendum parati

Ad secundam questionem dicendum. Et secundum Crisostomum salvator apostolis relinquentibus omnia et sequentibus eum quia maiores et excellentiores erant inclitum temporale et terrenum repromisit, sed solium iudiciarium sedem eis offert, aliis vero relinquentibus omnia et sequentibus Christum que temporalia sunt promittuntur cum dicitur eis centuplum accipietis, et premium vite eterne possidebitis. Contingit enim ad literam hoc secundum Augustinum ut sic transferentes se ad religionem et serviendum deo quod etiam in temporalibus centuplum accipiunt plus quam cum in mundo habuerunt, quibus si bene utantur recipient in fine vitam eternam. Secundum tamen quod dicit Origenes facienda est quedam distinctio de illis qui relinquerunt bona temporalia ut Christum sequuntur, quia vel relinquunt omnia vel non, et tunc illa que promissa sunt Petro et aliis apostolis dabuntur eis, vel non relinquunt omnia sed quedam et quedam sibi servant, de quibus hic salvator loquitur, et tunc accipient multiplicia, et premium vite eterne possidebunt, tamen ut dicit super eodem quod non videtur Augustinus puto quod sine ulla sui contumelia Crisostomus eque Petro apostolo comparatur quantum attinet ad vitam et ad martirii compar corona, licet fuerit minor, ideo dici potest quod licet relinquentes omnia propter Christum debeant consequi premium apostolorum quantum ad pietatem meriti, quantum tamen ad pietatem dignitatis semper apostoli erunt maiores.

Ad tertiam est dicendum. Et in finali iudicio sine premiatione fiet per Christum humana natura apparentem, ipse enim constitutus est iudex vivorum et mortuorum. Nam ut dicit Ysidorus de summo bono capitulo de iudicibus, bonus iudex quatuor conditiones debet habere. Primo sapientiam in cognitione ne decipiatur. Secundo constantiam in affectione ut non pervertatur. Tertio eloquentiam in allegatione ut non confundatur. Quarto complacentiam in discussione ut non vastatur. Et quinto auctoritatem et potestatem in operatione ut non repellatur. Merito igitur per Christum habentes has quatuor conditiones erit sine premiatione per apostolos vero erit sine manifestatione. Unde super illo verbo Pauli ad Corinthios vi. Nescitis quia angelos iudicabimus, dicit glossa. Et reprobos angelos dampnabiles et iudicandos ostendet et manifestabimus. Et sine applicatione et confirmatione erit per omnes qui propter Christum temporalia reliquerunt. Unde dicit Augustinus super hunc locum, quod in numero iudicantium omnes erunt qui propter evangelium omnia dimiserunt et secuti sunt dominum. Ad quartam dicendum est. Et secundum Augustinum per xii tribus Israel iudicandas omnes gentes intelligere debemus. Iudicabunt enim apostoli tam demones quam homines et iudeos et gentiles. Quare ergo salvator dixit iudicabunt xii tribus Israel specialiter faciens mentionem de iudeis. Ad hoc respondet Crisostomus quod iudeos specialiter iudicabunt apostoli et specialiter ipsi erunt eorum iudices propter duo. Primo propter eorum incredulitatem. Nam ut dicit futurum erat ut in die iudicii viderent apostolum dicentem: Domine nos te cognovimus filium dei esse in corpore constitutum. Erunt enim homini videre palam relictum in terra absconditum et postea nube celatum. Ad hoc igitur videbunt apostoli et ut iudices eorum inducentur in medium dicentes

Et nos homines sumus rustici et obscuri in plebe. Vos autem eratis scribe et pharisei. Sed bona voluntas et fidelitas facta est in nobis lucerna rusticitatis nostre, in vobis vero malicia et infidelitas facta est caligo sciencie vestre. Unde salvator dixit iudeis dicentibus quod in Beelzebub eiceret demonia. Porro si in digito dei eicio demonia, id est in eius virtute, puta spiritus sancti, filii vestri eiciunt, ideo apostoli ipsi vestri iudices erunt. Secundo propter eorum in lege fidelitatem et carnalitatem. Iterum enim iudei dicent in finali iudicio: Non potuimus Christum Ihesum esse dei filium cum videremus eum hominem, quia lex prohibuit ut ullam creaturam pro deo colere deberemus. Ad hec ergo filio tradebunt apostoli et tanquam iudices inducentur in medium dicentes: Nos in legis consuetudinibus et cerimoniis sumus conutriti et educati, sed que prius fuerant lucra facta sunt nobis detrimenta propter Christum Ihesum. Propter ista specialiter apostoli iudicabunt iudeos magis quam alios.

Simile est regnum celorum homini patrifamilias qui exiit primo mane conducere operarios

in vineam suam. Iste textus evangelii sequitur legitur in ecclesia dei in septuagesima pro eivangelio. Pro quo notandum quod sicut boni filii est maternis condolere gemitibus. Sed quia sancta mater ecclesia hodie lapsum primi hominis dolenter commemorans subtrahet cantica leticie et dimittit. Ideo filii ipsius omnes scilicet christifideles tamen pie matri debent se tunc conformare et mundi ictis obiectamenta fugere penitencie quam laudantes spiritualiter acceptare. Sursum lapsum primi hominis in quo primus dolor ob in infinitas huius mundi miserias prolapsi sumus ad memoriam provocare obmittit autem sancta mater ecclesia principaliter tria leticie cantica scilicet alleluia quod est canticum celestis patrie. Hoc tamen per omnia secula alleluia alleluia cantabitur. Et gloria in excelsis deo quod primum angelicum dicitur et est canticum universalis leticie. Luce ii. Evangeliso vobis gaudium magnum etc. Et subdit facta est cum angelo multitudo celestis militie laudantium deum et dicentium gloria etc. Et te deum laudamus quod est canticum divine laudis in quo omnis creature ad laudandum deum introducitur secundum illud psalmi: Omnis spiritus laudet dominum. Primum canticum subtrahet ecclesia ad ostendendum quod homo propter peccatum privatus est celesti patria. Secundum autem quia orbatus est societate angelica. Tertium exclusus est a laude divina. Non enim est speciosa laus in ore peccatoris. Sed quia hec tria per penitenciam restaurantur secundum illud Math. iiiº: Penitenciam agite et appropinquabit vobis regnum celorum. Ideo sancta ecclesia in officio misse hodierne et signanter in presenti evangelio in persona domini hortatur filios suos qui ab ea longe in regione dissimilitudinis recesserunt quatenus contriti redeant in vineam facere penitenciam velud boni operarii submittent denarium divinum eterne glorie recepturi.

Et continuatur sic ad precedencia Et quia non sufficit perdita relinquere
si homo torpe deficiat et non perseveret Ideo ne quis torpeat cum bene cepit
infert dominus et dicit Multi enim ascendunt et descendunt de statu in
statum meliorem et peiorem Multi primo fervidi postea torpent Multi post
frigidi subito inardescunt Sunt enim multi qui opera perfectionis bene et
fervide principaliter inchoant sed torpentes post ingressum a divino amore
tepescunt et in bonis operibus segnes fiunt et ab eis deficiunt ita in
vita funditus labuntur et cadunt Et econverso aliqui tarde et tepide
inchoantes ita fervide et bene operantur quod merito precedunt illos qui
eos precedere videbantur Et sic qui primi fuerunt in primo et excellenti
statu erunt in novissimo Vide Iudam de apostolo in apostatam versum
et latronem in cruce confessorem factum Vide similiter de Iudeis et gentibus
quia Iudei et primi fuerunt vocatione et novissimi facti sunt conversione et
gentiles econverso Sic et novissimi propter humilitatem fiunt primi per gloriam
Et primi per superbiam fiunt novissimi per abiectionem finalem Multi enim
in seculo despecti in futuro sunt glorificandi Et multi apud homines glo-
riosi sunt in fine sunt dampnandi Deinde hanc sentenciam confirmat per
similitudinem proponens parabolam in qua docet nos fugere ocium et
invitat ad laborem Que parabola spiritualiter pertinebat ad discipulos
quia continue laborare in actu divino precipue pertinet ad prelatos
Vel supra actum est de perfectione activorum Secundo de perfectione re-
ligiosorum hic agitur 3o de perfectione prelatorum Ubi ostenditur status
prelacionis cum figuratione conversionis populi gentilis Et cum per-
fectio consistat in tribus labore scilicet doctrine sanctitate vite auctoritate po-
tencie Primo ergo agitur de labore doctrine Secundo de sanctitate vi-
te ibi Et ascendens Ihesus Ierosolimam Tercio de auctoritate potencie 21
capitulo Et in hiis tribus figuratur conversio gentium scilicet in vocatione ope-
rariorum in illuminatione cecorum in solutione pulli et asine Circa
laborem doctrine eliminat vicium invidie Circa perfectionem
vite vicium superbie Circa auctoritatem potestatis vicium avaricie In prima circa
laborem doctrine primo ponitur parabolica instructio Secundo subditur
conclusio ibi Sic erunt novissimi primi In prima primo sub parabola con-
vitat ad laborem doctrine Secundo increpat vicium invidie ibi Venien-
tes autem et primi arbitrati sunt Ad laborem doctrine per similitudinem
patrisfamilias tria proponuntur Primo operariorum conductio Secundo conducto-
rum missio ibi Conventione autem facta Tercio missorum retributio ibi
Cum sero factum esset Ut autem facilius appareat quid in parabola la-
teat attendenda sunt sex Primo quod hic paterfamilias est deus pater qui
hic dicitur non proprietate sed pietate affectu dicitur enim hic qui est singularis
idem benignus mansuetus et misericors circa homines Est autem paterfamilias
per creationem et providenciam quia ipse gubernat omnia sic paterfamilias

in domo sua · cuius familia e omnis creatura Est aut familia
eius duplex quedam celestis ut sunt angeli quos ipe pus creauit
virtute et sapia distinxit in tres yerarchias Et quamlibet yerarchi
am in tres ordines diuisit Et illa familia immutabilis e ob pro
longi enim mis milicia eius e inmensa Scda vo familia adhuc
e in terra et sunt homines quos creat gubnat et saluat Scdo
qr operarij sunt predicatores et etiam oms recte viuentes · sz multi hodie
die tm verborum no opary sunt qr dicunt et no faciunt Tercio
qr denarius e vita eterna operantibus dno pmissa Quarto qr vinea
allegorice e ecclia scdm Greg moraliter anima · scdm Basilium iusti
cia gualis · scdm Cris Quinto qr hore sunt etates mundi vl etates
hominis Sexto qr procurator vinee e xpc scdm qd ho inquantum et
deus e paterfamilias tm pre qr vnu ad pre · dicit ergo simile
e regnum celorum No regnum celorum multipliciter capit ut dom e sup
tredecimo celo de semine et sexto dni quicunte regnum dei
Sz hic accipit pro ecclia pnti vl p statu pntis ecclie ita qr si
sit compacio negocii ad negocium Et e sensus Ecclia militans
cuius caput xpc est · similitudinem scz ad prem familias et ad
suam familiam Vbi notandum qr p hominem prem familias et ad
conditor intelligit · qui dr homo ppt hois amore et specialem
familiaritatem · prouerb viij Delicie me esse cum filiis hominum e consimile
modus loquendi · Cum enim aliquis diligit viros religiosos dicit
scilicet ipe e religiosus et vnus eorum · Dr aut pfamilias qr possidet
creaturas suas sic dns familiam suam in domo Est aut domus
eius tricamerata scz totius mundi machina Prima camera e s. celum
Scda media scz terra · 3a inferior s. infernus In supiori victores
In inferiori victi In media sunt certates ut timeat descendere ad
victos et contendat ascendere ad victores · quibus dns dedit custodiam
vtriusque celi s. et inferni · Noctem de tenebris infernorum · diem
de splendoribus sctorum testimonium phibente · ut illas fugiamus
et ad illam curramus · Huius totius familie deus pr est dicente
Moyses Ipe e pr tuus qui possedit te fecit et creauit te · Paterfa
milias clemencia inuitante Non enim est alia racione qui et sola
clemencia prouet ut deus ne qui nullo bono ipius creature indiget
ne et eadem bono ipius creature aliquid acquirit · tantam curam habe
at de eius merito et profectu · quantam hz pfamilias de domesticis
Et io recte pfamilias similitudine conditor noster tenet sm
eorum pmonicionem iste autem no e p loci mutacionem · sz p sue bonitatis
diffusionem et manifestacionem qr scdm Greg Cum deus no cognoscitur
in secreto e · qui vero cognoscitur de occulto procedit ad noticiam
Eo ergo frequencius exiuit · quo amplius sui noticiam dedit · Mane in

prima etate mundi, conducit ~~operarios in vineam~~ suam ide platos et
doctores et iustos ei servientes nomine suo alios manifestantes
operarios s. p bonorum operum multiplicatorem, non tamen locutores vel fa
bulatores quia melior est predicacio facti quam verbi. Et sicut p[er]hibetur in
agibilibus plus creditur factis quam verbis In vineam suam x in eccliam
militantem, cuius palmites sunt iusti a pº abel usque ad ultimum
electum Ecclesia vinea plati doctores et iusti colere dicuntur p vitam
et doctrinam Christi mercenarii sumus mercenarius sine opere esse
non potest. Opa vero nostra sunt opa meritoria iusticie, non ut agros co-
lamus, non ut divitias acquiramus, cum hec sine peccato facere possumus
non tamen sunt opa nostra. ergo p[ro]familias p[er] oracionem Christi p mani
festacionem Conducit p multipliciter invitatorem Operarios in vineam suam
p bonorum meritorum multiplicatorem Sic adam primo fuit positus
in paradiso, sed quia non colunt p obedienciam est eiectus Sic populus iudeus
positus in speciali cultu divino et preceptorum, sed quia non colunt et
eiectus Sic et nos nunc positi sumus et si neglexerimus sicut precum
legitur ruina perdenciam, amonemur dicitur esse sequitur Item nos que vi
nea dicitur eccia domini ysa vº vinea domini exercituum domus israhel
est Istius vinee vitis xpc et palmites vero omnes electi ab abel
usque ad ultimum qui nasciturus est in fine mundi, Unde et apostolus xpc
dicit Joh xv Ego sum vitis et vos palmites, Boni palmites
fuerunt patriarche et prophete sed apli. fortes martires delectabiles vir
gines Vinee tercia est dicitur pena de qua Gen ix Noe plantat
vineam et bibens vinum inebriatus est Noe interpretatur quiescens
et significat peccatorem contricione motum qui plantat vineam qui tranc exer
cet seu disponit ad penam Dicitur bibit vinum qui pena germinat gau
dium celestie inebriatur vino qui omnem temporalium oblivisceretur post obli
nisce populum et domum patris tui Non est inebriatus isto vino cui
adhuc inest amor temporalium, Dicitur autem pena vinea, primo quia vi
nea tormento fructificat scilicet in fossione terre et abscisione ra
musculorum Si enim vinea in pace dimittitur tunc non germinat
nec ex se fructum ponat Sic pena tormento fructificat Aspera enim
dicitur esse vita penitente quia in cinere et cilicio fletibus et lacrimis
Johel ijº Convertimini ad me in toto corde vestro in ieiunio fletu
et planctu Et Jere iiijº clamgite vos ciliciis plangite et
ululate quia non aversa est ira furoris domini a vobis Et Jere
vi filia populi mei accingere cilicio et conspergere cinere luctum uni
geniti fac tibi planctum amarum preterea autem vel nichil fructi
ficat in levitate et prosperitate Unde ait Ysa v dicitur hic quidam
plantavit vineam et fodit in ea torcular Torcular factum in vinea
est expressio passionis tribulacionis et temptacionis et omnis adversitatis

Unde qui in vinea pnie oblectacionibus intendunt figurantur per
Jesabel quod sterquilinium interpretatur que vineam Naboth fraude
transferre voluit in ortum olerum iij Reg xxj Secundo pnia dicitur vinea
quia sola vinea vinum habet Sic peccator in sola pnia vinum consolacionis invenit
In peccatis enim non inveniunt vinum consolacionis sed spinam assidue punc
cionis Mat vij Nunquid colligent de spinis uvas q. d. nequaquam Et quam
vis peccatores in sorde peccatorum se vino consolacionis refici existimant non
tamen tale vinum est recreacionis sed amare et mortificacionis Deut
xxxij fel draconum vinum eorum. Jo vinea ex pinguedine terre
debilitatur producens vinum debile et quodam modo lutulentum Sic pe
nitens in habundancia bonorum temporalium statum pnie maculis luxu
rie coinquinat Ysa j Vinum tuum mixtum est aqua i. carnali voluptate
4to quia sicut in vinea lignum a vite recisum ad nichil est vale nisi
ad combustionem Sic peccator separatus a statu pnie eterno deputabitur
incendio Eze xv Quid fiet ligno vitis ex omnibus lignis que sunt
inter ligna silvarum Et sequitur: ecce igni datum est in escam. hec
vinea tres habet vites de quibus Gen xl Videbam coram me vitem
in qua erant tres propagines crescere paulatim in gemmas et flores
et uvas maturescere Tres propagines sunt tres partes pnie scilicet
contricio confessio et satisfactio Gemme sunt bone cogitaciones que sunt
origo bonorum operum in ciua ps In meditacione mea exardescet
ignis Flores sunt bone voluntatis odores que est suavis apud
deum sicut flos odorifer Sicut autem ex gemmis nascuntur flores sic ex
bonis cogitacionibus bona voluntas generatur Et sicut flores non pro
cedunt nisi precedat gemme sic nec quis potest habere bonam voluntatem nisi
prius habeat bonam cogitacionem. Uve vero nature sunt fructus bonorum
operum et floribus bone voluntatis procreari Eccli xxiiij flores mei
fructus honoris et honestatis Cum quidem fructus in vinea pnie reperiuntur
Conquirit pater noster celestis querit ut nos conducat in vineam suam unde scribitur
Exiit primo mane conducere. Tunc enim exit qui de occulto et archano bo
nitatis sue hominum graciam infundit Mich v Egressus eius ab inicio
et diebus eternitatis Job ix Si venerit ad me non videbo eum Et
Joh iij Spiritus ubi vult spirat et nescis unde veniat Exiit autem
primo mane Sic in exitu visitacio divine gracie notatur Sic in eo quod
non semel sed sepe exit notatur superhabundancia divine misericordie Ps
Miseraciones eius super omnia opera eius Cum quidem iam non solum peccato
rem prevenit sed eciam cum per importunitatem cogit. Unde non expectat pe
nitenti peccatoribus sed quos sue bonitate facit cooperatores. Nec precium
exigit sed impendit ubi dicitur Et exiit conducere scilicet per promissiones opera
rios i. quoslibet penitentes volentes In vineam suam i. laborem pnie
Tercio pnia dicitur vinea a vite scilicet Christo a quo vita pnie in primordio
sue doctrine predicata est Et ideo vere penitentes palmites huius vitis dicuntur

dorser

Joha. xv Ego sum vitis vera et vos palmites. Hii palmites xpo viti
inherentes multum fructificant Primo quia a patre purgantur Joh xv Omnem
palmitem in me ferentem fructum purgabit eum ut fructum plus afferat Secundo quia a
filio qui est vitis vera humor vitalis eis infunditur Jere xvii Erit tam-
quam lignum quod transplantatur super aquas et ad humorem mittit radices
Tertio quia a spiritu sancto qui est solaris radiis vite eorum maturantur et co-
quuntur Cant i Botrus cipri in vineis engadi Ciprus interpretatur me-
rens et significat penitentem Engadi interpretatur fons et significat spiritum sanctum
dicitur enim ad literam quod sol in recto radio locum engadi respiciat et ideo
vinum preciosum facit Sed illi qui in vinea prime xpo viti non inherere
eradicabuntur Sap iiii Adulterine plantaciones non dabunt altas
radices nec stabile firmamentum collocabunt etc Et signanter dicit de vine-
am suam Non autem dicit ad quid operamus quia multa sunt opera que fiunt
in vinea Et dicit suam Prima ipse plantavit eam Jere ii Ego etc Secunda
ipse palmites purgat et fructificat Joh xv et hoc per humorem gracie
Jere xvii Et quia per ignem seu calorem spiritus sancti eos maturat Cant po
~~Ego te plantavi etc~~ Et non quod plantavit creando Jere ii Ego te plantavi
fecundando Ps Vineam de Egipto transtulit ubi nulla plena fecunditatis gracie
filio assignando Ysa v Vinea facta est dilecto meo Cant vi Vinea
fuit pacifico Et non vinea sed quatuor proprietates Prima statua similis
per similitudinem Judic ix de ... et latitate in vineis huius vinee umbra ap-
ta est ad quiescendum sarmenta ad calefaciendum racemi ad gustan-
dum vinum ad ebriandum 2a Ramus flexibilis per iniuriam Levit xxv Sex
annis putabis vineam tuam colliges quia fructus eius sed anno septimo
sabbatum erit Ps Extendit palmam suam usque ad mare 3a flos nobi-
lis per bone fame fragranciam Cant v Vinee florentes etc Odor vinee
est bone fame opinio qui serpentes fugat quia peccata cessare facit
Unde de illis qui proferunt mala exempla que sunt aliis mactamen-
tum dicitur Cant ii Capite vobis vulpeculas 4ta fructus delectabilis
per boni operis habundanciam Ysa xxxvii plantate vineas Non enim debet
esse vinea sterilis lignum enim vitis pomum est in nullo utilitate Eze xv
Conducit igitur dominus operarios in vineam suam plantandam per fidei suscep-
cionem sine qua impossibile est placere deo Hebr xi Jere ii Ego te plan-
tavi vineam meam etc Eligitur autem locus ad plantandam vineam petrosus
et altus Sic penitens per fidem in xpo plantatur qui petra per
toleranciam passionis in humanitate dicitur Jere ix Posui faciem meam
ut petram durissimam Et apostolus Petra autem erat xpus Mons
vero dicitur quo ad altitudinem divinitatis Ysa ii Venite ascendamus
ad montem domini Secundo conducit operarios in vineam suam fodiendam
sarculo discipline et quottidie examinacionis vel eciam verbo predica-
cionis In fossione autem vitis terra mollificatur et rarificatur ut sit apta
nutrimento vitis et ut spine et male herbe removeantur ne suffo-
cent germina Sic per disciplinam et quottidianam examinem vel verbum

Predicationis mens humana adhuc terrena, eo quod terrenis adhuc per
cogitationes intendat, mollificatur ad susceptionem virtutum et quicquid
terrenum in se invenit totum ad instructionem spiritualem querit. Ut Job
xii Loquere terre et respondebit tibi. Ro. i Invisibilia dei per ea que facta sunt. Et sic
removentur spine viciorum et male herbe terrenarum affectionum. Ysa. vii
Vepres enim et spine erunt in universa terra, et omnes montes qui in sarculo
sarientur non veniet illuc terror spinarum et veprium. Item fodienda est
per timorem. Timor enim rimatur usque ad radices cordis intentionem, quam
dum nichil negligit sed terram circa radices vitis, et ut calori ap-
pareat, fossam facit. Et de vinea neglecta dicitur Ysa. v Non putabitur
et non fodietur. Secundo conducit operarios scilicet ad vineam suam putandam per
superfluitatem abdicationem, que superfluitas est in rebus. Luc. xi Quod
superest date elemosinam. Item primo Hebr. xii Deponentes omne pondus
et circumdans nos peccatum. Cum enim vitis putatur emittit lacrimas, quia
abscisio superfluitatis debet fieri cum lacrimis. Abscisio rerum cum lacrima
compassionis. Ysa. lviii Cum effuderis esurienti animam tuam et animam affli-
ctam repleveris orietur in tenebris lux tua et tenebre tue erunt
sicut meridies. Debet abscisio peccatorum debet fieri cum lacrima compunctionis. Ps.
Lavabo per singulas noctes etc. Item putanda est per confessionem, qui enim
confitetur peccata quasi inutilia amputat sarmenta. Cant. ii Tempus pu-
tationis advenit, id est confessio ut confiteatur se deliquisse corde ore
opere etc. Tercio conducit in vineam suam paxillandam, id est paxillo alli-
gandam. Paxillus est Christus. Ysa. xxii Figam illum paxillum in loco fide-
lium. Cum anima penitens debet alligari primo vinculo amoris, et hoc
propter beneficia ab ipso nobis collata. Eccli. vi Vincula eius alliga-
tura salutaris. Secundo vinculo timoris. Ibidem Subice humerum tuum et porta
illam, et ne acedieris in vinculis eius. De utroque Osee xi In funiculis
Adam traham eos in vinculis caritatis. Tercio vinculo precepti. Jere. ii Rupi-
sti vincula mea et dixisti non serviam. Vel paxillus est prelatus, cui peni-
tens alligari debet vinculo obediencie. Hebr. ultimo Obedite prepositis vestris et subiacete il-
lis. Etiam liganda est per mandatorum dei observanciam et satisfactionem
ne palmites ad terram defluentes putrescant et tandem de compassi[...]
palmitibus fiunt umbracula et sessiones iocunde. Mich. iiii Sede-
bit vir sub vite vineam suam et non erit qui exterreat quia nulla no-
cebit adversitas. Quinto conducit operarios ad vineam sepiendam sepi-
bus ecclesiasticorum statutorum vel regularum constitucionum. Eccli. xxxvi Ubi
non est sepes diripietur possessio. Sexto conducit operarios ad vineam
custodiendam circumspectione continua. Custodes enim in vineis in
specula sunt et clamores emittunt. Circa hoc circumspector pro se salutis
debet stare. Jere. xxxi Statue tibi speculam. Item debet clamorem orationis
ad deum mittere. Ps. Nisi dominus custodierit civitatem. Item Jere. xxxi Plantabunt

Plantantes quia erunt dies in quibus clamabunt custodes samarie et in monte Effraym etc. Sine hac circumscriptione perimit vue .i. bone operationes vel cogitationes vel dolores de penitencia et quibus torquetur vinum lacrimarum Bernardus lacrime penitencium vinum sunt angelorum quia gaudent in conversione peccatorum. Hoc vinum letificat cor hominum angelorum et deum Nam ipsum deum inhebriat ut omnium offensionum oblivi statur Ezech. xviii Eua(n)g. hora etc. Septimo conducat operarios ad vineam suam vindemiendam In vindemia enim fructus vinee colligunt et deo offerunt Iste ergo vineam vindemiat qui fructus bonorum operum colligit et deo offert Sed heu hodie mali vindemiatores inveniuntur Ps. vindemiant eam omnes qui pretergrediuntur viam et sequitur Exterminavit eam aper de silva et singularis ferus depastus est eam Primi scilicet pretergredientes per viam sunt avari qui non cessant discurrere ut divitias augeant Et bene dicitur Non cessant in via enim pedum quanto quis est senior tanto debilior debilior Sed in via lucrorum quanto quis senior tanto agilior Aper de silva id est porcus silvestris significat luxuriosum et immundum. Singularis ferus est superbus qui singularis dicitur quia nullum vult habere super se. Scilicet ferus id est crudelis dicitur quia ceteros opprimere nititur Hii sunt qui vineam penitencie destruunt quam deus de Egypto peccatorum transferre docuit et in monte sancte ecclesie plantavit Ps. Vineam de Egypto transtulisti etc. In hac vinea sic excolenda conducat deus operarios suos id est fideles mercenarios iugo penitencie colla summittere cupientes Ubi sciendum secundum Crisostomum quod boni operarii distinguuntur a malis per tria signa Primum bonus operarius primo aspicit opus deinde cibum malus autem econtrario primus respicit cibum vel precium quam opus Sic servus dei bonus primo respicit ad gloriam dei et tandem ad utilitatem propriam. Sed reprobi primo bonum personale intendunt. Secundum quod bonus operarius totum diem expendit circa opus modicum autem tempus circa cibum Sed malus operarius parum vult laborare vel operari diu autem comessationi intendere Sic et servi dei totum tempus dent expendere circa spiritualia procuranda modicum autem circa temporalia acquirenda Tertium bonus operarius si forte opus non potest perficere erubescit mercedem petere et coram deo apparere Job ix Verebar omnia opera mea sciens etc. Malus autem sive perficeret sive non impudenter se ingerit et mercedem petit Sic et servi dei si forte aliqua carnis fragilitate oppressi opus dei perfecte non faciunt coram deo erubescunt Nec mercedem expetere presumunt Mali autem et si aliquid boni faciunt primum tamen in celo esse volunt. Tales igitur bonos operarios deus mittit in vineam suam. Vel nonam In vinea penitencie laborandum est ut amputentur palmites luxuriantes carnalis concupiscentie Cant. ii Tempus putationis advenit Secundo ut proiciantur labores superbie Ysa. v. Vinea facta est dilecto meo et lapides elegit ex illa Tertio ut extirpentur spine avaricie Bernardus de vinea malorum dicitur Ysa. xi ascendet super eam vepres et spine Vepres dicuntur secundum Ysidorum quasi vi pungentes

et sunt carnales temptaciones aiaz violent pungentes et stimulantes Spine aut dicunt que spiritus propter acuitatem que sunt temptaciones spirituales acute aiaz perforantes Ubi ergo vinea non putatur .i. ubi in statu pnie superflua non recsinduntur vinea silvestris efficitur .i. rigor pnie per car- nis illecebras dissolvitur De hac ysa v Plantavi vinea electam et expectavi ut ferret uvas et fecit labruscas quia tales ita bestiales ef- ficiuntur ut eciam nichil spirituale sapiat prima Corinth ij Animalis ho et efficiuntur demonibus pervie ut per eas incedat Job xxx venerunt lationes et fecerunt viaz per me Iterum in vinea pnie laborandum est ut fodiatur Sunt aut huius vinee quatuor fossores Primus pudor qui terram cordis mollificat qui enim peccator cogitat suum statum horribi- litatem incipit pudere Ro vi Quem fructum habuistis tunc in illis in qui- bus nunc erubescitis Talis pudor duram terram cordis sic mollificat Job xxiii Deus mollivit cor meum et omnipotens conturbat me Secundus est dolor qui cor emollitum sic scindit mollia enim facilius scinduntur Joel ij Scindite corda vestra et non vestimenta vestra .i. exteriora Tercius est timor qui omnia nociva a vinea eicit Prov .i. Timor domini expellit peccatum Quartus dei amor qui omnes palmites infru- ctuosos ad radicem sterilitatis mittit Ecce Gustato spiritu

Conventione autem facta cum operariis ex denario diurno misit eos in vineam suam Et egressus cir- ca horam terciam vidit alios stantes in foro ociosos et dixit illis Ite et vos in vineam meam et quod iustum fuerit dabo vobis Illi autem abierunt Iterum autem exiit circa sextam et nonam horam et fecit similiter Circa undecimam vero horam exiit et invenit alios stantes et dicit eis Quid hic sta- tis tota die ociosi Dicunt ei quia nemo nos con- duxit dicit illis Ite et vos in vineam meam

Hic subditur conductorum missio que distinguitur per diversas ho- ras cum quidam mane quidam hora tercia quidam sexta et nona quidam undecima Pro quo notandum quod illarum horarum di- stinctio potest accipi uno modo de macrocosmo .i. de toto vel mundo qui per unum diem intelligitur Alio modo de microcosmo .i. minori mundo cuius tempus vite unius hominis et tunc sic ista littera potest exponi Primo distinguendo illas horas cum etates totius mundi Secundum Greg hora prima fuit ab adam usque ad noe hora tercia a noe usque ad abraham Sexta ab abraham usque ad moysen hora nona fuit secundum Greg usque ad adventum xpi Sed hora xi ab adventu domini usque ad finem mundi in qua apostoli missi sunt qui mercedem et si tarde venientes habundancius acceperunt Et in hoc concordat Cris

Dubitacionem vide circa dubitacionem in duo- decimo filio vel circa initium quomodo possit dici vinea

et Jeronimus Et sic habent quinque etates mundi correspondentes quinque horis
hic in litera expressis Alii autem subdistinxerunt quartam etatem a moyse usque
ad dauid regem Alii usque ad transmigracionem babilonis Et sic sunt sex eta-
tes mundi In quarum igitur etate deus vocat fideles in vineam ecclesie
dicit ergo Conuencione autem facta ex denario diurno dies illa la-
boris est totum tempus cuiuslibet hominis totum enim tempus vite nostre est quasi vna
dies respectu eternitatis Vnde Johannis 9 Oportet operari donec dies est
venit nox scilicet mortis in qua nullus operari potest Nondum autem quod nomine
denarii premium vite eterne intelligitur habet etiam denarius preciosam
formam speciosam et virtutem copiosam et certe vita eterna tam pre-
ciosa ut nullo precio possit comparari Et si aliquo aliquo modo comparari
dicitur oportet quod totum homo quod habet det pro ista Juxta illud quod dicit b. augustinus
Regnum celorum tantum valet quantum habes habet formam speciosam quia continet
regis regum ymaginem vnde ysaias 33 Regem in decore suo videbunt
Et habet figuram circularem ut numquam deficiet habet insuper virtutem
copiosam quia homo huius denarium quicquid vult habebit Ista premium vi-
te eterne continet vniuersa que anima considerare et desiderare debet
Vnde augustinus Quidquid enim homo bono eterno fruetur quicquid vult aderit et quidquid
non vult deerit Illa quippe erunt bona corporis et anime qualia nec oculus
vidit nec auris audiuit etc Beatus igitur qui habet hunc denarium in bur-
sa sua qui numquam deficiat vel secundum remigium quia denarius dicitur
ideo quia antiquitus pro decem denariis computabatur recte per dena-
rium obseruacio decalogi premium designatur Deinde ponitur operariorum
missio in vineam quia misit eos in vineam suam vbi sunt quatuor
attendenda Primo ne de vinea exeamus per infidelitatem sicut here-
tici de quibus dicitur Johannis 2 Ex nobis prodierunt sed nobis non erant Secundo ne
male operemur peccando scilicet mortaliter tale enim opus non requirit
deus in vinea sua sed retorquet opus ~~suum~~ malum in caput operantis
Tercio ut opus boni operemur Galatas quarto Dum tempus habemus operemur bonum
Quarto ne cum negligencia et tarditate bonum operemur ysaias 18 Maledi-
ctus qui facit opus dei negligenter Vel Conuencione autem facta
cum operariis ex denario diurno Christus conuencio est vite eterne
promissio pro labore huius quia eterna dicitur denarius quia est equalis
omnibus ex parte finis Nota in denario est figura rotunda vbi non
est inuenire finem in quo significatur vita eterna in denario ymago
regis est scripta in anima ad deum significatur plena conformitas Jude
narius sunt x in quo notatur premium per obseruancia decalogi Vnde glo-
sa Quanto plus aliquis in cultu celi laborat decalogi insistendo
mandatis tanto plus infirmatur in ymagine regis dei dicitur denarius
diurnus est quia non nisi operanti in die gracie et non in nocte culpe
redditur Item quia in die glorie redditur Psalmus Melior est dies vna etc Misit
eos in vineam suam quia ab inicio misit deus aliquos ad vocacionem
ad fidem redemptoris Sicut enim patres adam seth et enoch in vita

bant filios ad colendum deum In morte etiam abel mors figurabatur
redemptoris Et egressus hic subditur secunda missio ubi tangitur primo mis
sio diuina Secundo obediencia humana ibi dicit illi abierunt dicit ergo Et egressus
circa horam terciam que fuit a Noe usque ad abraham tunc exiit quia
magis se manifestat Et noe ei facta est magis expressa promissio
Cuius noe etiam factum est diluuium per quod figurabatur baptismalis
regeneracio Egressus ergo per maiorem manifestacionem Vidit alios per situm
et mores per miseracionem stantes in quantum reti per intencionem vanam In foro
iniquitatis detenti fuerunt per mundi concupiscentiam ociosos fugientes sed bonam
operacionem fforum mundus est In quo secundum Crisostomum calumpnie iurgia con
tenciones diuersorum negociorum diuersitates tumultuose omnia venalia
sunt Ociositas est debiti operis defectus Magnum peccatum est ociositas Ecclesiastici
enim docetur omnis vicia enim 33 Maliciam multam docuit ociositas Ociosi
sunt secundum Crisostomum non peccatores quia illi mortui dicuntur sed qui opus dei non
operantur Vis ergo ociosus non esse neque aliena tollas de tuis da illud
quod debes et sic in vinea domini labores et viuas et vitam tollas
Et non secundum Crisostomum quod forum hic dicitur quicquid est extra vineam id est ecclesiam christi
vel secundum Gregorium fforum est hic mundus in quo homines hic vendendo
et emendo et sibi inuicem fraudem faciendo vitam suam sustentant In
isto foro homines anime exponantur Mercatores duo sunt deus et dya
bolus Emendo autem sunt tante caritatis ut vendant proprias animas dyabolo
per vili precio quia per modica delectacione anime quales sunt luxuriosi et
gulosi Emendo enim vendunt animas per honoribus transitoriis et gloria mundi
sicut sunt superbi vane gloriosi Emendo vero vendunt animas pro pecunia
et diuiciis et pro bonis temporalibus quales sunt vsurarii et predones et
fures et auari illas omnes animas emit ipse dyabolus ut sint ligna
ignis infernalis Istem mercatorem fugiamus fratres karissimi ut vendamus
animas nostras christo qui redemit nos proprio suo sanguine et eum emit
deducet in celestem patriam Egit ille paterfamilias videns alios
ociosos misit eos in vineam suam et dixit illis Ite et vos in vineam
meam ut ipsam colatis et dilatetis In ista tercia hora aliqui sancti
missi sunt ad erudicionem aliorum ut Noe heber thare et consimiles Et
quod iustum fuerit dabo vobis Ecce promissio retribucionis meri
mentum quia quod iustum fuerit ymmo super condignum ad Romanos viij Non sunt
condigne passiones etc Et non facit cum eis pactum de precio sed sub merce
de conduxit Causa enim secundum Crisostomum cum paratus est tribuere quantum mercenarius
non sperabat recipere Vel quia secundum Gregorium operarius tercie hore non inuitatur
ad totum opus sed quicquid autem potuit operari suo iudicio reseruat Pote
rant enim equale opus facere eis qui vocati sunt mane Ibi autem
erant per ampliore sui manifestacionem Circa horam sextam que fuit ab
abraham usque ad Moysen et nonam que fuit a moyse usque ad ad
uentum christi Et fecit similiter Circa vndecimam vero horam Ecce vl
tima missio ubi ostenditur cura dei ad homines primo in sui manifestacione

Scdo in ocij rephensione ibi dicit illis Ite et vos in vineam meam. Dicit ergo circa undecimam horam i. in ultimis temporibus Christus [illegible] apparuit. Exiuit de sinu patris carnem assumendo Et invenit alios stantes Intelligi gentiles per longum a bono opere torpentes qui aliquis pigri sunt affectu et moribus Et invenit eos stantes non proficientes non se humiliantes Et dixit illis gentilibus Quid hic in loco tam periculoso tam transitorio tam fetido statis quare postquam vere debetis Cum vita brevis via longa virtus debilis tota die cum habeatis temporis opportunitatem mercedis securitatem et necessitatem Ociosi vos non proficientes pigri non subvenientes Deo non servientes hostibus non resistentes q. d. Dicunt ociosi fuit toto tempore negligentes pro salute vestra Dicunt ei quia nemo nos conduxit i. nullus propheta nullus doctor venit ad nos instruendos Et licet gentiles haberent legem naturae tamen per peccatum obscurata erat in eis ita ut non haberent perfectam dei cognitionem Dicit illis Ite et vos in vineam meam mente credendo ore confitendo et opere laborando Crisostomus Necesse Cum qui non operatur in hoc seculo non manducat in futuro. Primo dies iste dies operationis est quia dies qui sequitur dies feriatus est Non interponitur hic quod tunc erit copulativa quia gentiles iudeis adiuncti sunt ut una ecclesia ex ambobus fieret Hic reprehendit eos qui in tota vita sua operari opus bonum neglexerunt usque ad senectutem vel decrepitam Et si tunc operari incipiunt tamen mercedem reprehendunt etiam aliqui qui diem aliquam sine bono opere transeunt et transire permittunt Unde loquitur de Tito cesare qui cum quadam die nichil boni egisset circa horam vespertinam conturbatus cum suspirio dixit astantibus Heu me amici mei quia diem perdidi Cum nemo nos conduxit Excusacio eorum qui usque ad senectutem bene agere distulerunt Non enim veraciter dicere possunt Nemo nos conduxit Nam paterfamilias deus quantum ad se pertinet omnes a prima etate vocat ut dicit Crisostomus per simile cum dicitur Exiit primo mane conducere operarios. Sed non omnes secuntur vocantem ad quod potest referri illud psalmi Multi dicunt quis ostendit nobis bona Signatum est super nos lumen vultus tui domine Dedisti leticiam in corde meo Ubi dicit glossa tamen impressum illud lumine ut sigillum cere Vel ergo dei racio nostra accipitur qua per illud cognoscitur aliquis Ita per speculum racionis cognoscitur deus Dicit ergo Ite et vos in vineam meam Attende ergo quanta est dei liberalitas quia ut occasionem habeat premiandi etiam sexta hora operarios in vineam mittit Nulla enim etas excluditur a premio vite eterne Et queret aliquis quare non simul omnes conduxit sed alios mane alios hora tercia Videtur autem ad hoc Crisostomus sic inquiens quod hoc ex diversis meritis eorum processit Tunc enim eos vocat qui erant obedituri Nam et latronem vocat qui obediturus erat Vel alio modo littera potest legi de [illegible] prout etiam exponit Gregorius per sex horas designantur etiam sex etates hominis Sunt enim sex etates hominis secundum Ysidorum in decimo libro Ethimologiarum prima est infantia pueri nascentis ad lucem que porrigitur in septem annos Secunda est pueritia et est pura et nondum ad generandum apta tendens

usque ad quintum decimum annum. 2a est adolescentia que porrigitur usque
vicesimum octavum vel tricesimum annos. Tertia est iuventus finiens quinqua-
gesimo anno. Quarta est senectus .i. gravitas que est declinatio iuventu-
tis ad senectutem nondum senectus sed iam non iuventus que tu etas
a quinquagesimo anno incipiens in septuagesimo anno terminatur.
Sexta est senectus que nullo annorum tempore finitur sed post illas quinque
etates quicquid vite est senectuti deputatur. Senium autem pars est
ultima senectutis dicta quod sit terminus sexte etatis. Septima vero
est in quiete animarum usque ad diem iudicii. Et tunc in resurrectione
erit octava etas. Quidam tamen quintam etatem appellant senectutem
et sextam decrepitam vocant etatem. Ideo obmissa prima etate
infantili qua puer nondum est discretionis capax ac per hoc non ydoneus
ad operandum in vinea domini. In quibus autem quinque etatibus sequentibus scilicet per
quinque horas designatas deus vocat homines ad operandum. In qua prima
hora scilicet mane respiciat pueritiam quia tunc sol incipit homini nec
habet calorem. Hora tertia adolescentiam quia tunc sol est in altitudine proficit
dum calor etatis crescit. Hora sexta iuventutem quia sicut sol in centro
figitur dum in ea plenitudo roboris splendet. Hora nona gravitatem
in qua sol velud ab alto axe descendens quia illa etas a calo-
re iuventutis deficit. Hora vero undecima respicit senectutem
et decrepitam etatem in qua velud sol ad occasum tendit. Quidam
enim intrant religionem ut alii incipiunt se divino officio et
obsequio in principio. Et hii veniunt mane & hora prima. Quidam
in adolescentia et hii veniunt hora tertia et sic deinceps. Ita
quod in omnibus deus vocat fideles ad conversionem et penitentiam et nulla e-
tas sera est ad penitentiam. Sed attendendum est ne mora indicat peri-
culum. Ecclesiastici 5o Ne tardes converti ad dominum et ne differas de die
in diem. Unde Augustinus in sermone. Si quis positus in ultima etate
sue egritudinis accipiat penitentiam et sic vadit fateor vobis non illi
negamus quod petit sed non presumimus quod bene hinc exit. Si securus hinc
exit ego nescio. Penitentiam dare possumus securitatem autem non. Numquid di-
co dampnabitur sed nec dico salvabitur. Vis ergo a dubio liberari
age penitentiam dum sanus es. Si sic agis dico quod securus es quia penitentiam egisti eo tempore
quo peccare potuisti. Si vis agere penitentiam dum peccare iam non
potes peccata te dimittunt non tu illa. Hec Augustinus. Unde Crisostomus. Omnis
in vinea celestie mercenarii sumus conducti. Sic nemo ad hoc conducit
mercenarium ut solum manducet. Sic nos sumus vocati a Christo non
ideo ut solum operemur que ad nostrum pertinet usum sed ad gloriam dei.
Et sic mercenarius primus respicit opus suum deinde
cibum. Sic et nos debemus primo aspicere que ad gloriam dei pertinent
deinde que ad nostram utilitatem. Et sic mercenarius totam diem
circa opus domini impendit et unam tamen horam circa suum cibum.
Sic et nos omne tempus vite debemus expendere circa gloriam dei

modica aut partem circa usus tenens Et sicut mercenarius qui
die opus no fecerit erubescit intrare domum et petere panem / et quo
tu no confunderis intrare celum et stare in conspectu dei qui
nichil boni gessisti Et est sciendum quod in his quinque horis hic descripte
figurantur quinque etates presupposita prima etate scilicet infantie que per
horam precedentem mane per ortum solis intelligitur qua quinta erunt
sex etates spirituales vel sex horas acceptas quibus sex etatibus secundum Augustinum
in libro de vera religione distinctis successibus seu prouectibus gratiarum
fidelis anima proficit ad perfectum sicut enim exterior homo vetus et terrestris
habet suas etates successibus temporum distinctas Sic interior homo nouus
et celestis habet etates quasdam no annorum successibus sed gratiarum pro
nectorum distinctas / distinguitur autem nouus homo a veteri secundum Augustinum
ibidem in tribus Primo in eo quia finis veteris hominis mors est unde
omnes eius etates tendunt ad mortem finis autem noui hominis est vita
eterna Secundo quia vetus homo est homo peccati nouus autem iusticie Tercio quia
veterem hominem in hac vita quis potest agere sine nouo Nouum autem
nemo potest agere in hac vita nisi veteri abiecto Nonnulli autem vitam
istam natiua ab illo incipiunt sed renascuntur interius et tunc ut dicitur
nouus homo interior et celestis habet ipse spirituales etates suas pa
etas exterioris hominis est infancia que nutrimentis corporalibus agitur
secundum Augustinum per hanc accipitur prima etas spiritualis qua homo interior p
nutritur de uberibus matris ecclesie lacte et audiente fidei
et doctrina simplici nutritur hystoriis et exemplis corporalibus sicut fue
runt illi quibus dicebat apostolus ad Hebreos quinto facti estis quibus
lacte opus sit non solido cibo Et hec respicit incipientes qui sunt
in hac prima etate quibus conuenit ut tamquam paruuli et teneres
tam in vita quam in doctrina simplices et lacteis imbuantur / donec
paulatim per etates succedentes crescat iuxta illud prima Petri secundo quasi
modo geniti infantes rationabiles sine dolo lac concupiscite ut in
eo crescatis in salutem Et ideo iste in prima etate constitute lac
simplicis doctrine ministrandum sicut fecit apostolus loquens talibus dicens
prima Corinthiorum iii° Tamquam paruulis in Christo lac dedi vobis / quod est
contra predicatores subtilia hominibus rudibus et indoctis cum etiam
sublimis doctrine nec manducare nec deglutire preualent Et ideo
potius danda esset lac in potum Nam sicut grossi cibus datus in
fantibus eos non nutrit eo ut recipere possint sed plerumque eos propter
teneritudinem strangulat sic sublimis doctrina rudes non edificat
sed plerumque eos in errorem mittit Talia enim subtilia solida perti
tanda sunt probante dicit apostolus ad Hebreos quinto perfectorum
est solidus cibus eorum qui pro consuetudine habent sensus exercitatos Et
alibi sapientiam loquimur inter perfectos Ideo reprehensibiles sunt do
ctores rudibus tam subtilia siue sublimia predicantes unde Augustinus
in quodam sermone ad heremitas sic dicit Scriptum est fratres
mei carissimi quod debemus loqui sublimia tamquam sublimia
mundi glorificantes hec autem verbum maxime ad vos dirigitur

qui rusticani estis in siluis habitantes licet omnes scitorum et domestici dei nullatenus vos debeatis esse dubitare Et subdit hec inuit qui vltra quam necesse est predicare quesitus ille Salomon dicit Altiora te ne quesieris et fortiora te ne scrutatus fueris Surgat etiam paulus columpna et firmamentum orbis terre et sua voce confundit omnes presumentes nomine christi volentes sapere plus quam oportet sapere Non tamen fratres mei volo quod omnino queratis neque acquiescatis secundum questiones in diuinis vos qui estis grossi multiplicare loqui non debeatis Queritis tamen vos qui spirituales estis quomodo precepta dei seruare possitis quomodo dyabolum superare potestis quomodo pacienciam quam christus docuit amplecti possitis hec enim seruus dei semper legere et adimplere tenetur Hec augustinus Estis etiam in prima etate querunt lac simplicioris et laxioris vite Non enim ad culmine superioris et summe perfectionis conscendi[tur] sed paulatim pro fratribus posteriora obliuiscentes ad anteriora nos extendere debeamus ut et apostolus ad Philippenses iii Unde in primitiua ecclesia nouiter ex gentibus conuersi deinceps ab apostolis laxioris obseruantie promittebant pro ipsis fidei rudimentis et inueterate gentilitate consuetudine et nichil amplius ex ipsis expectebat nisi ut ab ymolaciis ydolorum et fornicatione ac suffocatis sanguine abstinerent ut dicit Ioh[annes] Cass[ianus] Similiter etiam in religionibus nouicijs nondum quam rigorus frena laxantur Secunda etas hominis exterior est puericia Unde incipiunt aliqui meminisse eum augustinus Et huius similitudinem describit augustinus in homine interiori secundum etatem spiritualem que reddit etatem obliuiscentem humana et ad diuina tendentem in quo non auctoritate humane tenetur sinum secundum ad sua et incommutabilem legem passibus romis Hec itaque etas quorum quibus hic dicere cum apostolo ad Philippenses iii Que retro sunt obliuiscens // que priora ad ea sunt tempora extendens ubi secundum glossam per ea que retro sunt uno modo intelliguntur terrena temporalia secundum per priora celestia Alio modo per ea que retro sunt intelliguntur preterita merita acta per priora vero acquirenda et agenda In prima igitur etate homo non potest obliuisci terrena quia circa formas visibiles versatur nec obliuisci potest preteritorum meritorum In hac namque etate homo interior iam sic obliuiscens terrena tendit ad celestia ita obliuiscens preterita merita pro nichilo ea reputans in comparatione acquirendorum ad que se extendit per intentionem et desiderium ut semper proficiat in melius Tota enim boni christiani secundum desiderium est ut dicit glossa Et potest exemplum quod imponitur extendis adhuc amplius sinum et nosti quam magnum est extendo etiam extendit desiderium desiderando extendit sinum et est vita nostra ut desiderando exercitando Tantum autem nos exercet sanctum desiderium quantum desiderium nostrum amputauerimus ab amore seculi Et hoc est quod dicit apostolus Que retro sunt obliuiscens

Alio modo secundum intentionem Augustini ubi supra per ea que retro sunt intelliguntur ea que humane legi subiciuntur qualia sunt illa sensibilia terrena que aliquis occupat que non percipit que dei sunt secundum apostolum. Per priora vero intelliguntur ea que incommutabili lege reguntur. De hac autem lege tria dicit Augustinus. Primo quod hec lex non est lex humana sed est supra mentem nostram. Mens enim nostra mutabilitati est subiecta quia errorem pati potest, et tamen concessum est eam videre posse, eo quod facta sit ad ymaginem et similitudinem dei. Secundo quia hec lex veritas dicitur et ipsa est deus apud quem non est transmutatio. Ubi est summa vita summa essentia summa sapientia. Tercio quia hec lex est regula omnium artium et ars artificis omnipotentis, secundum quam omnis anima rationalis iudicat et quod recte iudicat ymo et ipse deus potest per ipsam. Hinc est quod dicit apostolus Cor. 2. Spiritualis homo iudicat omnia et ipse a nemine iudicatur .i. a nullo homine, sed a sola ipsa lege secundum quam iudicat omnia. Est autem spiritualis qui conuita vetere et animali homine transita iam prima etate ad hanc secundam etatem pervenit a visibilibus ad invisibilia a temporalibus ad eterna conscendens. Et hic dicitur spiritualis secundum glossam scientia et vita. Scientia quidem spiritualis est que si capere cognoscit et quasi in speculo videt. Tamen de deo secundum ymagines corporum vel legem litteram vel humanam philosophiam non sapit sed spiritum dei subiectus certissime ac fideliter secundum legem incommutabilem iudicat omnia et intelligit et discernit omnia quidem non continet divinam scientiam sed que ad iusticiam et ad vitam sufficiunt. Vita vero spiritualis est que spiritum dei habens rectorem et eius ductu vivit. Hic homo spiritualis est ut dicit Augustinus quia omnia iudicat quia super omnia est qui cum deo est et hic [illegible] purissime intelligit et tota caritate quod intelligit diligat. Ita etiam quantum potest lex ipsa etiam ipse fit secundum quam iudicat omnia. Talibus autem secundum Augustinum dicitur id psalmi: vacate et videte quoniam ego sum deus. Vacate inquam non ocio desidie sed ocio cogitationis ne a locis et temporibus vacetis. Tercia etas hominis exterioris est adolescentia et est qui propagationem prolis iam permittit secundum Augustinum. Ad cuius similitudinem describit beatus Augustinus 3am etatem spiritualem que reddit animam fidenciorem et carnalem appetitum rationis robore maritantem gaudentem quod intrinsecus in quodam dulcedine coniugali et animam menti copulatur et velamento pudoris obtegitur ut iam recte vivere non cogatur sed etiam si omnes concedant peccare non libeat hec Augustinus. In hac siquidem que non nisi perfectis competit sicut et alie sequentes ratio inferior maritatur portioni superiori et quo gaudioso et dulci coniugio sensualitas ita subicitur rationi quod ei ad arbitrium domabitur in reprimendo inclinationes viciosas et propagando actus virtuosos. Quod quidem contingit secundum Augustinum eo enim quod anima rationalis servit creatori suo a quo et per quem et ad quem facta est, cuncta creata ei serviunt. Hinc est quod nulla creatura talem animam potest allicere ad peccandum. De talibus personis dicit apostolus ad Ro. 8. Certus sum quod neque mors neque vita neque gladius neque angustia neque ulla creatura poterit nos separare a caritate dei que est in Christo Ihesu. Immo etiam ipsum corpus in hac etate reformatur et sanctificatur, ita quod spiritus de isto nullam

domabit

sentiens molestiam cum dei adiutorio sine onere difficultatis imperabit
Et inde est quod tunc animam peccare non solum non libebit sed et pigebit quod
sibi penale erit Ad hanc etatem pervenerat Aug(ustinus) cum dicit in libro confess(ionum)
displicebat michi quicquid agebam in seculo pre dulcedine tua o amor
iesu bone fons indeficiens ciba lassum Et in quadam oratione ad
beatam virginem ibidem Aug(ustinus) Expertus sum inquit domina mea quam dulce
sit viciis non servire qui in memetipso didici quam amarum sit captivum
esse vicia et velle vivere Quarta etas est iuventus pubertatis iam
exercenda muneribus i(d est) officiis in amministranda re publica et domanda
sub legibus que acriores impetus libidinis gignit ubi dicit Aug(ustinus)
secundum cuius similitudinem Aug(ustinus) quartam etatem spiritualem describit que
reddit animam istam ad ipsum iusto firmiusque ordinatamque facientem et emi-
nentem in virum perfectum atque aptum et ydoneum omnibus persecucionibus
et mundi huius tempestatibus sustinendis atque fugiendis hec Aug(ustinus) Et de tali homine
in hac etate constituto Aug(ustinus) subiungit plures proposiciones Prima
ratio talis homo verissime et perfectissime est invictus quia coheret
deo non ut aliquod bonum mereatur sed quia ipsum quod est adherere deo bo-
num est et ideo de omnibus intrinsecus perturbantibus nichil curat Secunda
ratio talis omnibus hominibus recte utitur unde dicit Aug(ustinus) vir quidem est
in hac vita utitur amico ad rependendam graciam utitur inimico ad
pacienciam utitur quibus potest ad beneficenciam utitur omnibus ad benivo-
lenciam Tercia quia talis non plus diligit familiares quam alios
Quarta ratio talis affligitur umquam tamen quia toto animo deum diligit
novit nec sibi petere quod deus non petit qui dominus est vivorum et
mortuorum Quinta ratio talis nullis laboribus nec persecucionibus frangitur
quomodo enim ei nocebit qui bene utitur etiam iam inimico Sexta quia talis
gaudet in persecucionibus et tribulacionibus unde dicit huic viro in tribu-
lacionibus parum est contristari nisi etiam gaudeat sciens quod tribulacio pa-
cienciam operatur operacio probacionem probacio spem spes autem non confun-
dit quoniam caritas dei diffusa est in cordibus vestris Septima ratio talis
proficit tam in prosperis quam in adversis cum enim mutabilium bonorum
est copia non eis tamen confidit propter illud divicie si affluant nolite cor apponere
Sexta etas hominis exterioris est senectus In qua secundum Aug(ustinum) post labores
iuventutis pax et tranquillitas conceditur Et secundum hanc Aug(ustinus) describit
quintam etatem spiritualem hominis interioris que animam reddit placatam
atque ex omni parte tranquillam viventem in opibus et in habundancia
incommutabilis regni summeque et ineffabilis sapiencie hec Aug(ustinus) In hac
enim etate anima carnalis a voluptate fantasmatum et turba omnium sen-
sibilium placata redditur tranquilla et spiritus incipit regnare super
omnes vires anime et ipse spiritus perfectissime deo subicitur intus ut enim in
tali anima ordinata sunt ut ipsamet fiat regnum ut supra in prologo patuit
Et tunc in tali habundancia regni quod incommutabile dicitur eo quod
abstrahat a loco et tempore anima vivere incipit in opibus sapiencie contemplando
et sapiendo divina et ibi anima audit verbum eternum ut ait Aug(ustinus) in
confess(ionibus) libro nono Non per linguam carnis neque per vocem angeli neque

Per sompnum nubis neque per enigma similitudinis sed ipsum quem in hijs
rebus amamus ipsum sine hijs audiamus / Ad hanc etatem non pervenitur
nisi in contemplacione et in raptu non prout dicit quandam ele
vacionem vel tractum ad nudam visionem divine essencie qualis fuit
raptus moysi et pauli secundum augustinum sed prout dicit quendam tractum
et elevacionem mentis ad illud quod est supra facultatem suam prout
contemplando aliquid a deo cognoscat visionem et cognicionem de deo
et in tali cognicione eius venit ad excessum mentis in quo ex
cessu eius trahitur ad quandam inusitatam dulcedinem affectus dul
cedinis divine Ad quem excessum fuit raptus beatus augustinus cum matre
sua cum colloquentur valde dulciter cum starent incumbentes in quadam
fenestra ut patet 9 confessionum Sexta etas exterioris hominis est decrepitus
que maioribus subiectior et calore debilis que ad mortem ducit
ut dicit augustinus Et secundum hanc augustinus describit sextam etatem interioris
hominis spiritualis quia dicit omnimode mutacionis in vita eterna
et usque ad totam oblivionem vite temporalis transeuntem perfectam formam
que facta est ad ymaginem et similitudinem dei hec augustinus In hac
enim ultima etate datur pregustacio vite eterne et suspensio
quedam immo totalis oblivio vite temporalis Ad hanc etatem pervenerat
augustinus cum matre sua postquam prefatam quintam etatem spiritualem peracta quam per
transierat ut dictum est / excedit enim ibidem rapiebatur ad hanc sextam etatem
de qua dicit augustinus ibidem 9 confessionum Et subdit dicens Si nunc extendimus
nos et a rapida cogitacione eternam sapienciam super omnia manentem
Et hoc ita rapiat et absorbeat et recondit interiora gaudia spe
ctatorem suum ut talis sit sempiterna vita quale fuit hoc mome
ntum intelligencie quo suspirabamus sepe et multociens nonne hec est
intra in gaudium domini tui Ecce autem dulcedo sit que datur in etate
hac explicat ille beatus pater qui captus est et fuit unum ipse dicit 10
confessionum Aliquando domine intromittis me in affectum multum inusitatum
In hac autem etate imperfectam formam que facta est ad ymaginem et si
militudinem dei perfecto ymago creata transformatur imperfectam conformi
tatem ymaginis increate secundum quam facta est Iuxta illud 2 Corinthiorum
3 Nos revelata facie gloriam domini speculantes in eandem ymaginem
transformamur a claritate in claritatem id est a claritate ymaginis create
ad claritatem ymaginis increate sicut sic prenotatum legitur aliter hec
Sed non vult primus deus ut quis in suo opere gratis desudet ideo
mercedem laboris promittit Unde dicitur Convencione autem facta id est pro
missione facta Ex denario diurno id est pro vita beata . misit eos in
vineam suam id est ecclesiam est eos ut omnis primo assumat Pro quo sci
endum quod vita eterna per denarium significatur quadruplici racione Primo
denarius dicitur a decem eo quod olim decem usuales valebat Et ideo
illa vita beata dicitur denarius quia per observacione decalogi datur
Matthei xix Si vis ad vitam ingredi serva mandata Secundo racione
ymaginis / ymago enim dei in beatos imprimetur per assimilacionem
ad deum et transformacionem in ipsum 2 Corinthiorum 3o Nos autem omnes revelata

facie gl(ori)am dei speculantes in eandem ymaginem transformamur
Tercio ratione scripture quia ibi erit plena sci(enci)a et cognicio ve
ritatis .j. Cor. xiij Nunc aut(em) cognosco ex parte tunc aut(em) cognoscam
sicut et cognitus sum Quarto ratione figure sperice quia ibi erit ple(na)
possessio eternitatis Joh. x Ego vitam eternam do eis Item quarto vi
ta eterna dicitur denarius Sic enim x est finis et limes omnium nume
rorum sic vita eterna est finis omnium nostrorum meritorum Ro. vj habetis fru
ctum in sanctificatione(m) finem vero vitam eternam etc. Dicitur aut(em) diurnus
quia redditur pro operibus illuminatis gracia in presenti vita que tota vna
dies dicitur Joh. ix Me oportet operari donec dies est Secundo quia illa solucio
fiat in plena illuminatione cum non succedit nox Ysa. lx Non occidet
vltra sol tuus et luna tua non minuetur .i. gloria corporis et anime
Tercio dicitur diurnus propter breuitatem laboris quia vna dies sufficiat
ad merendum. Vnde illi qui tantum vna hora laborauerunt non sunt
fraudati a mercede Vnde tantus remunerator eadem die reddit p(re)
cium laboris sicut ipse precepit Deut. xxiiij Non negabis mercedem
pauperis sed eadem die reddes precium laboris eius Facta igitur
conuencione pro tali denario diuino .i. facto promisso quod operarii
ad ymaginem dei essent reformandi si ecclesiam edificando et operibus
penitencie mandatorum decalogi insisterent fide recta et finaliter perseue
rarent misit eos in vineam suam vt eam operose et non negligenter
excolerent Quibus aut(em) horis paterfamilias exeat ad conducendum
operarios apparet euangelio dicente Et primo exiit mane Per quod pu(eri)
etas hominis qua homo doli capax est intelligitur que non defiat
successione temporis sed vsu et capacitate racionis sed qua homo incipit di
scernere inter bonum et malum et intelligere premium et supplicium
meritum et demeritum Mane igitur conducitur qui a iuuentute vacat
operibus Ad quod admonet Eccli. xij c. Mane semina semen tuum
Et eccl. vj Ne tardes conuerti ad dominum et ne etc. Talis dicere pot
sine sequacibus id Cant. vij Mane surgamus ad vineas videamus
si floruit vinea si flores fructus parturiunt. Hiis operariis mane
vineam intrantibus largus paterfamilias vineam tribuit refectionem Refec
cio matutina est sacramentum altaris quo eos in via ne deficiant
reficit Matth. xj Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis et ego
reficiam vos vel gracia consolacionis interne et qua ipsi labores et
passiones non reputant breue et leue dicentes quicquid sustinemus mo
mentum illius consolacionis et promisse mercedis secundum illud .ij.a Cor.
iiij.o Id enim quod in presenti est momentaneum et breue leue tribulacionis
nostre supra modum in sublimitate eternum glorie pondus operatur in nobis
Refectio aut(em) vespertina erit largicio glorie quam dabitur fideliter
laborantibus Ysa. lxij Ecce saluator tuus venit secundum non vacuus mer
ces eius cum eo Et ne passim omnes se ingererent ad mercedem
capiendam qui laboris participes non fuerunt sequitur Et cum illis

coram illo Ec. d. Opus quod dedit ut faciet & quod propter ipm factum
venit remunerare Non qr prima dr decorare ut Johis bapte & bti Nico
lai pz In te confirmatus sum ex utero & Item purificare ut Marie mag
dalene luc vii Misi prima egerunt & Item compleare ut Jude prodi
toris act xxvi prima dicitur albyt & Ite non de pueritia dr pu pt
Relinquite infanciam & vivite & ambulate p vias iusticie pu j.
Usquequo parvuli diligitis infanciam & stulti ea que noxia j. pv. j.
Quasi modo geniti infantes lac concupi. ut crasta infal. Job xxi
Infantes exultant lusibus & tenet tympanum & gaudet ad se or. du
cit in bonis & Scdo prefatus exit hora tercia conducere operarios in vine
am suam hic subdr et egressus circa horam terciam vidit alios r. differentes
a prioribus affectibus vocibus & moribus stantes in foro ociosos huius
hora tercia e adolescentia qn sol r. calor nalis et illuminatio racionis
consurgit in altum et qn sol carnalis concupiscentie fervencius incalescit
In hac hora homines sunt venales (tunc enim homini via bifurcatur Aut
enim tendunt ad dexteram sequentes semitas equitatis et sic emuntur a dno
Aut ad sinistram ad viam latam & spaciosam sequentes latitudinem voluptatis
et sic emuntur a dyabolo in servum pcti hic recte tales in foro stare dicun
tur enim utriusque vie intendunt inherere sine iusticie sive iniquitati
Illam denique prosequuntur prout tunc adolescens iuxta viam suam conformatur
et cum senuerit non recedet ab ea Ideo dr Tren iii Bonum e viro cum
portaverit iugum ab adolescentia sua Tunc enim facilius et leviter edo
matur libido a qua illa etas quomodo infestatur & impugnatur Et hoc e qd dr
Et egressus circa i. p effectum gre visitare venit circa horam terciam r. triph
cis concupiscentie fervorem stantes ociosam & superbie vite Nam in adolescen
cia homo cupit voluptuosa curiosa et gloriosa (voluptuosa quia
cibaria saporosa (vestimenta mollia et luxuriosa Curiosa qr vult scire
occulta habere cara videre pulcra favore homini vanitas que procedit de
ore fautoris laudis ab ore. gloriam ab operis exhibitione et hec sunt glosa
Vidit r. occto mic aspexit vel vidit p effectum r. adolescentes seipsos vi
dere r. cognoscere fecit (qr talis modus loquendi in scriptura consuetus e ut rom
viii Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus r. postulare facit
Sic vidit r. videre seipsos fecit Deinde ponit tria p que vicium adolescenti
um agnoscatur que respectu aliis nunc dicuntur in se deprehendunt Primo
superbiam rebellionem ad monita parentum vel doctorum propter qd dr vidit
eos stantes Stare enim est situs superbi & rebellantis Zach iii dr Sathan
stabat ut adversaretur ei & Job xv Tetendit adversus deum erecto collo Zo
pronam et flexibilem voluntatem ad vicia propter qd dicit in foro qui ve
nales si quis emere vellet vel qui parati essent dare prium consensus
pro quacunque voluptate Prius enim vita qui forum est in quo mercato
res sunt deus et dyabolus venalia sunt illa quibus merentur vel de
merentur Ezech xxvii Syrus negociator tuus propter multitudinem operum
tuorum (Zo negligentiam utilium hic dt ociosos Et ideo multa mala
faciunt (multa enim mala docuit ociositas Eccli xxx Et illis dixit
inspirando ps Audiam quid loquatur in me dns deus vel p aliquem
monendo vel predicando Ite et vos in vineam meam ubi nondum sunt tria
quo dicit omnes homines inducere ad operandum in vinea Domini Primo
societas collaborancium hic dt Ite & vos q. d. cum illis qui iam operati sunt

mitto vos ne plos Tercio in thelanis est esse dum(m)odo qui vini habent cum
emolimentum societatis sive Societas eum sctorum illorum Ideo nos confortare
ad operandum Primo sancti illi qui sunt in patria impendunt adiutorium
pro nobis in patria orando sicut in martirum(?) Ideo in p(er)ma sctorum Et michi
sunt orates pro vobis Secundo illi sunt in via elaborando primum exemplum
faciunt Tercium accipite fratres laboris et pertinere c(om)pletatam qui loquitur sunt
in nomine domini adiutorium roborat affectum Tercium dirigit intellectum Ideo Ideo
nos monet ad operandum honestas operis Ideo dicit In vinea mea Tercium
cum operatur in vinea fruitur interdum decore foliorum ad umbram
et odore florum et dulcedine fructuum Sic in vinea sancti operantur interdum
in foliis divinorum eloquiorum refrigerium accipiunt consolationis contra
estum dyabolice temptationis vel mundane cupiditatis Tercium sub umbra
illius quem desiderabam sedi Item in floribus sanctorum meditationum
iam se respirat odore eterne beatitudinis Unde dicit beatus Iohannes Odor tuus domine
Ihesu Christe concupiscentias in me excitat eternas Tercium sicut beme flo-
res odorem dederunt suum Item in fructibus operum pascuntur dulcedine
contemplationis sive spe remunerationis eterne propter In custodiendis illis retri-
butio multa Tercia quod honestas operis et utilitas Ideo nos ad operandum
invitare; Ideo Ideo nos monet ad operandum in vinea magnitudo remu-
nerationis Unde dicit Et quod iustum fuerit dabo vobis Magnum et preciosum
quod datur iuste operantibus est eterne anima Denarius in quo sunt duo
scilicet ymago regis et valor decem denariorum usualium Et sunt duo
que sunt in primo scilicet conformitate ad deum in anima et aggregatio omnium bo-
norum adimplete que hic particulariter habentur Dicit dabo vobis non reddam
quia non sunt condigne passiones huius temporis Romanos viii Secundum cum vel
dolor vel aliquid huiusmodi pro quo homines hic laborant et qui unus nummus
usualis Sed ibi dabitur denarius in quo sunt possidebuntur omnia Primo quies
Apocalipsis xiiii Amodo iam dicit spiritus ut requiescant a laboribus suis Secundo
formositas Canticorum iiii Tota pulchra es et Ephesios v tradidit eum
semetipsum pro ea ut exhiberet sibi sponsam immaculatam et Tercio libertas
Romanos viii Creatura liberabitur a servitute corruptionis in libertatem glorie filiorum dei Quar-
to divicie psalmus Gloria et divicie in domo eius Quinto saturitas psalmus Satiabor
cum apparuerit gloria tua Et Luce xxii Ego dispono vobis regnum
etc divicie ut edatis et bibatis etc saturitas super mensam meam
etc honor Augustinus Ioseph honor esse ibi decem Sexto sanitas ysa-
iam Replebit splendoribus animam tuam et ossa tua liberabit Augustinus
Moysi sanitas esse ibi infirmitas Septimo amicicia psalmus etc quam bonum
et iocundum Augustinus heli et sapiens amicicia esse ibi non pura inimicitia
Octavo sapientia plena i Corinthios xiii Tunc cognoscam sicut et cognitus
sum Augustinus Salomonis sapientia esse ibi insipientia Nono visio beata
ysaias xxxiii Regem in decore suo videbunt Decimo securitas De quibus
dicitur ysaias xxxii Sedebit populus meus in pulchritudine pacis et in tabernaculis fiducie
et in requie opulenta Augustinus Enoch et Helie securitas esse ibi non pura
timiditas Sic quod magnum et preciosum laboratum quod in denario
intelligitur Sed et iuste datur apostolus Primo propter quietem divine
promissionis iustum enim et ut deus qui promisit compleat promissum suum propter

r

ter bn

Iustus dns in oibz vijs suis glo· qr promissa coplet Sz ppt
liberalitatem z magnitudinez pmittetis Decet eni dispotem eni
dnm no pticlarit aliqua bona sz omnia dare servis suis Nā
sicz topzis pciū sufficiens sit minimus usuvas cū regi barba
tondit No tn iustū est pciū quo ad regez qui decet tozdri au
reū donare Z eē ppt qualitez servicij Na qr hō servit deo acn
do eū sup iustū z ut recipiat pmiū maius oibz Et io dicit
Qd iustū fuit dabo vobis Tn si respicat radix meriti scz
grā que dat sine merito totū misericordie z qd accepit d pmo
vg semp hēs meriti puenter grā donat Nil deus d nos
pter sua dona coronat Illi aut si adolescentes abierunt a
foro pctorū in vineā scte conversacionis Hō pisa· cont gducē
operarios hora sexta et illi hora nona Vn seq Itm ait cont circa
sextā z nonā horā e fecit silr Unge Per horā sextā iuvent
intelligit que est etas pfcā quitū ad robur z quitū ad sensum
Vn et p senciā intelligit qui z mie pfectonis In hac hora
a dno monem intrare vineā Ecc in Memento creatoris tui in
diebz iuvetutis tue anteq veiat tps afflictois tue Tunc eni bo
nū z intre vineā i agere pniam cū hō forte e ad oneā pnie
portanda qd senes face no pnt Vn ibide seq Anteq tenebrescat
sol e lumē tuū attenuet i visus z oculi corporis deficiant
et nubes reuitat i pdicator pq pdicatoz ad gteplatoz redeat qr
cū senes sint incorrigibiles frustra cū eis pdicator laborat Simil
qo hora vi vindemiā ingrediens dicere pt cū pphā Spes mea
dne a iuvetute mea Per horā aut nonā senectus hoc significat
qz qn dns silr vitat ad suū laborē hora n· nona sol ad occasum
declinat et sic iaz defcm tpis roboralit z vinacatatis sensuū
Ulex ego ergo ppt defcm virium eodnā oneā pnie portare nequit
faciat tn hr qd in eis e et dicat cū pphā Ne pronciat me d tpe
senectutis cū defecit vtus mea ne derelinquas me Et proculdubio
pnie par eorū acceptabl laborez si tn toto corde vineā ingressi
pnie fuerit Ps Elevatio manuū mearū sacrificiū vespertinū est
at sacrificiū vespertinū pnia sera z tn vera qe quite sit efficacie
spatint in latrone ysa tex Copertat deus ut misereat ui Sapie
in quoseret omū dne Ro in eni divinae benignitatis enim e job n
Lonet ad me qr pa z e Si neglexisti offerre vinū saltē offerre
ficus Si similaginez saltez offerte furfurez Si vinacē iuvetu
tez saltez iā deficientez etatez Et sciendū q dns hys innitatis
in vinea sua nichil pmisit Alex con et debito michi pete pnt
Sz quicquid eis dedit donat totū et grā donat Sufficit ergo
talibz q a dno no derelinquunt Ps Usqz in senectā et seniū deus
ne derelinquas me Et ut a deo no proiciat Ps Ne proiciat me in tpe
senectutis z ut cū corruit corpus petet ruinā vinacitez Ps Fortitu
dinez meā ad te custodiā Inducunt morbz ppter morborū incon
tinenciaz Ecc in Meto creatoris tui e Effluunt tpe ppt tpis decursu

3

Sal vl. du tpe habend ee desiat opus ppt mortis incertitu
dinez Enti ix Nesiat ho finez suu / Circa vndecimam vo exit et
invenit alios stantes sibi nondu qz p horam vndecimam senectus
decrepita intelligit. vel vltima etas hois In qua dns adhuc dignat
exire p effm gre sue et decrepitos ad culturam vince sue invi
tare ysa xlj Ad senecta ego ipe z vsqz ad canos portabo te No
grepint primaz seim ffia Jone iij Vidit deus opa ninivitare qz co
versi sut et quersus e sup malicia quam dixit face ee no fecit
hij nisi xl dies habebant vite Vn hij sut quibz ia na negat
sua beneficia s. acumine visus subtilitatez audita ee aliorz sensuu
integritatez No tn dns negat eis sua grat horu vita z ia vxori te
diosa filiis amica servis fastidio plena solus deus eos tolerat
ex sua mia Jam no potis edentulus madutare carnes deu tn im
pugnare no cessas Johel ij Cognoscite senes quem ut sic coue
nire solet canes Vndecima igr hora exiens invet et illos se invenire
fecit qui se peccado ponderat Cmb dr ysa xlvj prevaricatores re
dite ad cor Et dixit illis q ppe coste reprehensor ysa iij Arguet
te malicia tua et aversio tua increpabit te Cinc quidi inire
pacio vel obiurgacio subiungit Cmd hic statis tota die ociosi Ce
stia increpatio accusat senes z decrepitos peccatores primo ppt eaz
more bn dt Cmd i ob quam eaz ei ppt illud ps Cppt quid irritat
impius deu Et quine in ille sit ea ppt quam ho peccado irritare
deu debeat in senib tn maior ea apparet ymo na Et hic qz eis
i pe iiij Sufficit pterito tpe ad voluptez gentium q̄suuicdam qm a
bulaverunt in luxuriis z desideriis vinolencys z comessacionibus
Spo qz voluptuosa ia eis desipiunt qz sesq ppt senu defectum iaz
vig regi david Nunqd viget sensus mei ad discernend suave et ama
rote cantorum et cantatricum q d no Et io subdit petrus In quibz obstu
pescunt z io qz p exemplu sut pdicio inuenimus Et hic z qz fuit re
z finge ut multi adolescentium arbitrantes nonaginta annorum vnisis
se ad vitam alienigenarum z ipo ppt meam simulitudinez z ppt modicu
corruptibilis vite tpe decipiant z p hic maculaz ee corruptorz mee
senectuti acquiram Ex de mederim dr Jere laque inuenimus vobor
Ordo obiurgat senes ppt loci in quo stat turpitudinez inede
Stat hic in loco s. tumultuosa z inquieto ppt vinum statuignis Job
tuj Cum me credidit nec dormiunt Et px xxj melius est habitare in
angulo domatis qz cu muliere litigiosa y ceta remordete Ego in
loco fetido z immudo hij z senex corpali fetet ppt vinum dige
stione z expulsiue debilitatem similes sp̄ha dr Jobel i Computuerunt
iumenta in stercore suo ysa xxviij Ce mese replete sut vomitu sordium

Tercio in loco obscuro et tenebroso dare in carcerem et certo in
loco tam stricto et periculoso angustia periculosissima est eo statu vivere
in quo nollet mori. Ideo obiurgat senes quo ad modum quo tem-
pus quotidianum ad boni consumacionem unde dicit: Quid statis tota die ociosi, et tota
vita concessa ad illuminacionem gracie in quo ociosi reprehenduntur tamquam val-
de detestabiles. Primo propter consumptionem temporis et perditionem thezauri ine-
stimabilis. Et ideo dicitur Eccli. iiij: Fili conserva tempus. Unde Hugo: Tota die
ociosi sunt qui tota vita usque ad vesperam senectutis inutiliter vixe-
runt. De quorum persona dicitur de re: Anni nostri sicut aranea meditabantur,
quod sine utilitate et fructu boni operis sicut aranea fragilia et inutilia
operantur opera. Telas aranee texuerunt ut caperent muscas, id est lucri
aliquid temporale quod fugit inutiles et perdidat. Super quo levium dyabolo por-
tat Job xxvj: Extendit dominus, id est extendi permittit aquilonem, id est dyabolum
super inchoandum, id est cor ociosum. Ideo qui in lecticula durat ut dicit ut in re-
gula pacta que sunt: Egistus quare sit factus adulter? In promptu causa
est: desidiosus erat. Item inducit violenciam temptacionem. Aqua in
quiete sordet, ferrum rubigine consumitur, et vestimentum tinea
rodit. Dicitur in vitis patrum: Monachum operantem raro demone cu-
pit impugnare, desuetari unde quidam propter sportulas fecit et eas dis-
solvit ne ocio torpeat. Unde de apibus dicitur quod inutiles sunt ociose, ymo oci-
vel panem ociosum comedit. Dicunt ei excusatores pretendentes quod
nemo nos conduxit, sed non possunt modernum dicere: Prochdolor! Quando nos
a bono opere cessantes in excusatores dicturi sumus qui pene
audimus. Nam dicere in Ecclo. Nemo nos conduxit et dicere viam
vite nemo nobis predicavit.

**Cum autem sero factum esset, dicit dominus vinee procuratori:
Voca operarios et redde illis mercedem suam inci-
piendo a novissimis usque ad primos. Cum venissent
ergo qui circa xj horam venerant, acceperunt singulos
denarios. Venientes autem et primi arbitrati sunt
quod plus essent accepturi. Acceperunt autem et ipsi singulos
denarios. Et murmurabant adversus patremfamilias
dicentes: Hii novissimi una hora fecerunt et pa-
res illos nobis fecisti qui portavimus pondus di-
ei et estus. At ille respondit uni illorum dixit: Amice,
non facio tibi iniuriam. Nonne ex denario convenisti
mecum? Tolle quod tuum est et vade. Volo autem
et huic novissimo dare sicut et tibi. Aut non licet
michi facere quod volo? An oculus tuus nequam est quia ego**

Dubitacio utrum homines positi sunt in vinea ista solum ad laborandum et non ociandum. Vide retro

Homines similes Hic ondit mercedis pacifica retribucio Et diuidit in duas ptes In quarum pma ponitur commissio In 2a ponitur qmissionis ex cusacio Cum aut venisset etc In pa pte tangitur sex Pmo tangitur tpus retribucionis ibi Cum aut sero factum esset Sero sm Rabanum est qsummacio tocius mundi aut eciam finis vniuscuiusque hominis qui quilibet sero dr quia vltimus non est tpe operandi sed est tpe qqrendi remuneracionem de opibus factis Mors enim sero dicitur ppter quasdam rones que sunt qmunes bonis et malis s. quia est in tenebris incertitudinis Augus nil incertius hora mortis Et luce xij vigilate quia nescitis qua hora ho dei v vent etc Et hec racio sumitur a silitudine tpis serotini quia sero est tpe tenebrosum 2o quia mors ingerit qcludium timoris omnes enim timent mortem hec racio sumitur a 2a pprietate tpis serotini quia est tpe frigidum Zach xiiij In die illa non erit lux sed frigus et gelu 3o tpe serotinum est tpe finis opm sic in morte terminantur opa singlorum Joh Venit nox cum nemo operari pt Eccl Nec non est opus apud inferos quo tu ppetas Sic mors dr sero ppter quasdam rones speciales quo ad bonos Pma sero est tpe recolligendi domesticos in domo et reficiendi familiares in mensa et collocandi fessos in lecto Et sicut mortem quia tunc boni recolligentur in hospicio celestis glie Joh xiiij Si abiero et pparauero vobis locum iterum venio et accipio vos ad meipsum Sic quia tunc reficientur in mesa luce xxij Ego dispono vobis regnum sicut disposuit mihi pr meus ut edatis etc 3o quia tunc collocabuntur in lecto quietis Apoc xiiij Amodo iam dicit spus ut requiescant a laboribus suis Dr eciam mors sero ppter rones speciales quo ad malos Pma sero est tpe qcludendi qcineos et captiuandi inimicos quia tunc qcludentur mali a qsorcio bonorum Apoc Foris canes venefici Mt xxv venit sponsus et clausa est ianua Sic quia captiuabuntur et incarcerabuntur in carcere inferni ysa xxiiij In die illa visitabit dns sup miliciam celi et sup reges terre qui sup terram sunt et qgregabuntur in qgregacione vnius fascis in lacu et claudentur in carcere Dicit go Cum sero factum esset i. finis vniuersitatis qsumatus Scdo tangitur auctor retribucionis Dicit dns vinee i. deus pr et qsimiliter filius et spus sanctus vniuerse creature dominentur tamen pr hic et alibi dr dns rone prime auctoritatis et fontalitatis dominij que in ipso est 3o tangitur minister retribucionis procuratori suo i. filio qui dr pcurator sui humanitatem ideo quia oia dedit ei pr in manus Joh xiij Et quia filius quia hic minister erit retribucionis in iudicio quod ptinet ad procuratorem Ipse enim dei filius fuit est pcurator dei pris in ca hominis et dei qf dyalum Ad hanc causam dyscuciendam non accessit pr p se ipsum carnem assumendo misit procuratorem s. xpm qui suscepit carnem de virgine et ipse adeo est pcurator nr in aula celeste imperij Vbi ipse qparet p nob in oi ca Juxta illud Hebr Non introiuit ihus in xpm celo ut appareat nunc vultui dei p nobis Et J. Joh ij Aduocatum habemus apud prem dnm nrm ihm xpm et ipse est propiciatio p pctis nris et non p nris tm sed eciam pro totius mundi Secundum enim

Cam

Habemus accessum ad iudicium ubi Christum procuratorem et advocatum habemus
Sed quemadmodum Christus deus pater vocat operarios ad vineam suam mercedem
tamen eis non tribuit sed committit ipsi domino et quia ad deum patrem pertinet
omnipotentiam pertinet trahere homines ad unitatem ecclesie et punire. Unde ipse
ipse dicit Nemo potest venire ad me nisi pater meus qui misit me
traxerit illud iudicium ad mercedes reddendas competit filio propter duo
Primo quia ipse sapientia est et attente que ad iudicium requiruntur. In
ipso sunt omnes thesauri sapientie et scientie dei absconditi ad Coll. ii
Secundo ne aliquis crederet eum esse minorem patre propter humanitatem assump
tam sed quod videatur equalis patri ideo dicitur Joh. v Pater non iudicat quem
quam sed omne iudicium dedit filio ut omnes honorificent filium sicut hono
rificant patrem. Vel [illegible] dux [illegible] ipse est presidens et pro
curator sicut ipse est hostium et hostiarius / hostiarius enim ipse est veni
ens ad iudicium ut unicuique reddat secundum quod gessit sive bonum sive malum.
Procurator intelligitur angelus qui agere super mercedes retribu
endas secundum precepta Christi possunt mos quotari, per quem convocati
sunt omnes operarii. Unde dicitur voca operarios. Ista vocatio operari
orum forte erit in voce tube archangeli: Surgite mortui ve
nite ad iudicium. Quod sic omnes congregabuntur in iudicio ut unusquis
que recipiet secundum sua opera, ut dicit Remigius. Voca opera
rios id est statue eos ante tribunal tuum. Joh. v Venit hora in qua
mortui audient vocem filii hominis. Operarios sive bonos sive malos ut
unusquisque secundum sua merita accipiat. Item operarios non ociosos, non
eos qui in vinea comessationibus sed qui laboribus intenderunt. Prov. ult.
date ei de fructu manuum suarum et laudent eum in portis filie Syon. Apok. xiiii
opera enim illorum sequuntur illos. Tercio opus nisi ad ultra. Et redde
illis statim sine dilacione mercedem suam totam sine diminucione. Gen.
xv Ego protector tuus sum et merces tua magna nimis. Et I Co
rinth. iii Unusquisque propriam mercedem accipiet secundum suum laborem.
Ps. Cum dederit dilectis suis sompnum etc. Et nondum quod tamen plures sint
dies in labore una tamen dies tamen mercedi assumitur [illegible] reposita
et in thesauro iusticie quam reddet in domino in illum diem in quo [illegible]
qui penam laboris per partes distinguit mercedem tamen totam simul reddet
Quotidianam enim penam bibit et per minutias transit ne per una dies
laborem suum in aliam transmittat. Sufficit enim diei malicia sua. Mer
ces autem simul reddet in fine desiderabili. Phil. I Cupio dissolvi et
esse cum Christo. Nota merces ista datur celeriter Apok. ultimo Ecce venio
cito et merces mea mecum. Qua enim hora non putatis filius hominis
veniet. Compromittitur faciliter Matth. x Si quis dederit calicem aque
frigide non perdet mercedem suam. Exhibetur liberaliter Gen. Ego
sum merces tua magna nimis. Quia [illegible] merces vera multa et in celis
oculus enim non vidit etc. Possidetur eternaliter. Eccli. xviii Ne verea
ris iustificari usque ad mortem quoniam merces dei manet in seculum.
Vel sic. Voca operarios scilicet per mortem et redde mercedem scilicet in imagine
perpetue deo mercedes quia in ea stabile primum et quietum erit [illegible] resultabit et dotibus [illegible]

7tio

Sedo tangit mercedes retribuntos Et redde illis mercedem suam
i primum quod unusquisque accipiet secundum opera sua prout gessit i
ad Chor unusquisque propriam mercedem accipiet secundum laborem suum
Sexto tangitur ordo retribucionis quantum ad personas quia incipiens a
novissimis usque ad primos i ab illis qui venerunt hora xi usque ad
istos qui venerunt hora prima Dubitaret autem aliquis quare deus prius
voluit ut priores essent in primo qui erant posteriores in opere Re
sponderi cum potest unos secundum Greg quia videmus frequenter qui tarde inci
piunt operari scilicet in senectute amplius remunerantur quia primus de tempore exierunt
ad regnum quam hii qui in puericia vocati esse videbantur Alios secundum
Cris eciam semper libencius damus illis quibus gratis damus quia pro solo nostro
honore damus Sic deus reddens mercedem suis prius Sic
Sic et magis lucet gracia dei in incommunicando eos qui in senectute
ceperunt operari quam illos qui a puericia bene fecerunt dicit Cris ut deus osten
dat ineffabilem graciam suam ab indignioribus i a novissimis incipit
quia gracia ordinem non aspicit Dicitur ergo gracia qui in domo sua plus
aspicit cor et perfectionem et operum et temporis supplet in nobis dampna istius operis
et temporis Sic Bern Exaggerata quantum vis merita et extolle sudores
melior est gracia dei super vitas Et ea sane operis ac temporis dampna
mecum resarcio Deinde cum dicit Cum venisset ergo ponit principale
et novissimorum communicacionis execucionem Et introducitur 3o Tercio primo
ponitur equalis retribucio que consistat in hoc quod tam hii quam isti acceperunt
singulos denarios Iste denarius fit celestis vite eternitatem qui eciam
modicum laborantibus datur dicit ergo Cum venissent ergo scilicet ad preceptum
vocatorum qui circa horam xi venerunt scilicet ad operandum in vinea
acceperunt et ipsi singulos denarios i vitam eternam Unus denarius
et vita eterna que equalis erit omnibus nulli longior nulli brevior
quamvis tamen in dignitate alii magis alii minus scilicet ad Cor Stella
a differt a stella claritate Venientes autem primi Precipitur vocatur
ad laborem doctrine increpat hic vicium invidie Ubi confutat primo
querulam murmuratorum per suam equitatem quia ubi stringitur equitas desinit
tessare murmur Secundo confutat eorum nequiciam per suam bonitatem
ibi Volo autem et Fuit murmur et in ore nequicia in corde dicit ergo
Venientes autem primi scilicet iudei vel eciam qui primo vocati sunt ad pe
nitenciam arbitrati sunt quod plus essent accepturi Et hic esset Secun
dum iudicio humano ut plus laborantibus plus daretur primum Sed hic iudi
cium superexaltat misericordia dei ut statim patebit Intelligi dignorem locum
in regno qui prius fuerat in tabernaculo vel in templo vel in ecclesia Sed
minus arbitrabantur quod patet quia acceperunt et ipsi singulos denarios scilicet sin
gula premia non convenientem porcionem Tamquam i eandem eternitatem ut quam gen
tibus iustificatur Glo super isto verbo Et acceperunt hii sunt qui inicio
ecclesie nascentis vocati et gentibus se preponebant quod plus dei ab ini
cio venit superbos vocare sed iustos et humiles penitentes cum magis
placet humilis confessio malorum quam superba bonorum gloriatio

Dubitaret aut forte aliquis de ista retribucione denarii Non enim
videtur iustum ut equale recipiat premium modicum laborantes cum hijs
qui multum laboraverunt vnde videtur quod satis racionabiliter murmuraverunt
qui hora prima venerunt Sed dicendum quod ista retribucio iusta est et racionabilis
Justa quidem quantum ad precedentes quia datur eis pro suo questu misericordiam
quo ad sequentes quia pro modico labore equale premium potentes recipiunt
Non ergo iniuste agetur cum primis si misericorditer dispensatur cum vltimis
Item 2o ideo est equale premium ut ondatur cum apostolo quod non ex operibus iusticie
saluamur Non enim cōmensuratur magnitudo premij ex operibus sed ex feruore
caritatis / et quamvis quam minus operantur premium habent equalem caritatem cum hijs qui
multum laborant ideo non est inconueniens si equale consequuntur premium Jt 3o
dicitur premium beatum esse equale in duracione quia sine multum laborauerint
siue parum de omnibus tamen videtur illud Sap. 5 Justi
autem in perpetuum viuent et apud deum est merces eorum Non enim plus du
rat in eterna beatitudine sanctus petrus quam latro in cruce conuersus Sed licet
ille denarius equalis sit in duracione non tamen sit equalis in magnitudi
ne valoris In domo enim patris mei mansiones multe sunt id est multi gradus
beatitudinis vnde Augustinus de sancta virginitate in hoc premia ipsa vita eterna
pariter est omnibus sanctis equalis denarius qui est omnium retribucio qui est omnium
mercces premia vero in ipsa vita eterna distincta lucebunt singula meritorum
Mansiones multe sunt apud patrem Ac in denario quidem non impari
non viuet vnus alio prolixius In multis autem mansionibus honoratur alius alio
clarius Jt certo per dicta quod licet sancti omnes equales sint in magnitudine gau
dij Nam ut dicit Augustinus in postilla et hoc quod quilibet beatus diliget tamen alium
sicut se ipsum sequitur quod tamen gaudebit de beatitudine alterius quantum de propria
Et ideo gaudium singulorum erit omnium Et ex hoc ille denarius erit equalis
Ergo ponitur quoddam murmuracio Et accipientes murmurabant vnde du
plicem videntur habere causam murmuracionis et quod in remuneracione erat vltimi
cum tamen fuisset primi in operacione et quod equale premium non equaliter laborati
bus sunt datum Sed obmissa prima causa solum murmurant propter 2am de hijs no
uissimis scilicet gentiles vel martires vel in bonis seniores vna ho
ra fecerunt quia modico tempore labores sustinuerunt deuocio enim volunta
tis temporis spacium voluntate breuiauit tamen merito passionis christi Et
pares illos nobis fecisti scilicet in premio Qui portauimus diei et estus pon
dus diei scilicet opus iusticie / Estus vero temptacionis sine calore tempta
cionis quas conflant malignitas demonum cupiditas temporalium de
lectacio motuum carnalium Portauimus ergo pondus quia iusticiam
seruauimus et non succubuimus Ista verba possent esse eorum qui a
puericia usque ad finem vite sue deo seruierunt et sustinuerunt pondus
religionis et penitencie atque estus temptacionis et merito plus premij consequuntur
quam hij qui in senectute deficiente calore etatis inceperunt Similiter ex
conuersi patres antiqui patres videlicet Noe Abraham ysaac et Jacob et moyses
si non receperunt plus premij quam homines presentis temporis Ipsi enim sustinuerunt
magnos labores et temptaciones estus Nam tempore illorum mundus erat quasi
in iuuentute tota floribus pulcritudinis et leticie ac iocunditatis prosperitatis
vnde magis inferebat estus temptacionum Nunc vero mundus antiquus effectus

Et quasi deficiunt delectamenta operis Et ideo in presenti tempore non erunt
gravati tantis estibus temptacionum Et licet ita sit tamen non sunt iusti causam
murmurandi ut statim patebit Dubitaret forte aliquis quomodo sancti dicuntur
murmurare deo de equalitate premii aliorum cum tamen dicit beatus Gregorius Nullus
qui murmurat regnum celorum accipit Et nullus qui accipit murmurare
potest Ad hoc videtur Crisostomus quod non oportet quod ea que in parabolis dicuntur secundum
quod totum quod dicitur investigare sed intencionem propter quam posita sunt intelligere
Unde illa similitudo murmuris non est transferenda ad eos qui beati sunt ut
dicuntur murmurare ex invidia sed ut ostendatur hos tantos potitos honore
esse quod in invidia alios non posse ingerere Alio modo videtur ad hoc Gregorius
quod antiqui patres quamvis magni essent meriti maiores tamen ducti ad re-
gnum non sunt sed usque ad Christum expectabant et hoc eos murmurasse est
hii vero qui iam in undecima hora laborant iam ut venit Christus de corpore
statim deducuntur ad regnum et isti non murmurant Quasi quippe corpore
quedam murmuracio est Tercio dicitur potest quod ista murmuracio erit admi-
racio de tanta bonitate dei in futura remuneracione Sciendum
quod duplex est murmur scilicet conquestionis et admiracionis Nunc vero sancti non
murmurant tamquam de aliorum gloria conquerentes sed quia videt quod deus tam
copiose remunerat tarde venientes quia sibi longo tempore servientes quasi
murmurare dicuntur dei super hoc liberalitatem et ammirantes
quod illi novissimi quasi pro nichilo et sine labore vitam eternam vide-
tur acquirere Unde et Petrus murmurare potuit quod latro tam cito ipso ad
regnum pervenit Cristo per reglam Chrisostomum Sermo quod fit sermo ad
alios et alios de aliorum multitudine non mutata voce sicut in
fratris filio videtur eos querebat cum non offensis sed aliis remanentibus
Et Iudei semper commurmurabant quia mala visa gloria dei in iudicio
vel cum quamvis laboraverunt tamen finaliter in gracia non remanse-
runt Cristo potest dici quod illa murmuracio intelligenda secundum quod Symmachus
Ecclesiasticus tollit enim per illud quod sequitur Et quod ne murmu-
tas ne murmurare possunt Si tamen ubi ponitur esse murmur attendat
quomodo murmur tollat quemcumque tensionem per textum qui sequitur
Nota quod ista parabola habet quod deus non remunerat solum opus
operatum principaliter sed secundum opus operans Et ideo si quis diu exercuerunt
se in operibus bonis cum torpore et remissa caritate alius novissimus quan-
titate habebit plus de premio quam primus Et ideo deus in remuni-
nerando non aspicit quantum homo facit sed ex quanto Hinc eciam colligitur
quod sera penitencia si vera fuit nec tollit graciam nec diminuit Et licet po-
steriori equaliter remuneretur cum primis Non tamen stulte differendo
converti vel bene operari usque ad undecimam horam et ultimam temporis Nec tunc in-
ime honerata peccatis sive cor impenitente converti non posset vel
si penitens admittatur pro peccatis satisfaciendo tenebatur Si tamen usque ad
hoc distulisti bene vivere nec tunc desidie sed magis quam prius caritatem
animi intende Unde Tullius Senibus labores corporis minuendi exercita-
ciones animi augende videntur Et ita nichil magis cavendum est
senectuti ne languore desidie quasi succumbat Nota quod hic dicitur
doctrina quod religiosi non debent facere comparaciones suas ad alios

Nam sepe videmus quod quidam scolarium equantur meritis quorundam religio-
sorum vel etiam eos excedunt. Item docet hic seniores claustrales non
debere murmurare si videant aliquos iuniores ipsis equari vel etiam et
officio eis preferri et plus honorari. Sic in simili docet Crisostomus. Nam
qui in prima parte seculi natus est et nec amplius vixit quam statutum tempus vi-
te sue quid illi nocuit si plus post illius exitum mundus stetit et quanta
fine nasceretur non magis vivet quam dies sibi concessi sunt ei. Et quid
prodest ei ad compendium laboris si cito mundus finitur cum ipse spatium vite
sue compleat ante mundi complementum. Denique non est de homine qui nascitur
primus aut postea sed potius dimidie neque ille quidem potest sibi locum
defendere qui primus natus est nec ille contemptibilior est esse qui postea h[...]

At ille respondens uni Hic confutat murmuratorem per suam equitatem
quia ostendit dupliciter. Primo non inferendo iniuriam secundo faciendo
iustitiam ibi nonne ex denario. Dicit ergo At ille respondens uni illorum
qui forte se magis ingerebat et dixit. Quasi dicat quod uni dixit om-
nibus dixit. Vel uni intellectuali creature et equalis erat omnibus murmu-
randi ratio. Amice. Ecce quam amicabiliter ratiocinari videtur. Ami-
ce per fidei susceptionem sed non per contritionem. Non facio tibi iniuriam. Job x-
xxiiii. Absit a deo impietas et ab omnipotenti iniquitas. Crisostomus de
dato eius nemo iuste murmurat quia amplius dat quam homo meretur.
Et quod non faciat illi iniuriam declarat quia dat sibi illud de quo
pactum fecerunt. Nonne ex denario convenisti mecum. Quasi dice-
ret Et ideo non teneor tibi dare plus. Consequenter. Tolle quod tuum
est et vade. Secundum Gregorium quia recepisti mercedem tuam. Nota autem quod si non
fecisset pactum non sic faciliter tamen murmurationis removisset. Honestus
enim homo plus dat merenti sine pacto quam cum pacto. Et ideo etiam con-
sideratione ea ille personas tu dedit servitiis qui fuerunt quieti
sine pacto [illegible] quam cum pacto. Vel tolle quod tuum est
scilicet penam eternam et vade in ignem eternum. Textus. Reddo tibi
opus tuum vel secundum expositionem de bono [illegible] et si murmuraverint
murmure non fuit creature. Et exponitur sic Tolle quod tuum est [illegible]
pacto sed tibi reddo mercedem tuam et vade in gaudium domi-
ni vel secundum Ieronimum Persevera in accepta iustitia. Vel secundum ali-
os expositores desine murmurare vel habe patientiam quousque tollas
mercedem tuam. Volo autem et huic. Hic refutat eorum nequitiam
per suam bonitatem dicit ergo Volo autem. Sicut enim sola voluntas dei causa
est productionis rerum. Ita quod non sit ibi locus murmurationi. Ut dicat
opus factori suo. Quare me sic fecisti et non sic quemadmodum aliam cre-
aturam. Ita etiam sola dei voluntas est rationalis et sine affectu ma-
licie. Volo ergo. Et huic novissimo id est populo gentili vel [illegible] et
tali dare sicut tibi scilicet populo iudaico. Textus. [illegible] ista est ut co-
equalis tibi fiat populus gentilis. Vel huic novissimo id est in prima
[illegible] sic tibi [illegible]. Et ne illicita crederetur voluntas subdit
An non licet mihi facere quod volo. Signanter dicit quod volo quia cum
velit id licitum. Nos autem quia licitum ideo volumus. Et ut non solum
licita sed etiam benignitate plena ostendatur voluntas divina addit An

oculus tuus ideo consideratio tua vel intentio nequam est et dequalis
cum ego bonus sum et non bonitate mee (me habundat quantas
vbi dr necessario non sunt culpa sed propter consideracionis inequalitem Cum
illa admiracio procedit et consideratione diuine iusticie magis
quam et eius mie infinite. vbi Grego. Stulta est ista oratio contra
dei bonitatem, conqueritur quidem quasi si non daret quod deberet
conqueretur non si dat quod non deberet

Sic erunt nouissimi primi et primi nouissimi/ Multi enim sunt vocati pauci vero electi Hic est

ingitur parabole congrua adaptacio Sic enim circa initium autem principium
huius capituli cum de mercede relinquentium omnia pro Christo mencionem
fecisset premiserat Multi primi erunt nouissimi et nouissimi primi
Et hanc sententiam confirmare volens proposuit hanc propositionem Et hec
duplex sententia que concluditur ex hac parabola Prima est quod in vinea
ecclesie illi qui fuerunt priores ad labores in remuneracione
erunt posteriores Vnde dicit Nouissimi primi et primi nouissimi Sed
exponitur vno modo iustitie de iudeis et gentibus secundum Remigius et Crisostomus
Primus enim iudei sunt vocati ad fidem quam gentiles et tamen prius sal
uantur gentiles quam iudei et sic iudei de capite vertuntur ad cau
dam Nos autem transmutamur de cauda ad caput vnde dicitur Deutro
nomium aduena qui tecum moratur ascendet super te et ille erit
in caput et tu eris in cauda Et sic nouissimi in oculis suis
sunt primi in oculis dei j Reg. Nonne cum paruulus esses in oculis
tuis caput in tribubus Israel constitutus es Et econuerso primi in oculis suis
sunt nouissimi in oculis dei Gregorius omnis qui se extollat humiliabitur
vel nouissimi in iudicio hominum sunt primi in iudicio dei
et econuerso Vnde homines vident que foris parent deus autem intu
etur cor primo Reg. xv Et ideo frequenter deus aliter iudicat quam homines
Alio modo comparando inter maiores et minores statu secundum eundem Re
migius Sancti enim apostoli nouissimi videbantur Sed relinquendo omnia per
humilitatem gratiam facti sunt primi Sed econtra plurimi qui propter studia
bonorum operum a bonis operibus defecerunt et cum fuerunt primi erunt
nouissimi propter culpam Tercio modo secundum Crisostomus vt sit comparacio inter senes
et iuniores/ composita est autem hec parabola ut dicit Crisostomus ut eos audacio
res faceret qui in vltima senectute conuertuntur ne existimarent se
nunquam aliquid habituros Sepe enim illi qui ad principium tarde venerunt
eciam remuneracionem quam illi qui tempestiue venerunt
de corpore exeunt vel sepe illi qui tarde ad principium venerunt pre
cedunt illos in feruore Sic in viuere fieri consueuit ut qui tardius
venerunt velocitate moram compensat Quarto modo secundum Remigium ut sit
comparacio inter homines et angelos. multi enim hominum qui a via nouis
simi sunt efficiuntur per vitam angelicam quibusdam angelis superio
res Et quidam angeli qui fuerunt primi facti sunt nouissimi Quinto

...nio secundum Crisostomum ut tollat omnis comparatio Nam ideo dicit primos novis-
simos futuros et novissimos primos non ut novissimi digniores
sint quam illi sed ut coequentur et nulla sit inter eos temporis differentie
causa / Secundam similitudinem addit hic metuenda valde scilicet multi sunt
vocati pauci vero electi Quod secundum Crisostomum non ad superiores solum pertinet
sed pertinet ad gentiles scilicet et ipsis gentilibus multi vocati, sunt
pauci autem eligendi Sic non quia de omni natione mundi non sunt
electi nisi christiani qui tamen pauci sunt respectu aliorum, sed nec christiani
omnes salvantur scilicet ut dicit Gregorius Ad fidem plures veniunt
ad celeste regnum pauci perducuntur / Plerique deum vocibus sequuntur
moribus fugiunt / Unde dicit salvator Mathei 7 Non omnis qui dicit michi do-
mine domine intrabit in regnum celorum sed qui fecerit voluntatem
patris mei Soli tamen christiani salvabuntur qui christianitatem nomine
operibus comprobant qui pauci sunt Unde dicit Ysaias 9 c. Multiplicasti
gentem sed non magnificasti letitiam Multi sunt de ecclesia militante
qui non erunt de ecclesia triumphante In quo paucos credit esse eos
qui salvantur ad comparacionem eorum qui per singulas horas vocantur scilicet
secundum Gregorium ad fidem plures veniunt plures eciam parietes im-
plent sed ad celeste regnum perducuntur / Hec figuratur de filiis Israel
quorum multi ad terram promissionis sunt vocati sed pauci ad intran-
dum sunt electi Et similitudinem de Gedeone qui plures ad bel-
landum vocavit sed paucos elegit quos scriptum dicit scilicet la-
ta est via et spaciosa porta que ducit ad perdicionem et multi
sunt qui intrant per eam Sed arta est via et angusta est porta que
ducit ad vitam et pauci sunt qui intrant per eam Unde in vita
beati Bernhardi legitur exemplum valde terribile Et fuit quidam here-
mita in nemore xxx annis solum herbis radicibus et aqua con-
tentus qui propter pilos sicut bestia reputabatur Iste post mortem
episcopo Lugdunensi apparens quesitus de statu suo dixit triginta
ta milia hominum simul et semel cum eo migrasse et quibus ipse
et beatus Bernhardus sine purgatione intrassent Tres vero in purgato-
rium Ceteri homines ad infernum descendissent. Dupliciter et nos vo-
cat deus in presenti ad laborem in futuro ad requiem Unde notandum est ut
qui merces futuram desiderat remuneracionem presentem non refugiat laborem
scilicet illi qui pro deo fidem susceperunt laborem feliciter pervenient ad
remuneracionem quando audient deum dicentem Venite ad me omnes qui la-
boratis et onerati estis et ego reficiam vos Et tanto maiorem
remuneracionem accipiet quanto maiorem laborem sustinuit scilicet iuxta te-
stem apostolum unusquisque mercedem secundum suum laborem accipiet Quia ergo
quod vocati sumus novimus utrum vero electi adhuc ignoramus Et ideo
tanto sollicitiores esse debemus in bono opere quanto excusabiles
nos esse scimus de vocatione Unde Gregorius Duo ergo sunt que sol-
licite pensare debemus Primum est ut de se quisque minime
presumat scilicet et si iam ad fidem vocatus dignus sit utrum perhen-

regno dignus sit nesciat. Secundum vero est ut unusquisque peccatorum quamvis late
fortasse in viciis conspiciat desperare non audeat quia divine misericordie di-
vitias ignorat. Secundo cum sit hodie aspiciamus sed quid cras futurus sit
unusquisque nescimus completurus. Et qui post nos venire cernuntur per agi-
litatem nos boni operis antecedunt. Et nos eos cras sequimur qui hodie
preire videbantur. Unde et Crisostomus: hec parabola posita est ut qui corde
conpungitur non desperet sed audacior fiat quia in hac vita non est ita se-
ra penitentia quin si corde perfecto fiat possit tanto fervore procedere ut
mereatur militie prioribus ut sic servientibus in primo conferri. Hec Crisostomus.
Nulla ergo desperationis nullus locus restat excusationis siquidem in
omni etate et in omni hora peccator suscipitur. Propter quod ait Ezechiel: In quacumque ho-
ra conversus fuerit et ingemuerit vita vivet et non morietur. Et quia
incerta est in omnibus etatibus qualibet hora vocationis sue paratus unus-
quisque debet esse in bona operatione ut sic incertus est exitus sit certus
sit in bono opere animus ne forte si quis potest non vult bonum operari te-
incipiet velle cum non erit posse. Debemus ergo omni die sic vi-
vere tamquam illa die morituri ut sic residuum temporis nostri possimus
expectare securi. Unde Seneca: Sic ordinandus est dies omnis tamquam
cogat agmen atque expleat vitam. Ille beatissimus et securus sui posses-
sor est qui crastinum sine sollicitudine expectat. Inter cetera ma-
la hoc habet stultitia proprium quod semper incipit vivere. Secundo est turpis in-
quam senex vivere incipiens. Considera quam pulchra res sit consumare vi-
tam ante mortem. Deinde expectare securum reliquam temporis sui partem.
Nullus non vita in crastinum spectat. Non enim vivunt sed victuri. Item
differunt. Item Seneca: Multum quidem quippe iuvat ad vincendam de-
lectationem peccati recordatio mortis et finis. Unde Sapiens: In omnibus
operibus tuis memorare novissima tua et in eternum non peccabis.
Et Gregorius: Nichil tantum ad domandum desideriorum carnalium appe-
titum valet quantum unusquisque mortuum pensset. Et Bernhardus: Salubre
vivum est consilium remedium redimendi ad deum libere per obliviam mor-
tem. Multum etiam iuvat nos non desides et pigros sed alios et studio-
sos aspicere si volumus non desides effici et pigritari sed fervere potius et
proficere. Inde enim exempla et bona multa poterimus repetere.

Hic possunt esse octo dubitationes. Prima utrum
per vineam istam convenienter possit signari ecclesia militans. Secunda
utrum in vinea ista homines positi teneantur in ea laborare et non
esse ociosi. Tertia utrum Christus sit procurator singularis ecclesie seu
vinee. Quarta utrum apostoli et alii operarii ecclesie mercenarii possint
dici. Quinta utrum per denarium diurnum eterna beatitudo intelligatur.
Sexta utrum bonum opus additum apud deum reddet operarium dignum maiori
premio. Septima utrum omnes homines ad eternam beatitudinem sint
vocati. Octava utrum electi et predestinati sunt pauciores reprobatis.
Ad primam ostenditur quod ecclesia militans per vineam designetur per quod

Primo ratione apparentie et hoc quantum ad locum et quantum ad tempus. Quantum ad locum nam vinea nostra etiam turpissime apparet, sed in frondibus in alto pulcherrima. Sic sancta ecclesia hic in terra turpissima apparet quia ceci et claudi et rugose vetule cum multis miseriis sunt in ea hic. Pauperes et debiles etc. et etiam inducie huic. Sursum autem in celo pulcra est quia omnes sunt reges et regine et secundum primam Petri. Regale sacerdotium gens sancta. Similiter quantum ad tempus nam tempore hiemali vinea tota apparet turpis et dissoluta et decorticata. Inverno autem et estate apparet tota pulcra et ordinata. Similiter ecclesia in tempore hiemis et adversitatis tota videtur turpis et dissoluta et nulla providencia gubernari quia in ea mali exaltantur et boni deprimuntur. Jeremie. Quare via impiorum prosperatur bene est omnibus qui inique agunt. In futuro autem eius pulcritudo ordo apparebit. Prima Johannis. Karissimi filii dei sumus sed nondum apparuit quod erimus. Cum autem apparuerit similes ei erimus. Philippenses. Reformabit corpus humilitatis nostre configuratum corpori claritatis sue. Secundo per vineam ecclesia designatur ratione convenientie quia tota virtus vitis et bonitas apparet in et non in frondibus. Sic tota virtus ecclesie in operibus caritatis et non in foliis verborum et vestimentorum omnium et religionum. Christus. Non omnis qui dicit mihi domine domine intrabit in regnum celorum sed qui facit voluntatem patris mei qui in celis est. Jacobi. Ostende mihi fidem tuam ex operibus. Unde illa ficulnea que non habebat nisi folia maledicta est a Christo. Matthei xxi. Vinea in ecclesia dei habens solum verba vinea [illegible] solum vestes qui sunt palmites apti incidi et in ignem proiciendi. Johannis xv. Omnem palmitem in me non ferentem fructum tollet eum. Ille est qui verus palmes istius vinee qui in eo vere respondet frondibus et frondes uvis id est sancta verbis et habitui et verba et habitus factis. Ezechielis. Vitis frondosa ysrahel fructus adequatus est ei. Palmes et frons vitis ubi vue nascuntur. Tertio per vineam ecclesia designatur ratione prudentie quia sic vitis precisa ad nullum apparet et apta nisi ad ignem. Sic palmites ecclesie id est fideles si per peccatum mortale a Christo abscidantur ad nichilum valent ultra nisi ut ad ignem inferni mittantur. Ezechielis. Fili hominis quid fiet de ligno vitis ex omnibus lignis nemorum. Numquid tollent de eo lignum ut fiat opus quod non. Unde sic palmites adherentes viti omnibus lignis sunt meliores et precisi a vite viliores. Sic fideles dum sunt in Christo sunt nobiliores omnibus creaturis et precisi ab eo sunt viliores. Proverbiorum. Melior est canis vivus leone mortuo. Quia vero sol enarravit ad nichilum valet ultra etc. Quarto per vineam ecclesia designatur ratione putationis et colligationis. Vinea sic vinea deuastatur et vertitur in labruscas. Labrusca dicitur vitis silvestris et ascendunt super eam vepres et spine nisi putetur et ligetur. Sic ecclesia dei non protegitur a principibus et a tirannis et ab hereticis qui exterminant eam devastatur et destruitur. Et ascendunt super eam vepres et hereses et peccata. Ysaie. Nunc ostendam vobis quid faciam vinee mee. Et subdit. Non putabitur et non fodietur et ascendent super eam vepres et spine. Et

Ideo oportet purgari. Luce [3] Cuius ventilabrum in manu sua et
purgabit aream suam. Et de hac vinea dominus multum cogitur quia eam
ita diligenter plantavit et excoluit eam. Illa ut dicit Bern. Hec vinea
est plantata manu dei, redempta sanguine christi, irrigata vo-
ce veritatis, propagata gratia et virtutibus, et fecundata spiritu sancti. Domi-
nus vuas magnas asportat dyabolus et ipse non nisi racemos
colligit. Racemus dicitur parvus ramusculus cum uva scilicet post botri-
um vel dimissus post vine vindemiam. Vindemia dicitur uvas a vinea auferre vel
vites putare. Effectus sic qui colligit quantum post racemos
vindemie. Ista vinea figurata fuit per vineam quam plantavit
Noe qui bibens vinum inebriatus est et nudatus in tabernaculo
suo. Similiter enim dei amore custos vinee inebriatus est, et sic ebrius
in cruce nudatus. Et attende quod hanc vineam domini quatuor deva-
stant et impugnant. Primo nequitia hereticorum quia falsa exposicio-
ne scripture et pestifero dogmate ecclesiam totam corrumpere nituntur.
Secundo pessima tyrannorum. Psalmus: Exterminavit eam aper de silva. Isti
apri frequenter ecclesiam dei ad usque solitudinem redegerunt ut dicit
Augustinus. Et nisi manu dei fuisset tecta omnino perisset. Tercio su-
perbia prelatorum quia quottidie per malum exemplum ecclesiam dei de-
vastant vineam scilicet christi. Iere. Pastores demoliti sunt vineam
meam. Ista superbia et magne divicie que in ecclesia dei sunt
causantur valde cum dotatio et patrimonium christi, et ut ad sa-
lutem et non perniciem. Quarto habundancia peccatorum. Sicut figuratur
Iezabel peccatrix vineam Naboth dissipavit ut 3o Reg. xxi. Patet
Tot enim mala et ecclesia dei tam in clericis quam in laicis habun-
dant quod non videtur vinea domini sed diaboli et remota fide magis
videtur vinea domini plebs sarracenica quam christiana. Et tantum ha-
bundant in ea mala quod videtur dominus ipsam non custodire, sed eam
totaliter dereliquisse. Osee. Homicidium furtum adulterium et
mendacium inundaverunt et sanguis sanguinem tetigit. Ad
secundam respondetur quod ad laborandum inducimur et ducimur in
vineam domini. Primum quia natura quia ad hoc nascimur ut laboremus. Iob v. Homo
nascitur ad laborandum. Etiam in statu innocencie homo laborasset. Gen.
ii. Tulit deus hominem et posuit eum in paradiso ut operaretur et custodiret. In communi de statu illo
labor ille non erat homini ~~[illegible]~~ penosus sed delectabilis. Post
peccatum autem datus est homini in penam. Gen. iii. In labore vultus tui ve-
sceris pane tuo. Secundo creatura. Omnis enim creatura laborat ut
non ociatur secundum voluntatem vita patrum. Nam de angelis dicit apostolus
Hebr. Omnes sunt administratorii spiritus in ministerium missi. De celo
vero sole luna et stellis patet ad oculum quia quottidie moventur et
peragunt officium sibi iniunctum. Omnia etiam mota elementa, ac
etiam terra licet non motu locali sed alteracionis. Omnia etiam animalia
victum sibi venditant. Prov. Vade ad formicam o piger et considera
vias eius. Item de apibus dicitur quod non patiuntur ociosam in congrega-
cione vinee. Tercium scilicet locus. Non enim sumus in hoc mundo tamquam in loco

z qui asina sedebat utrique de pabulo prouidebat / Solvite / hic iniungitur creaturis debita sacri officii in tribus scilicet in solvendo in adducendo et in dicendo. Solvere est a vinculo liberare et hoc per ante / unde dicit solvite / Adducere est ad graciam per penitenciam et hoc exemplo bonitatis / ideo dicit / adducite michi, ipsa scilicet adducet omnes fere vos de cunctis gentibus domino domino Dicere est ad remotorum impedimenti et hoc verbo veritatis / unde subdit Et si quis vobis aliquid dixerit scilicet impedire vos volens / dicite quia dominus hiis opus habet scilicet cum serviet ei omnis creatura / non propter suam necessitatem sed propter nostram utilitatem Confestim dimittet eos / hoc duobus modis intelligi potest / uno quod referatur ad ipsum sic dicite quia dominus hiis opus habet et cum operatus fuerit statim dimittet eos / sicut dominus qui ingressus fuit urbem statim misit alia ad dominum sua Alio ut referatur ad dominum animal cuius est quod dicet ipse dominus animalium statim dimittet eos vobis cum dixeritis quia dominus hiis opus habet / Dicit enim Crisostomus quod ipsius nomen animalium custodes ut mox ad verba eorum daret ea quamvis eis ignotis Et nota secundum Bedam quod hic instare doctoribus precipitur ut si quis obstiterit peccatores a laqueis diaboli solvi et per confessionem fidei domino adduci non tamen a predicatione desistat sed ardentius insistat quod dominus ad edificandum sanctam ecclesiam hiis opus habet Mystice castellum mundus discipuli predicatores Mundus vero est contra predicatores quia mundus amat divitias honores et delicias contra predicatores predicant paupertate abiectionem et asperitatem Asina plebs indocta propter stulticiam pullus populus gentilis propter lasciviam et peccandi consuetudinem Dicit ergo discipulis Ite ad predicandi officium et sacrorum ministerium in castellum id est in mundum qui multiplicat impugnat deum scilicet erroribus et incredulis infidelitatibus in ipporte voluptatibus in impudicis vanitatibus In superbie cupiditatibus in avaricie et ambicionis / unde Iohannes Totus mundus in maligno id est in malo igne positus est / Quod contra vos est dissimili conversacione timide mente obstinatione pudibunda coris obiurgatione Et statim invenietis quia sine magna sollicitudine invenietis asinam alligatam et pullum cum ea / quorum secundum glossam unum ad iudeos scilicet asinam / alterum ad gentes scilicet pullum refertur Igitur iudea secundum deum et in spiritualibus nunc est genitum quia de syon exivit lex Ecce tyla miseria conditionis peccatorum qui debet nos movere ad querendum / Bestialis similitudo quia de homine iumentum est factus et ideo dicit asinam et pullum eius spiritualis ligacio quia de libero factus est captivus Et ideo dicit alligatam talis multitudo quia stultorum infinitus est numerus / Et ideo dicit statim invenietis / ubique enim occurrunt peccatores Ut autem dicit Crisostomus propter quasdam similitudines animalibus hiis assimilati sunt homines domini ut dei filium non cognoscentes Est enim animal hoc immundum rude stultum et infirmum / sic fuerunt homines ante Christum adductum et alligati prava consuetudine peccati quod vinculum fortius est ceteris / quia licet alia vincula vetustate putrescant et corrumpantur vinculum tamen peccati sua vetustate fortificatur / Similiter quis neo scidit quia nulli vult obedire / Solvite monitis verbis ab erroribus et peccatis enodando et corrigendo et solutos audiendo Et adducite michi in fide et moribus informando ut soluti a vinculis me sequantur imitando Sicut enim avis que portat secum vinculum non potest bene ad predam suam volare nec ecce post predam suam potest currere canis vinculatus / sic nec peccator post

Et ysa. Ite angeli veloces ad gentem convulsam et dilaceratam ad populum terribilem

ps. homo cum in honore esset non intellexit et Osee. Ligat eum ps. mal funes peccatorum ligatus peccatores sunt voluptatum illecebre unde spiritus funes peccatorum constrictus sunt singuli

xpm vinclo pcti ligat Et si quis vos aliquo dicat impedire vos voles
dicite qr dns opus hz omnia sermone dne. huius opus hz z operam curid de
sidat non ppter sua utilitatem sed ppter vestram utilitatem vult enim vestram conversionem
ppter vestram salutem Et confestim .i. sine condicione dimittet eos cum isto manda
to mandato superiore Moraliter ierlm fidelis anima seu devota vocatur Vnde sicut
que anima devota ad hoc quod dominus ei appropinquet debet esse ierlm per assimila
cionem Pro quo sciendum quod sicut ierlm civitas erat multinomia pronominibus di
cebatur primo enim dicebatur iebus a iebuzeis eam inhabitantibus Secundo
dicta fuit Salem a suo conditore scilicet Sem filio noe qui et melchisedech
vocabatur Tercio dicta est ierlm quod interpretatur pro primi timor perfectus
Postremo a Salomone dicta est ierosolima Et hiis quatuor nominibus per
tinent quatuor insignes condiciones requisite ad hoc ut dominus anime
devote appropinquet Primo requiritur viciosorum motuum omnimoda conculcacio
Secundo requiritur actuum virtuosorum perfecta consummacio 3o requiritur perfecti
timoris firma radicacio 4to requiritur future beatitudinis prelibatoria de
gustacio felix illa anima que hiis nominibus meruit appellari Et hec
quatuor possunt eciam colligi ex quatuor prerogativis quas de civitate ierlm
in scriptura legimus Erat enim civitas ierlm montana 2o in medio orbis
posita 3o tribus muris circumsepta 4to templo dei insignita Similiter
fidelis anima debet disponi ut ei appropinquet dominus Debet enim esse
in monte sita per inferiorum conculcacionem In medio posita per virtutum consumma
cionem Tribus muris circumsepta per timorem triplicem distinccionem Templo dei
insignita per dei in ea habitacionem Studeat ergo fidelis anima nomine
et rei civitati ierlm assimilari et tunc ei appropinquabit dominus Primo
ergo requiritur motuum viciosorum conculcacio quod innuitur in hoc nomine
iebus Iebus vero interpretatur conculcacio vel conculcatus vel conculcator Debent
autem motus viciosi conculcari tripliciter Primo sic quod non prevaleat Secundo
ita quod non commoveat 3o ut non insurgat Primum est facile per graciam dei
et perstringit ad eternum verbi apprehensionem 2m est difficile et exigitur
ad ingressi verbi retencionem 3m est impossibile in statu vie de lege communi
nisi quis singulari privilegio prefulgeat Primum ad primum sciendum quod antequam
deus in animam devotam veniat oportet eam motus viciosos conculcare
ut in ea non prevaleant Dicitur enim Sap 1 In malivolam animam non introibit
sapiencia nec habitabit in corpore subiecto peccatis Et racio est quia secundum Arist Omnis
res per quascumque causas nascitur per easdem dissolvitur scilicet a contrario Si ergo per concul
cacionem viciorum eternum verbum suscipitur tunc a contrario per viciorum admissionem
expellitur Debet ergo anima devota motus viciosos conculcare ut ei verbum
eternum appropinquet De talibus dicitur Zach x Erunt quasi fortes conculcantes lutum
viarum in prelio et bellabunt quia dominus est cum eis Vita siquidem presens via
est per plures modos viandi quarum nulla est sine luto propter corporis pravum
corpus Sap ix Corpus quod corrumpitur aggravat animam et terrena inhabitacio
deprimit sensum et mundiales illecebre affecciones multiplicat quibus mundus
allicit nos Per harum viarum medium non transitur sine prelio contra vicia In
quo prelio oportet animam fortem lutum conculcare ne maculetur quod figuratum est
1 Paralip xi ubi dicitur Et david obsedit civitatem Iebus ubi erant iebusei porro
vero david cepit arcem syon et sic iebuseos subiugavit Sic fidelis anima si vo
luerit subiugare iebuseos .i. conculcare motus viciosos in se habentes tamquam
cives debet obsidere civitatem Iebus .i. sensuum diligenter custodiendo ne quid
illuc intret vel exeat preter imperium racionis et tunc cepit arcem syon .i. cul
men virtutis vel celsitudinem contemplacionis poterit subiugare iebuseos Et

tne anima vere d(icitu)r Jebus i(d est) conculcans vel conculcata Conculcans enim
ad racionem conculcante(m)/ Conculcata enim ad sensualitatem subiugatam Sed adhuc
anima indiget speciali dei adiutorio Et ideo de dauid legitur quod dicitur quod dux ex
ercituum r(egis) angelorum erat cum eo/ hec enim sunt bella domini que nos pre ceteris
nisi in fitenti infirmi et pacientes i(d est) sua infirmitatem humiliter cognoscentes
et spem suam in robore domini adiutorum ponentes Melior est enim paciens
viro forti et qui dominatur anime sue expugnatore urbium de his d(icitu)r Johelis
iij Infirmus dicat fortis sum ego et talis erat apostolus qui dicit ij cor(inthiis) xij
Cum enim infirmor tunc fortior sum et potens i(d est) qui humilius mea infirmitatem
recognosco. tanto fortius ad auxilium diuine protectionis recurro De tali in-
sto viro ad diuinam protectionem recurrente dicit psalmus Super aspidem et basiliscum
ambulabis et cetera per que quatuor multiplicatur quatuor genera motuum temptacionis
quibus nonnunquam impelluntur eciam sancti viri Nam plerumque motus temptacionis
mentem subrepit et ingerit et trahit ad delectacionis consensum non quidem operis
sed cogitacionis Et hec temptacio mortifera est et veneriat voluntatem et si
signatur per aspidem Unde psalmus venenum aspidum insanabile Nam ut dicit ho(milia) de
proprietatibus rerum Aspidum tanta est virulencia quod eciam sua venenositate
perimit tangentem se cum lancea per distante medium Sic motus malarum cogi-
tacionum ita nocivus est anime quod eciam stante proposito non procedendi in opus
eam interficiat per solum consensum in delectacionem cogitacionis Aliquando vero motus
cogitacionis temptacionis insurgit non ad malum perpetrandum sed ad bonum corrum-
pendum per malam intencionem et significatur per basiliscum qui est regulus dicitur qui
visu interficit aves et oua vineencia i(d est) viros contemplatiuos et opera vita me-
rencia et hoc immittendo malas cogitaciones Unde ysa(ie) xiiij d(icitu)r de radice colu-
bri egredietur regulus et semen eius absorbens volucrem Quandoque eciam motus
temptacionis producit corruptorem boni propositi vel operis per suggestionem alicuius
incommodi temporalis vel timorem inordinati Et hoc intelligitur per leonem cuius
aspectus timorem incutit Unde prov(erbiorum) xxvi d(icitu)r dicit piger leo est in via
leena in itineribus Nonnunquam eciam motus temptacionis fit ad interrumpendam
perseuerenciam finalem vite sancte quod innuitur in dracone qui cauda
constringit animalia que inuadit Unde apoc(alipsis) d(icitu)r quod cauda trahebat terciam
partem stellarum Hos autem omnes temptacionum motus per dei protectionem
conculcare debemus Quod figuratum est Josue x vbi dicitur ponite po-
nite pedes vestros super colla regum istorum i(d est) demonum et aliorum incitatorum
huiusmodi viciosorum motuum Ad hoc perpetuum incitauit debbora d(icitu)r in can-
tico Judic(um) v. Conculca anima mea robustos Et hec est disposicio que
ad appropinquacionem verbi eterni Alios conculcari primum motus viciosi ita quod
non commoueat et hoc quantum ad disposicionem ingressus verbi eterni quia dicitur
non solum appropinquit dux urbium sed eciam ingressus est eam Et hoc solum
competit anime que perfecta est que ad impulsum temptacionis non solum non
succumbit per consensum, ymmo nec aliqualiter commouetur per applausum condelectacionis
commoueri enim d(icitu)r est cum alio moueri Nam primi motus sensualitatis concupiscibilis
naturales et ex genere morum non sunt peccata Sed si iste motibus adiungitur delectacio
iam est peccatum saltem veniale si tamen delectacio constat citra consensum Anima
igitur deuota volens verbum eternum in se retinere et si moueatur nullatenus tamen
debet commoueri et hoc ex singulari confidencia gracie diuine Juxta id psalmus Ego autem
confidens in domino et cetera Talis enim mens que habitat in Jebus vel in urbium per
conculcacionem huiusmodi motuum non commouebitur in eternum et si ad modum ventum
moueatur mox tamen cedat et conculcatur Talis motus configurata huiusmodi historie
tex Judicum Cum dauid iure leuites iter faciens cum venisset contra Jebus que
alio nomine vocatur urbium ducens secum duos asinos onustos et concubinam

Cumque esset iuxta Jebus et dies mutaretur in noctem dixit puer ad dominum suum Veni obsecro declinemus in urbem Jebuseorum et maneamus in ea. Cui respondit dominus suus Non ingrediar oppidum gentis aliene que non est de filiis Israel, transibo usque et cetera Et capiebat iter ut intraret Jebus. Mo: raliter per leviten qui interpretatur impositus intelligitur anima devota cum appo[si]ta gratia ducens ad perfectionem. Per concubinam intelligitur sensualitas. Et advertendum quod hec concubina primus fuit eius uxor, quia intimum afflixerat quod recesserat ab eo in domum patris sui, quia secutus est volens eam sibi reconciliare. Cuma revera [illegible] sancti utique affligunt corpus et vires inferiores tantum quod reddunt impotentes ad serviendum spiritui et propter hoc quasi ab eo recedunt, et tunc oportet eas re: conciliari et instruendo corpori sustentamenta necessaria. Per duos asinos possunt intelligi due vires sensualitatis scilicet irascibilitas et concupiscibilis que nisi regulentur a ratione sunt quasi asine vel bestie suas passiones insectantes. ps. Nolite fieri sicut equus et mulus et cetera. Isti tamen asini in viris perfectis onusti bonis pluribus tempore virtutibus que fundantur in eis. Est enim temperantia in concupi scibili, fortitudo in irascibili et cetera. In istis etiam viris perfectis dies temporalis de lectationis mutatur in noctem penalis afflictionis. Job iiij Dies vertent in tenebras. Illos enim non recipiunt impulsum temptationis ut eis delectabiles sed ut sunt penales. Sicut Apostolus ait Ro. vij Non quod volo bonum hoc facio, sed quod nolo malum hoc ago. Per puerum invitantem ut declinet ad Jebu seos intelligitur primus motus. Pueri enim dicuntur qui parvuli puri vel subiecti [illegible] primi namque motus pueri sunt quia non fortiter instigant, pueri sunt quia non habent [illegible] Et ideo subiecti sunt rationi in viris perfectis. Cum mox ut eos advertunt allidunt ad petram. Propter quod dicitur levites. Dicit de illis pueris Gen. iiij Sub te erit appetitus et tu dominaberis illius. Vir ad eorundem puerorum invitationem anima [illegible] ad prebendum consensum committendi se [illegible] malarum cogitationum instigationibus, sed potius ne moveatur in tempta tione, ceptum capit iter ad alia scilicet utilia et alta se divertendo ut cogita[n]do de passione domini vel penis inferni vel de gaudiis paradisi vel etiam de vilitate peccati et virtutum [illegible], et de similibus huius [illegible] divertit anima a pravis cogitationibus et noxiis temptationibus. Et cetera. Hec moralitas nos docet non intrare Jebus cum tamen propositum principale ostendit quod anima debeat esse Jebus si desiderat ingredi verbum eternum. Videtur quod malum est intrare Jebus dominantibus in ea sed bonum et sanctum est habitare in Jebus conculcatis Jeb. useis. Qualiter autem Jebuseus conculcandus sit habetur Reg. iiij Re xiiij. Carduus libani misit ad cedrum que est in libano dicens Da filiam tuam filio meo uxorem, transierunt que bestie saltus que sunt in libano et conculca verunt carduum. Per carduum qui genus est herbe spinose cuius natura mordax et spinosa et austera est intelligitur motus illecebrosus in sensualitate contra nos insurgens et pungens et ad peccatum instigans. Per cedrum vero que arbor sublimis cuius ligna sunt imputribilia intelligitur ratio superior quantum ad synderesim que est inextinguibilis. Carduus itaque volens affinitate contrahere cum cedro est sensualitas appetens rationem ad con sensum delectationis peccati trahere. Quam inter conculcat bestie saltus idest vires [illegible] quando bestialis sed per rationem et longam exercitatorum [illegible] virtutum edomite [illegible] Glorificabit me bestia agri. De hoc dicit Greg. In bonis cordibus cogitationes illicite veniunt sed tamen ibi morari prohibentur. Qui omnesque morabuntur in te cogitationes [illegible], non enim reprehendit cum veniant sed cum morentur. Tertio conculcari dicitur motus [illegible] ita ut non insurgat et hoc de lege quod in vita primi est impossibile. Unde Ambrosius Nulla anima est que non regnat agrestes malarum cogitationum [illegible] est quod etiam per statum pure vite convenienter intelligitur per Jebus

h' pax d'ficit

pro quanto in ea semper habitat Jebuseus Unde Josue xv dicitur Et filii israel Jebu
seum habitatorem ierusalem non potuerunt delere habitavitque Jebuseus cum
filiis iuda in ierusalem usque in presentem diem Per filios Juda intelliguntur in hac
vita deum confitentes quorum semper habitat secum Jebuseum id est inclinationem viciosam
Unde Bernardus Cantica in hac carne manens proficere errare si vicia putas emor
tua velis nolis Jebuseus habitat intra fines tuos subiugari potest sed non ex
terminari Unde Apostolus Scio quod non habitat in me bonum hoc est in carne mea
Ro vii In patria autem totaliter extirpabitur quando implebitur illud apostoli Ro viii
Ipsa creatura liberabitur a servitute corruptionis in libertatem glorie filiorum
dei Ibi amplius civitas nostra non vocabitur Jebus quia nulla ibi erit concul
catio sed vocabitur ierusalem de qua Gal iiii Illa que sursum est ierusalem libera est
que est mater nostra Secundo dictum est quod ad ingressum regni eterni requiritur
actuum virtuosorum perfecta consummatio quod notatur in nomine Salem quod
interpretatur consummatio perfectionis Virtutes autem sunt duplices quedam sunt
theologice quedam sunt cardinales In quibus omnibus vita debet esse perfecte consu
mata ecclesie quantum status vie patitur si volunt ut domum celum ingrediatur
et in ea maneat De tali vita dicitur Can vi Una est perfecta mea consumma
tis in omnibus virtutibus et carismatibus perficitur Ad ipsam enim reducitur
potest perfectio operum sex dierum utpote in qua perfecti sunt celi et terra
et omnis ornatus eorum Gen i In tali namque vita debet esse lux fidei quo ad ra
cionalem 2o firmamentum spei quo ad irascibilem 3o terra germinans
germine caritatis quo ad concupiscibilem Quarto luminaria iusticie que red
dit unicuique quod suum est sicut illa luminaria dat diei quod suum et simili
noctis Quinta aves prudentie que totam aerem supercelestem circumvolat Et pi
sces temperantie qua in omnibus medium non excedit Sexto animalia et homo for
titudinis qua aereas potestates debellet ut de eo dicatur illud Can vi Ter
ribilis ut castrorum acies ordinata Et illa perfectio virtutum figurata
est in Rege Salem Gen xiiii ubi dicitur Et Melchisedech rex Salem ob
tulit panem et vinum erat enim sacerdos dei altissimi ubi utraque per
fectio virtutum designatur scilicet tam theologicarum quam cardinalium Sed theologice
quo ad contemplacionem Cardinales vero ad accionem pertinet Iste itaque Mel
chisedech erat Rex et Sacerdos Regia dignitas ad regimen vite active
pertinet Sacerdotalis ad quietem contemplacionis Item obtulit panem
et vinum panis respicit activam Ysa iiii panem nostrum comedemus Vinum
respicit contemplativam Can v Bibi vinum meum cum lacte meo Et Judic
ix dixit vitis Numquid possum deserere vinum quod letificat deum et homines
Item figuratum est in transitu Jacob qui et israel dictus est sit congrega
cio omnium virtutum in utraque vita Primo in activa secundum quam Jacob
id est luctator vocatus est et secundum hoc duxit sibi Lyam que erat lippis oculis
2o secundum contemplativam in qua israel vocatus est et in hoc duxit sibi Ra
chel per quam contemplativa significatur Iste ergo Jacob omnium virtutum genere
stipatus grandes huius virtuose actionis comitiva tendit in urbem
Salem id est ad celestem patriam que hic dicitur urbs Sichimorum Sichimi
interpretatur laboriosi quia tamen anime vita prius laboriosa et honerosa est
propter celestis patrie flagrans desiderium Unde sitit anima mea Augusti
nus dicit x Confess Domine quem tu plenus non sum oneri mihi sum Sicut
Apostolus philipp i Desiderium habens dissolvi et esse cum Christo Tercio
requiritur perfecti timoris firma radicacio quod significatur nomine ierusalem quod
interpretatur timor perfectus Pro quo sciendum quod multiplex est timor scilicet
Naturalis quo aliquis naturaliter timet nocivum sue vite humanus quo quis

no

timet pelli sic mundanus quo quis timet rebus suis. Servilis quo quis timet peccare propter gehennam. Initialis quo quis timet gehennam et cum hoc offensam dei. Omnes isti timores sunt imperfecti et non conveniunt vere devote anime. Contra ut dicitur i Joh iiij Perfecta caritas foris mittit timorem. Est autem alius timor filialis quo quis proprie timet offendere deum et separari ab eo. Iste timor perfectus est et non expellitur per caritatem immo augetur cum augmento caritatis. Ps timor domini permanet in seculum seculi. Per hunc timorem anima devota stabilitur roboratur ad vitam eternam. Unde dicitur Ezech xxiiij Nisi in timore dei instanter te tenueris cito subvertetur domus tua. De hoc Bernhardus in vitate didici nichil tam efficax esse ad gratiam promerendam retinendam et recuperandam quam si omni tempore coram deo inveniaris non altum sapere sed timere. Pro tanto Bernhardus homo qui sic est pavidus debet ergo homo quantumcumque perfectus se timere cum sint triplicem condicionem ut dicit Bernhardus. Aliquando enim homini actualiter adest. Aliquando vero gratia videtur esse placata rursum redisse. Et sunt has has condiciones debet quilibet hominem esse timidum. Primo igitur cum gratia actualiter adest timendum ne non digne operetur ex ea. Unde apostolus 2 Cor vj hortamur vos ne in vacuum gratiam dei recipiatis. Et i Thi iiij Noli negligere gratiam dei que in te est. Et de seipso glorians in domino dicebat. Gratia dei in me vacua non fuit. Secundo si gratia dei recessit timendum est quia ubi gratia deficit ibi deficias. Unde gratiarum dator dixit Joh xv Sine me nichil potestis facere. Tercio si contingit gratiam redire timendum est ne peccare recidivum. Unde id Joh v. Ecce sanus factus es vide ne ... Concludit ergo Bernhardus. Bernhardus es si cor tuum ita triplici timore repleveris ut timeas pro accepta gratia amplius pro amissa longe plus pro recuperata. Iste triplex timor figuratus est triplici muro Jerusalem civitatis. Ysa lxij Super muros tuos Jerusalem constitui custodes. Nam sicut muri sunt custodia molestia civitatis. Sic timor dei est custodia urbis eterni in mente. Hoc autem totum factum est. Hic subditur approbatio prophetica. Et duo facit. Primo premittit racionem rei facte dicens hoc autem totum factum est de legatione apostolis commissa. Factum est non casu ut inaniter sine racione. Sed ut adimpleretur. Hic sic ut non teneatur causaliter sed consecutive. Non enim hoc dominus ideo fecit quia hoc propheta predixit sed potius ego ideo propheta hoc dixit quia hoc facturum dominum in spiritu previdit. Luc xxiiij Oportet impleri que scripta sunt de me in lege Moysi et prophetis et psalmis etc. Ad propheciam istam consequendam que ista ita fieri ut dictum est per prophetam dicens Zachar viiij secundum glo. Hinc facto adhibetur prophetie testimonium ut appareat quod omnia sunt completa que de Christo erant scripta sed scribe et pharisei cecati invidia non intelligebant que legebant. Secundo adducit prophetie verba dicite filie Syon id est civitati Jerusalem seu habitantibus in Jerusalem que civitas dicitur mons Syon. Sciendum quod mons Syon est sublimior civitatis Jerusalem versus meridiem et aliquantulum circa occidentem in quo erat rupes prerupta que mello vocabatur in cuius angulo et colle satis eminenti erat arx et turris David ad quem mille clipei pendebant omnis quasi fortium armatura ubi David habitat et circa civitatem David appellat. Tota civitas Jerusalem dicitur filia montis Syon quia in eo erat fortalicium civitatis et turris David defendens et protegens civitatem sicut mater filiam. Unde canitur urbs fortitudinis nostra Syon. Et exponitur hec littera dupliciter primo ut sic filie Syon stet pro mo... est

q. d. dicite vos o filie syon Sciebat enim propheta zacharias se moriturum
unde timens ne iudei oblivisceret̃ huius prophetie. omnes posteros rogat
et hortat̃ ut totiens et instanter audiret hanc prophetiam cum magno
desiderio d. dicite o filie syon Alios ut hij filie sit dati casus z singulare
num. q. d. dicite filie syon. i. annunciate mundo que per filiam syon intel
ligit̃ Et sciendum quod in ioh. eo loco dicite filie syon scriptum est Noli
timere filia syon. Quod expor sanctus Augustinus Noli timere filia syon sive sancta
ierusalem sed istum cognosce qui a te laudat̃ et noli trepidare cum patitur. quia
ille sanguis funditur per quem delictum tuum deleat̃ et vita reducat̃
Nostra autem translatio cum hebraica veritate qua utimur sic dicit Exulta satis
filia syon iubila filia ierusalem Ecce rex tuus. Ubi propheta implicat see
tedicos regis istius venientis Ecce personalem rex. potestatem tuus. sim
venit tibi utilitatem mansuetus. misericordie sedens super pullum asine simi
liter ut ergo propheta omnem excusationem ignorantie a iudeis auferret
eum domini adventum predicat ipsum qualiter domini adveniente ondit
Ac si diceret. O vos iudei quod ille adventus domini in carne venturus e
hiis signis. regem verum cognoscite Cum videritis eum venientem mansue
tum non superbum sed humilem non armorum splendore terribilem ut quondam
ad vestram destructionem Nabuchodonosor z Antiochus venerit sed ad re
staurationem non ut auferat a te temporale regnum atque terrenum sed colla
turus tibi si credideris celeste z sempiternum non ut ducat te in terra
aliena vinctum sed ut restituat in patria liberum Tuus autem tuus aut tale e
ac si diceret tuus inquam non alienus non extraneus sed promissus tibi promissus ex
te natus et in te nutritus. et tibi quod est ad tuam salutem et utilitatem
venies venit inquam tibi non sibi sicut plati multi. potius veniunt
ad visitandum propter lucrum suum tamen propter salutem subditorum suorum s. ut
suas procurationes recipiant magis quam defectus corrigant Quod vero
ondit mansuetus. ondit suam mansuetudinem non solum in verbis sed etiam
in subiugalis sessione Unde Crisostomus Sciens autem propheta maliciam iudeorum
quia contradicturi fuerant christo ascendente in templum ideo eum premonuit
ut per hoc signum iudei cognoscerent regem suum dicens Ecce rex tuus venit
tibi mansuetus super asinam z pullum eius Cum ergo videritis eum in templo
o iudei nolite dicere non habemus regem nisi cesarem nolite super hec a
gere contra eum. quia rex tuus venit tibi super asinam sedens Si intellexe
ris tibi venit si non intellexeris venit contra te. i. ut si intellexeris
venit ut salvet te et sub pedibus tuis subiciat gentes Si autem non
intellexeris venit ut perdat te. et de templo civitatis expellat. et
aliam sponsam de gentibus castiore induat in iubilacionem civitatis. vide
cognosce mansuetudinem venientis. considera speciem adventus eius
Non sedet in curru aureo preciosa et purpura fulgens. ut ascendit
super fervidum equum superbie discordie amatorem et litis qui gloria iactancia
pectus habet repletum et gaudet ad vocem tube sed sedet super asinam tranqui
litatis z pacis amicam Non autem vides in circuitu eius splendentes
gladios aut cetera ornamenta armorum terribilium sed quid ramos
frondes testimonia pietatis z pacis Venit ergo mansuetus non ut propter
potentiam timeretur sed ut propter mansuetudinem amaretur hec Crisostomus Et bn
diat filium subiugalis quia pullus gencium exemplo iudeorum credidit
vel a iudeis ad gentes verbum domini emanavit In tali adventu et
tam humili fuit regis clementia que subditis valde est accepta
Cum diceret non venit in fastu regio propter quod posset esse odiosus

Ecce plate

bingt

sed veniet in mansuetudine propter quod est magis diligendus Noli ergo timere
regis oppressionem sed exultare agnoscere regem tuum mites regentem et ad
regnum celorum perducentem, Secundum enim consueverunt homines timere reges
venientes propter novitates bellorum et exactiones et servitutes atque in
iusta gravamina, sed noli timere ierusalem quia iste rex veniens non est talis sed
mansuetus et humilis, non in multitudine exercitus et equorum ingrediens
sed cum humili turba asine insidens Signum quippe adventus christi in ierusalem
ad redemptionem populi sui a Zacharia predictum et celebri fama divul
gatum videns quod christus venturus erat in ierusalem in paupertate in humilitate
sedens super asinam et pullum eius, et ideo legisperiti hec videntes in
ipso completum contempnunt contemptores sue maiestatis quia eum non receperunt
sed magis tamquam deceptorem persequuti sunt christice dicite o predicato
res filie Syon .i. ecclesie militanti, Sicut enim ierusalem dicitur filia syon quia ab
hac monte sic a matre protegi videtur, sic ecclesia militans filia ecclesie
triumphantis dicitur quia ab ea sic a matre protegitur Ecce rex tuus venit
tibi .i. ad utilitatem tuam non suam, sedens super asinam et pullum .i. in pre
cordiis utriusque populi Ecce dicit predicate mundo christum incarnatum ut cognos
cat et credat ut recipiat et colat eum

Hoc autem totum factum est ut adimpleretur quod dictum est per prophetam dicentem, Dicite filie syon Ecce rex tuus venit tibi sedens super asinam et pullum filium subiugalis Euntes autem discipuli fecerunt sicut precepit illis iesus et adduxerunt asinam et pullum Et imposuerunt super eos vestimenta sua Et eum desuper sedere fecerunt Euntes

Hic ponitur secundo discipulorum fidelis executio Et primo tangit
obedientie actum .d. Euntes autem discipuli quasi fideles legati qui non faci
unt plus aut minus quam eis committitur Titus dicit quod discipuli missi ad
ducendum pullum non refutaverunt hoc officium quasi parvum et despectum, sed
humiliter obedierunt In marco scribitur quod invenerunt pullum ligatum
ante ianuam foris in bivio, et solventes pullum ut dicit luce dixerunt
domini eius ad istos, quid solvitis pullum, dixerunt, Dominus huius opus
habet et statim ut marcus dicit dimiserunt illis pullum quia ut dicit Titus
statim obmutuerunt non potuerunt resistere eloquiis salvatoris, magne
status enim nomen est dominus Unde Beda eum solvendo pullum ro
tradiderunt nomen domini generunt quia magnum errorem venientibus ad
salutem gentium doctoribus resistebant quibus suas tenebras defenden
tes donec miraculis attestantibus veri possessore ac domino rerum cui
cunt, Secundo consequenter tangit obedientie effectum, et adduxerunt asinam et
pullum, fecerunt enim illud ad quod missi fuerunt sicut boni legati Quia xxiii
legatus fidelis sanitas Hic tertio describitur honoris et reverentie digna
exhibitio Et habet duas partes, quia primo ponitur reverentia sibi exhibita
a discipulis, secundo reverentia sibi impensa a turbis ibi plurima autem
turba Reverentia discipulorum consistit enim sunt in hoc quod dominum non permi
serunt equitare super nudo asino sed ei loco selle vestimenta sua sup
posuerunt Et quod eum super asinam posuerunt ut dicit luce, et quod eam sunt tu
turba vestimenta sua straverunt, et cum aliis pariter clamaverunt
osanna et ut in sequentibus Unde dicit et imposuerunt super eos vestimenta sua

Dubia

et eum semper sedere fecerunt. Hic sunt tres dubitaciones. Prima utrum dominus sedit super pullum aut etiam super asinam. Secunda quare convenienter fuit dominum equitare asinam. Tercia quare homo posset resurgere a peccato mortali sine auxilio satisfacientis. Ad primam videtur quod solum super pullo, quia alii tres ewangeliste scilicet Lucas Marcus et Johannes non dicunt nisi de pullo, et hoc sentire videtur Jeronimus propter sue brevitatem et propter misterii significacionem. Per asinam namque significatur synagoga iudeorum iugo legis onerata Act. xv. hoc est onus quod nec vos neque patres vestri portare potuimus. Unde etiam asina latine greci subiugalis dicitur, et utrumque nomen ob eandem causam impositum est, et hoc eum sedat intentum. Et primo a sedendo latinus asinam et grecus a iugo subiugalem dixit ut dicit magister in historiis. Per pullum enim significatur populus gentium qui sine lege lascivus et indomitus. Dominus ergo insedit pullo et non asine ad insinuandum per hoc quod ipse a gentibus esset recipiendus et a iudeis abiciendo Jo. i. In propria venit et sui eum non receperunt Act. xiii. Quoniam repulistis illud, ecce convertimur ad gentes. Nec obstat quod illos quod ait utrumque imponit licet alteri insedit et hoc propter misterium. Nec ait dicit quod utrique insedit, sed licet enim dicat pluraliter quod imposuerunt super eos vestimenta sua, aut tamen indefinite et desuper eum sedere fecerunt. Alii autem dicunt quod utrique insedit sed primo pullo, sed quia indomitus et lascivus fuit inde descendit et ascendit asinam ut dicit Remigius et magister in historiis. Et hoc videtur insinuare quod ait unde etiam propheta Zacharias utrumque posuit. Nec obstat si alii tres ewangeliste hoc non expresserunt, nec tamen negant, sed obmittunt de asina et dicunt de pullo tantum, nulla tamen quidem inter ewangelistas invenitur contradictio, sed aliquando inter eos invenitur obmissio et suppletio, quia aliquid unus vel plures obmittunt quod dictum est ab uno vel pluribus, aliquando alii vero supplent. Et ideo quod ait dicit de asina ceteri obmiserunt, cuius obmissionis causam tangit Augustinus in de consensu ewangelistarum quia ipse scribit sicut scripsit Matheus iudeis in lingwa hebraica. Ceteri autem scripserunt grecis et lingwa greca, invenitur autem in translacione scilicet lxx interpretum non fit mencio in Zacharia de asina sed tamen de pullo, in hebraica autem veritate utrumque exprimit propheta. Et ideo alii tres ewangeliste conformantes se translacioni usitate apud illos quibus scripserunt de pullo tantum mencionem fecerunt. Ubi vero tam asinam quam pullum exprimunt et quod utrique dominus insederit congruit etiam misterio, quia in fine mundi asina id est synagoga etiam dominum portabit et ad eius fidem veniet Ro. xi. cum intraverit plenitudo gencium tunc omnis Israel salvus erit. Et ipsa ergo omnes reliquie salve erunt. Sed non credo quod pullus domino insedente recalcitraret ut propter hoc descenderet, sed utrique insedit propter misterium primo super asinam postea super pullum ut figuraret quod utrumque populum debeat adducere ad fidem, quem primo incepit a iudeis, secundo in gentilibus. Ad secundam videtur quod propter racionem misticam nam plures assignantur raciones. Prima propter prophecie implecionem, Luce ulti. Oportet impleri omnia que scripta sunt. Secunda ad docendum humilitatem, ait enim Discite a me quia mitis sum et humilis corde. Tercia ad confutandum prelatorum et magnatorum pompositatem, qui pompam magnam pinguium equorum ostendunt. Ad ostendendam ergo suam humilitatem et mansvetudinem dominus non super bellum et ferocem, sed humilis super humile, et mitis super mite ad sedit, quia non in superbo et aspero sed in humilibus et quiete tantum requiescit. Non currum vel equum utens non stultiferos armiductos sed magnam humilitatem et mansvetudinem hinc ondens

2

Ergo etiam in exterioribus utile est ut humilitatem pretendas si xpm sequi de
sideras scilicet et in equitatura in veste in cibo in domicilio in omni ap
paratu. Et sicut Cris. quod contingebat quosdam infirmiores gestantes sub-
iugali opus habere. et hic mensuram nos sapiens possint monstrare quod super equos
vel mulos aut hos cinguatos ferri utile non est sed sufficeret asino vili et vili
non procedere et ubique eo quod naturale est contentum esse interroga ad iudeos
quis rex super asinam dilatus intravit in ierusalem Sed non utique aliud
habuit habere dicere solum hec Cris. Unde dominus non legitur alibi equitasse vel
mulum ascendisse sed modo tantum asinasse et tamen eadem hebdomada legitur morte
turpissima condempnatus fuisse. Quid fiet de multis platis qui cum multitu
dine equorum equitant et hoc de patrimonio crucifixi et bonis ecclesiasticis
hoc enim est contra xpi exemplum hec eius consilium item est contra illud deu
teronomii cum fuerit rex constitutus non multiplicabit sibi equos Si non licet
regi quanto minus pontifici si non laico quanto minus clerico Si non de redditibus
propriis patrimonii quanto minus de patrimonio crucifixi Sed non superbiat qui
equis vel tribus vehitur quia et lingna et lapides et alie res viles sepe
plerumque sic ducuntur. et magna sapiens o homo qui excelsus super equum vehe
ris. quia te trahunt mulorum quadrige Et quale istud est. illa et serica
ita plumis lingua gestantur. Speciosa veste ornandus sed respice per cul
tum vestium virtutum decore fulgentem et videbis te quandam putrefacto
iam feno simillimum illum vero arbori et mirabiles fructus ferenti cha
rismata quod prebenti cernentibus voluntatem hec Cris. Conspice nunc bene et
considera quo dominus mundi insedebat. quamvis enim iustissimum foret eum
honorari honoribus tamen tempore talibus dextrariis et faleris usus non est
et in hoc suo honore honorabile pompam mundi non modicum vituperavit
Non enim fuit hec aliqua ornata frenis vel sellis deaurate et falerate
sericate more stulticie mundialis Sed quibusdam vilibus pannis et similibus
tamen ubi esset rex regum et dominus dominantium In hoc ergo facto utile humilitatis
exemplum suis dereliquit Sed filie superbie prohdolor parum hoc attendunt
Unde legitur quod cum Eraclius xpianissimus imperator rediret a cede
Cosdroems regis persarum per portam per quam xpus in die palmarum
intravit in equo regio et ornamentis imperialibus decoratus ingredi vel
let repente lapides porte descenderunt et invicem quasi unus paries se
clauserunt. super quo cunctis stupentibus angelus domini signum crucis in
manibus tenens super portam apparuit dicens Cum rex celorum xpus ad pas
sionem per hanc portam intraret non cultu regio sed humili asello ingrediens
humilitatis exemplum suis cultoribus dereliquit. Quo verbo dicto angelus domi
ni abscessit. Tunc imperator lacrimis perfusus discalceatus et usque ad cami
siam spoliatus crucem domini accipiens usque ad portam humiliter baiulavit
Mox quod lapides ad suum locum redierunt et intrantibus cunctis ingressum pa
tefecerunt. mystice quoque secundum Remigium salvator in asino sedens Ierusalem pe-
tit quia caliter communitatis vel unitatis aie fideli presidens et eam in hoc se
culo quasi iumentum regit. et post hanc vitam ad visionem patrie celestis introducit
ornatum eam ad inspirandum eorum in quibus libenter sedet operatur Est n-
asinus animal simplex grave onerosum et oneriferum non delicatum unitimum
et in dorso cruce signatum. et tales debemus nos esse si volumus quod dominus
in nos requiescat Simus igitur simplices sine dolositate Sap. I In simpli
citate cordis querite illum. Simus etiam graves in morum gravitate Vel. In simpli
In populo gravi laudabo te. Oneriferi in onerosorum proximorum supporta
tione Gal. VI Alter alterius onera portate. non delicati in delicatorum

appñaone iere xxi vsqz delicijs dysolucis filia vaga fugientes in
ptitorũ morũ recordacone pctõ fugiebã a gemitu cordis mei. Cruce
signati .i. apptitate crucis xpĩ imitacone in corpe meo porto. Ad tercia 3
argunt̃ qz sit dicit illud quod pergit ad gram̃ fit sine grã Sz resurgẽ
a pctõ prerequit̃ ad illuminacom̃ grẽ. Dr enĩ ad Ephes v. Resurge a mor
tuis et illuminabit te xpus. ergo hõ pt resurgẽ a morte .i. a pctõ mortali
sine grã. pterea pctm̃ virtuti opponit̃ sic morbus sanitati. Sz hõ p virtu
tem nãe pt resurgẽ de egritudine ad sanitatẽ sine auxilio exterioris
medicine. pp hoc qz immanet pncipiũ vite a quo procedit opacio nãlis. ergo
videt̃ qz simili rone hõ possit reparari p seipm̃ redeundo de statu pctĩ ad sta
tũ iusticie absqz auxilio exterioris grẽ. pterea quelibz res nãlis pt redi
re ad actũ quemientẽ sue nãe. sic aqua calefacta p seipam redit ad
nãlez frigiditatẽ. et lapis sursũ proiectus per seipm̃ redit ad suũ lo
cũ nãlem. Sz pctm̃ est quidã actus cõi nãm̃ ut p dam̃ ergo hõ ergo vĩr
qz hõ possit p seipm̃ redire a pctõ ad statũ iusticie In qtũ ẽ hĩ' Crisostomus
sup isto verbo inuenerit asmã alligatã. qui dicit sic. Cum se semel
peccatis alligauerimus nos iam mã ꝯtute euad euadẽ nõ possu
mus. Sz si homo hz nãm̃ p quã pt iustificari xpus gtis .i. sine cã mor
tuus est. Istã sic arguit apłus ad Gal iijo. Si data est lex que pt
iustificare xpus gtis mortuus. Sz hoc est inconueniens dicere. ergo nõ pt hõ
p seipm̃ iustificari .i. redire de statu culpe ad statũ iusticie. Ad istam
qonẽ respondendo pmitto Qz in determinacone huius qonis alii senserunt
phĩ. alii heretici. alii doctores catholici. Phĩ ignorantes qualit
p pctõ offendat diuina maiestas. et qualit p ipm̃ adueniat pore
habilitas seu ipm̃ incurrit spũalis infirmitas. dixerunt qz hõ p exerci
tacom̃ iustus poterat effici. Sz p inordinacoz a recta rone factus erat
iniustus. Vñ et phs dt. Qz proximus ad meliores exercitacões deductus
aut multũ pficiet. ad aut pfectẽ quẽ habitũ restituit̃. Et in 2o ethice
dat regulam quo puemendũ sit ad iusticiã et virtutẽ. Heretici
vo sic pelagiani aliqd lumine fidei habentes cognouerunt qz per pctm̃
offendit̃ maiestas dei et quodãmodo dampnificat̃ deus. qñ hõ se trãs
fert de seruicio dei ad seruiciũ dyabli. Quomodo tñ nõ cognouerunt qua
liter ex culpa mã infirmat̃ et maculat̃. Et ideo dixerunt qz ad hoc qz hõ
ar a culpa resurgat nõ est sibi nccia aliq̃ grã creata. Sz sufficit sola
gratuita mĩa dei que inclinat̃ ad remittendũ pctã mã pp satisfaccoz
quã xpus facere voluit dũ se in cruce p nobis obtulit. Doctores vo catho
lici et luce fidei et aũcte scripture cognouerunt qz pctm̃ est dei offensi
vum et ecia ymaginis dei deformatiuũ. Et ideo dixerunt qz ad hoc qz hõ
ar resurgat a culpa nccia est grã nõ solũ 2m qd grã dr gratui
ta dei voluntas ul liberalis passio xpi. Sz ecia 2m qd dr habitus aĩe
Sit ergo pclo hec. homo nullo pt resurgẽ a pctõ p seipm̃ sine auxilio 1
grẽ gratumfacientis. ptz. Resurgẽ a pctõ p seipm̃ sine auxilio ẽ repa
re hominẽ ad ea que peccando amisit. Incurrit enim aĩa p pctm̃ ma
culam seu ymaginis dei defedacom̃ et spũalez infirmitatẽ. Quũ autẽ
decor aĩe pueniat ex illustracone grẽ. sanitas ex reparacone grẽ
pz si hõ debet resurgẽ ad pristinũ statũ opz qz hoc fiat p grãm
gratumfacientẽ. Sicut concludo qz peccator nõ iustificat̃ nisi per infusioz 2

gre gtufaciente, probat iustificacio impii consistit in dilectione dei qua nos deus diligit. Dilectio autem dei quantum est ex parte dei est eterna et immutabilis sed quantum ad effectum quem nobis imprimit quandoque interrumpitur ab ipso quandoque deficimus et quandoque iterum recuperamus. Effectus autem divine dilectionis in nobis qui per peccatum tollitur est gracia qua homo fit dignus vita eterna a qua peccatum mortale excludit. Ideo non posset intelligi remissio culpe nisi adesset infusio gracie. Ad primum ergo dicendum quod illud indicat hoc quod pertinet ad actum liberi arbitrii qui requiritur in hoc quod homo resurgat a peccato. Et ideo dicitur exurge et illuminabit te Christus. Non est intelligendum quod tota exurgens precedat illuminacionem gracie sed quia cum homo per liberum arbitrium a deo motus surgere conatur a peccato recipit lumen gracie. Ad secundum non est simile de sanitate corporali et spirituali. Nam sanitas corporis est in potestate nature. Sanitas vero spiritualis est per aliquid quod est supra naturam. In infirmitate corporali natura non omnino perimitur. In infirmitate spirituali sive peccato perditur ipsa gracia dei et iusticia per quam erat sanitas spiritualis. Ad tercium dicendum quod cum natura est integra potest reformari et reparari ad id quod est sibi quem eius et proporcionatum sed ad id quod excedit suam proporcionem reparari non potest sine exteriori auxilio.

Plurima autem turba straverunt vestimenta sua in via. Alii autem cedebant ramos de arboribus et sternebant in via. Turbe autem que precedebant et que sequebantur clamabant dicentes. Osanna filio David. Benedictus qui venit in nomine domini osanna in excelsis. Hic ponitur reverencia sibi impensa a turbis. Et ponitur primo reverencia sibi exhibita in vestimentis que fuit triplex. Vnde quia vestimenta sua in via prosternebant. Vnde dicit plurima autem turba. Plurima autem est superlative. ideo signat ingentem multitudinem. Joh. xij. Ecce totus mundus post eum vadit. Turba autem multa que convenerat ad diem festum in ierusalem de omnibus tribubus israel quia omnes tenebantur venire in ierusalem de paschali solempnitate ac pueri et plebicula ierosolimorum. Post lazarum suscitatum et unguentum capiti ihesu effusum odore fame eius iam respersa in populo per circuitum presciens ipse turbas obviam sibi venturas ascendit asellum ut inter applausus occurencium prelorum mire sibi humilitatis exemplum. Inter alia quippe Christi miracula maxime miraculum auditum de lazaro ad ihesum ac auditum et honorificam obviacionem eos commovit. Sicut enim super Augustinus. Inter omnia miracula que fecit dominus noster ihesus Christus lazari resurrectio precipue predicatur. Istud enim evidencius et mirabilius signum erat. Et ideo ultimo ipsum reservavit ut magis memorie corum imprimeretur miraculis quod viderant qui verbis non movebantur. Vbi origenes pulchre autem turbas laudantes deum ad descensionem montis occurrisse legimus. ut operatorem misterii spiritualis sciret sibi venisse de celo. Vbi et Beda descendentem eum domino de monte oliveti turbe descendunt quia humiliatis nostre auctorem necesse est eos qui misericordia indiget eius vestigia imitari. Eum autem turbe obviantes premisserunt ad ipsum facta sibi reverencia presserunt alii sequentibus ipsum et sic erat Christus in medio eorum. Vnde sequitur sternebant vestimenta sua in via. quia erat secundum apostoli quod vestimenta sua stravissent super asinam et pullum. Vnde hic non distinguit. eo inter apostolos et turbas dicit. Eunte autem illo sternebant vestimenta sua

Substravimus aut vestimenta sua sub pedibus asine ne offenderet
ad lapidem et ne caderet ad foveam Vel potius totum hoc ms ostendebat
reverentiam et devotionem magnam quam habebant ad xpm quia non se
reputabant indignum quod ipse pedibus suis terram tangeret s. vestimenta asi
nam que portabat eum. Secunda reverentia fuit quia ramos de arboribus
cedebant et sternebant in via quod erat alacritatis et gaudii si
gnum ut dictum est. De quibus aut arboribus ramos succiderunt non ex
primit evangelista nisi solus Ioh qui exprimit ramos de arboribus
tantum istos qui presserunt ei obviam. Sed verisimile est quod de omni genere
arborum pulcherrimarum et precipue olivarum occurrerunt turbe cum floribus
et palmis. Quia enim isto tempore arbores florent maxime in ista calida
regione credibile est pulcherrimos seu pulchriores flores cum suis floribus
decidebant vel etiam alios flores de terra carpebant pro amenitate
et iocunditate ostendenda. Tertia reverentia fuit quod ei obviam procede
bant cum ramis palmarum ut scribit Ioh. Cum enim ipse esset in deserto
sive monte oliveti. auditum est rumus de eius adventu et turba
plurima que convenerat ad diem festum processit ei obviam cum floribus
et palmis quia audierat miraculum de resuscitatione lazari. Multa enim
turba comitabatur eum de Bethania veniendo qui ei straverunt vestime
ta. et sic omnes simul obviantes et cedentes fecerunt reverentiam in gestis ut
dictum est. Et tunc sequitur quarta reverentia que fuit in verbis et laudibus
oris. Unde dicit. Turba aut que precedebat et que sequebatur eum ob
ut antes premisset ad xpm. facta reverentia presserunt cum aliis populis
et sic ipse erat in medio Clamabat voce magna iocunda et alta
Non dubium qui discipuli postantes palmas et alacriter clamaverunt istas
voces laudis quod patet ex luce qui dicit quod quidam phariseorum de turbis dixerunt
ei. magister increpa discipulos tuos. quibus ipse dixit. quod si hii tacuerint la
pides clamabunt. O filio david osanna. Et hic potest dupliciter construi quia
ista dictio filio vel potest esse una vel due partes. Primo sic turbe cla
mabant filio david s. xpo domini eius Vel aliter turbe clamabant o filio
david vel eius. Osanna quod est vox exultantium pariter et laudantium
vel obsecrantium magis affectum indicans quam aliquam rem significans. sicut
racha interiectio indignantis dicitur vel expresse designans Unde et vocem
neque grecus neque latinus interpretari potuit. Secundum vero quosdam quidam interpre
tantur salvifica vel salvum me fac Et est osanna verbum hebraicum
ex corrupto et integro compositum. Dicitur enim osanna quasi subtracta littera quasi
osi anna. Osi ergo corruptum anna est integrum. Osi autem apud eos interpre
tatur salva vel salvifica vel salvum fac. et anna est interiectio obsecrantis
sicut apud nos heu dolentis. Nam sicut apud nos a dolente dicitur heu. apud
illos ab obsecrante dicitur anna. et valet apud nos ut quod est admiro op
tandi. Et ideo osanna tamen valet quantum utinam salvificet vel obsecro sal
va. Et quia hec interiectio in latino non habet equivocum. possunt pro ea in ze
ramus obsecro Unde in ps. vi ibi lxx interpretes transtulerunt o domine salvum
me fac. in hebraico scriptum est. anna adonay osianna. Quod interpre
ne Ieronimus diligentius eluciddans ita transtulit. obsecro domine salva obsecro
Idem etiam ita scribit o domine pro interiectione obsecrantis quod obsecro domine
pro ipso verbo obsecrationis Est ergo osanna quasi osi anna i. salva obsecro

et est vna dictio vel due per subtractionem vnius littere. et significat quod aduentus ipsius
salus sit mundi. Cum enim salua seu saluifica clamabant ipsum salvato-
rem credebant. Vnde et conuertendo sermonem mox ad ipsum subiungunt dicentes
Benedictus .i. gloriosus sit. Vel secundum Bedam Benedictus .i. ab omnibus predicandus singulari-
ter diuinis et diuines factis qui venit per carnis assumptionem .i. incarna-
tus est in nomine domini .i. in nomine patris et a deo patre missus ad
explendum eius voluntatem, et ad glorificandum eum, quia filius non in no-
mine suo sed in nomine patris venit eum glorificando. et in omnibus operibus
non suam sed patris gloriam querendo. Vnde alibi Ego inquit veni in no-
mine patris. In hoc ergo confitentur et laudant deum aduentum. Benedictio autem
que fit a nobis in deo confessio sola est et laudatio bonorum que pre-
stita sunt ab eo. Benedictio vero que fit a deo in nobis implet deum eum
beneficiis implens. Vnde sciendum quod benedicere est bonum dicere. Aliter
autem deus benedicit nos, et aliter nos benedicimus deo. Deus vero benedicendo
nobis beneficium nobis impendit et bonos nos facit. Nam suum dicere est
eius facere, quia ipse dixit et facta sunt. Nos autem benedicendo deo non eum
bonum facimus sed tantum eius bonitatem confitemur et laudamus. Dicere enim
hominis non est suum facere sed tantum fateri. Et addunt rex israel. In hoc confite-
tur eius potentiam, tum diuinitatem quia credebant eum regnaturum temporaliter
et liberaturum eos a tributo. ipse autem venit ad regnandum spiritualiter
et ad liberandum totum genus humanum a dyabolo qui erat maius illo.
Ad litteram ergo credebant quod venisset regnaturus temporaliter super eos in regno
dauid, et redempturus ipsos a seruitute Romanorum et restituere regnum ysra-
le quod a romanis erat usurpatum. cum tamen ipse dixit coram pylato
Regnum meum non est de hoc mundo sed supple de celo. et ideo applau-
debant ei tamquam suo Regi. Vnde subiungunt. et benedictum quod venit regnum
patris nostri dauid. quod scilicet nunc restitutum est in aduentu tuo. Et dicunt hic
est de quo dictum est dabit illi dominus deus regnum patris sedem dauid patris eius
Regem, nec eum in testimonium sue dampnationis vocatum. et hic cum ipsi
quod proprium dominum occiderunt. Vbi Augustinus. Quid autem magnum fuit regi se-
culorum regem fieri hominum. Non enim rex israel ... ad exigendum tributum
vel ferro exercitum armandum hostesque visibiliter debellandos. sed et rex
israel quod mentes regat quod in eternum consulat quod in regnum celorum credentes
sperantes amantesque perducat. Ergo quod rex esse voluit israel dignatio
est non promotio, miserationis indicium, non potestatis augmentum. Qui enim ap-
pellatus est in terra rex iudeorum, in celis est dominus angelorum. Et item non
time illum agnoscere qui a te laudatur et noli trepidare eum patitur
quia ille sanguinem fundit pro quo tuum delictum deleatur et vita redi-
matur. hec Augustinus. Deinde tamen verba conuertunt ad ipsum repetentes o
sanna .i. salua obsecro, bis dicunt osanna quia saluator est propter
suam naturam contractam, suam diuinam effectiue. secundum humanam naturam et ad
sciendum de qua salute dicatur intelligatur determinat vbi se velint sal-
uari .s. in excelsis .i. in celestibus, non in infimis et terrenis. Salua in excelsis
qui prius saluasti ab inferis. Circa duplex salus. vna in liberatione pene
alia in collatione glorie. vbi manifeste ostenditur, quod aduentus ipsius non tantum
hominum sed totius mundi salus est in celis et in terris. et terrena iungens
celestibus, ut omne genu sibi flectatur celestium terrestrium et infernorum

xpus enim veniebat ad dandum salutem celestem et eternam et forte licet
sublimitatem regni terreni et temporalis non petebat. Isti nescientes prophetice
eum regem celi et angelorum predicabant, et hec divina ordinacione si
gnificabatur verbis laudantium cum dicebant. Osanna in excelsis quod est
salutem eternam a domino petere licet hoc non intelligerent. Sicut et Caypphas pre
dixit scilicet mortem xpi futuram pro salute mundi licet non intelligeret quod diceret
Vbi Crisostomus Ex hiis ergo verbis colligimus quod deus est. Nam osanna salvos fac
interpretatur. Salutem autem scriptura soli deo attribuit. Et notandum quod quare dicitur
in excelsis signum est quod in inferioribus non est salus sed multiplex periculum. Sed
in excelsis que sola celestia sunt salus sine periculo invenitur. Vel in hec quod
dicitur in excelsis significatur quod primo osanna quod xpus est rex in terra universa per
fidem et graciam. Et per hoc quod hic ad finem osanna additur in excelsis significatur quod non
tantum in terris sed etiam in celestibus xpus regnat quia per ipsum ea que in celis
et in terris sunt restaurantur. Consideranda est autem hic ordine personarum qua
litas meritorum. Qui enim vestimenta sua super asinam imposuerunt ut ihesus mol
lius sederet apostoli fuerunt qui sua doctrina mentes hominum ut habitaculum dei esset
preparaverunt. Per istos signati sunt qui per suas exortaciones animam a peccatis abstrahunt
virtutibus ornant et componunt ut sit sibi dominus sedeat et quiescat. Qui autem
vestimenta in via straverunt ne pedes asine impingerent sancti martires
sunt qui dum corpora sua animarum videlicet tegumenta propter deum ad supplicia tra
dunt et pro se carnis amictum ponunt qui vestimenta sua sternunt iter simpli
cioribus suo sanguine ostendentes per quod ad celestem urbem pervenire possent.
In via denique vestimenta sternunt que exempla martirii secuti corpora sua
per abstinenciam edomant ut domino iter ad mentem parent vel exempla
bona sequentibus prebeant. Anima ergo vestimentum anime est corpus, hec vestimen
tum in via substernimus aut per martirium aut per ieiunium aut etiam
per boni operis exercicium et exemplum aut per continencie propositum. Vel
vestimenta anime diversorum colorum sunt varietates diversarum virtutum que
tunc in via sternimus cum ea in exemplum prebemus. Econtrario illi autem contra
virtutes confundunt et extinguunt in aliis vicia contraria. Vestimenta etiam
ab adventu xpi in via sternere est antiqui conversacionem penitus deponere. Qui vero
ramos de arboribus cedebant et sternebant in via ut iter asine planum
et decorum redderent Sancti confessores sunt qui dum verba et sententias
vel exempla patrum precedentium de scripturis carpentes in via dei ad au
ditoris animi venientis humili predicacione submittunt humilibusque in exem
plum vivendi proponunt qui de spiritualibus arboribus ramos cedentes celestis
patrie iter decorant. Vel per illos qui ramos olive ferebant signantur qui circa
opera misericordie se exercitant, oliva enim dei misericordiam significat. Et per illos qui ra
mos palmarum ferebant signantur qui circa victoriam temptacionum intendunt
palma namque victoriam designat. Nota autem hic secundum quosdam triplex officium xpo ex
hiberi. Primum quod a iumento cui dominus insidet. Secundum ab hiis qui vesti
menta sua in via prosternunt. Tercium ab hiis qui ramos de arboribus
cedunt. Prelati ramos de arboribus cedunt cum de fide et obediencia Abrahe
de castitate Joseph, de mansuetudine Moysi ceterorumque sanctorum virtutibus
predicant. Sacerdotes homines vestimenta prosternunt in via cum expendunt
in xpi obsequium. Non signum corpora sed que adiacent et necessaria sunt corporibus
qui vestimenta cum elemosinis largiuntur de terrena substancia. Religiosi sunt ipsum
iumentum nostri corporis glorificantes et portantes dominum in corpore suo. Hii
sunt qui dicere possunt ut iumentum factus sum apud te et ego semper tecum.
Omnes reliqui ceteros quod habundat sibi mittunt et qui sub labore obstant duo

solu vo inmetu seipm exponit eius officio obsequio, oms tn si suo offi
fideliter intenti fuit misterio. procul dubio in processione fuit saluatore
cu eo in sanctam ciuitatem ingredientes Eres eni in ppha vidit saluandos
noe ramos in archam fabricam tedente. Job hinc inmdi subam bn disper
sentem. Danielez in vili edulo et labore abstinentie factu qui inmetu
Cum tn in illa processione fuit vlus pro pinquior tn de tribz ordinibz sit sa
lus vicinior facile credo quisqz pt aduerte. Hec sut turbe aut pre
dentes et sequites vtriusqz testamenti qui erat fideles vna voce clamantes
precessit quippe iudaicus pplus secutus est gentilis Et quia oms qui fu
erunt vel qui sunt fideles in xpm mediatore dei et hom credider erunt
et credunt et qui fuunt et qui secunt clamat salua nos obsecro hi deda
Sed qui pibat et qui sequebat clamabat osanna. Osanna aut lingua
latina salua nos dr Ab ipo eni salute et priores quesierunt et pntes
querunt et benedictus qui venit in nomine domini confitentur qui vna spes
vna fides e precedencium atqz sequentium pplorum Quia eni priores ind ex
iudaicos pplo crediderunt atqz amauerunt venturum hunc nos et veniss
se credimus et amamus eiusqz desiderio attendimus ut eum facie ad fa
ciem contemplemur Vn et Ciris Cum precedebat seniores erant .i. patriar
che et pphe ceteriqz sancti qui ante aduentum xpi de aduentu eius et pre
dixerunt et cognouerunt Sequites aut iuniores .i. aplii et martires ceteri
qz doctores qui pos ascensum xpi de resurrectione eius et de ascensu vel
de operibus eius predicauerunt et predicant Et diuisis quidem in tpibz fuerunt tn in
omnibz vnius exultationis spus fuit Et illa quidem pphetantes de xpo ven
turo clamauerunt benedictus qui venit in nomine domini Isti aut laudantes
clamabant de aduentu xpi iam adimpleto hec Ciris facta erat xpo qz ipi
media inter facta veteris testamenti et noui fuit ideo tam turbis que
precedebant quam ea que sequebant eum laudabant in quantum factum xpo fuit vera
et exemplar eorum que in nouo testamento fuit et que a patribz ve
teris testamenta psigurata fuit Vnde etc turbis precedebant aliqui et
via dno pabant ipi fuit qui viam parat dno ad corda vera qui nos
regunt et dirigunt gressus meos in via pacis Alij sequebant et hij sunt
qui xpe mistico consae deuote sequunt et adherent semper vestigijs preceden
cium etiam qz discipuli tanqz domestici lateri eius adherentes ipi sunt
qui in claustre soli deo viuunt semper adherentes ei et eius beneplacitum
considerantes hec turbis per istos etc qui clamant dicentes Osanna filio
dd et stant contemplatiui qui magis deuotioni orationi sunt intenti In pre
missis ergo insinuamus ut opibz et officiis que nos magis competunt insistamus
Non n omnibz omnia competunt Et ideo in ista processione xpi non vnus omnia
faciebat sz alij asinam et pullum adducebant alij vestimenta eis supponе
bant Alij vestimenta in via sternebant alij ramos cedebant alij iubilabant
Et ideo vnusquisqz debet officium assumere ad qd videt magis se ydo
neum esse Surge igr saluatorem filia tenuis vna de filiabz illius inicu
eius rege Salomone in honore que sibi mr synagoga in ecclia nascente
misterium renouem exhibuit ut insidente asello tertio vnusquisqz dnm ve
lut cum ramis oliuarum atqz palmarum pietate opibz virtutum qz triumphis
ingiter occurrere Vn Anselmus Insidente asello celi et terre dnm comi
tere tentatos et te fieri obstupescas puerorum laudibz tuas inserens cla
mans et dicens Osanna filio dauid benedictus qui venit in nomine domini
Eo pplus xpo cum laudibz obuiauit hic olim per rege dauid psigu
ratum fuit cum pplus pos cedem golie obuiantes laudes exhibuit Da
uid xpm signauit seu psigurat qui golia .i. dyabolum aduersarium nrum superat

Quo aut ad sensu moralez exposicionis istius lre vide in duodecimo folio p9 hc foliu ubi habes eam satis latam ubi hc signu ☐

Ierlm visio pacis interptat per qua fidelis aia designat. Ad hanc saluatoz nr omni hora paratus est venie. et nos ei in occursu p contricom debem9 ire. Cui eciā laudes decātam9 qn pcta nra confessione recitam9 et ramos palmaru in manib9 portam9 cu corpa nra p satisfactione castigam9 Insup et vestimeta nra in via sternim9 qn tpalia paupib9 erogam9 Et cu florib9 xpm honoram9 qn mie opib9 et diu'sis virtutib9 nos ornam9 xpm ihm qui venit in noie domini benedicim9 qn p bnficys nob collatis grās agim9 Regē eu et dnm pfitemur si oia opa nra cu timore dei et reuerencia opamur

Plurima autez turba straverunt vestimeta sua in via. Ista ppter commemoracom hui9 solempnis pcessionis qua dns hodie cu magno honore et innumerabili comitatu populi deductus est in ierlm eccia instituit hodie processionez fienda saltez apud eccias collegiatas in qua processione pontifex si adest vel pbiter persona xpi represitans cu magna solempnitate et cruce discoopta conducit in ecciaz Nos conuertendo singula ad moralitatez spualez processionez ordinez qua xpus dns quottidie venire dignat in ierlm .i. in animaz fidelez et deuota ppenderunt aut in ista odierna processione ad lram signant quatuor aduertenda primo q dns asina equitauit 2o q turba vestimeta sua et ramos arbore viam dno strauit 3m q alia turba cu florib9 et palmis ei obuiauit sive obuiauerunt 4m q omis cetus osanna clamans eu glorificat Et h quatuor in aia fideli spualr peragunt s aliter in incipientib9 aliter in pficientib9 aliter in pfectis. Et in hc triplicez processionez Prima conuenit incipientib9 2a pficientib9 3a pfectis In pma igit pcessione s incipientiu occurrunt premissa quatuor suo mo Primo eni dns in aia incipiente sedet velud sup asina Anima quippe penitens bn dr asina pmo ppter onerus difficultate Est eni asina aial onerifera .i. onera portans sarcinas ferens et no rebellans sarcinis aia vlr q ferre pt sibi impositis Sic est et aia penitente. Anima sic dit Greg Cum vere penitet laborez pnie no abhorret s quicqd ei p culpa qua odit iniungit totu tacita constata amplectit Item de bto Wilhelmo Grane eni pctm gravamen pniam exposcit vñ ps Iniquitates mee sic onus graue grauate sut super me De hc one pt accipi illud Mt xviii Expedit ei s. peccatori ut suspendat mola asinaria in collo eius et demergat in profundu maris Mola asinaria est onus pnie. Mare est contricionis amaritudo Tren ii Magna velud mare contricio tua virgo filia syon pctore qo magis expedit cu mola asinaria .i. in qua pnia demergi in pfundu maris racionalis et carnalis compunccionis qm reseruari eterne dampnacom hoc qui tuq3 diligent9 aduertit no videbit ei onus graue s valde leue Anima et anime lesione aut paru penitet corpis pena ut reputabit Anima perfecte senserit onus pcti quo pcta nomit delev pterita et tamen futura. 2o ppter victus asperitate quia eni aspero et grosso pabulo contentus libent comedit spinas et tribulos Sic verus penitens no quid victus delicatu s aspero contentus est q tanto plus plus a licite abstinet q3 gnto se meminerit illicita commisisse ut dt Greg 3o ppter cautele securitate Nam asina locu ubi prius cecidit semp abhorrescat neqq libent transit Sic verus penitens occasiones peccatoru pteritoru semp cauet ne recidiuet Vnde quicuq3 semel lapsus et p pniaz erectus in eisd pcti precipitiu recidit vel noui pcti vel dicit stolidior e asino De istis asinabus et penitentib9 aiab9 dr fig'a

primi Reg ix Perierant asine patris Saul, ad querendum eas cum missset Saul que tandem inuente sunt Pereuntes asine sunt anime peccatorum ad quas recuperandas missus est xpus in hunc mundum que inuente ad chus redeunt quando peccata per confessionem eiciunt Chus enim interpretatur vir veniens Igitur in tali via primus quando perdita sed post penitentiam reinuenta, Dignatur enim dominus in ea habitare et in ulnas peregre, enim de filio prodigo de quo dicitur quod pierat et inuentus est, et cecidit pater super collum eius et osculatus est eum Luce xv Secundo incipiens dicitur vestimenta sua et ramos arborum in via sternere Per vestimenta possumus ad primum intelligere veterem hominem i peccatum vel habitum peccatorum cum actibus suis quibus penitentes debent se expoliari et sub pedibus prosternere Col iii expoliantes vos veterem hominem et induite nouum. Ubi dicit glosa quod vetus homo nichil aliud est quam vita vetus que est in peccato, in quo primum Adam viuitur qua propter dicitur incipiens velle seruire xpo Unde dicitur quod proiecto vestimento suo cecus exiliens venit ad ihesum quod tamen intelligendum est retento aliquo tegimento humilitatis Igitur vestimenta substernere debent sub pedibus asine qua xpus in equitatione quasi sub pedibus affectionum conculcet Et quia non sufficit peccata preterita abicere, sed etiam oportet voluntatem peccandi in futurum abscidere, Ideo non solum vestimenta sed etiam ramos abscisos de arboribus debent in via sternere, per arbores intelliguntur male voluntates Sic ubi dicitur vii Non potest arbor mala fructus bonos facere, et dicitur iii Omnis arbor que non facit fructum bonum excidetur et in ignem mittetur, debent ergo rami malarum voluntatum excidi, et sub pedibus conculcari, quia nisi amputetur voluntas peccandi penitentia nichil prodest, quia inanis est penitentia quam sequens culpa coinquinat secundum Augustinum in soliloquio, Tercio incipientes debent cum palmis, oliuis et floribus domino obuiare Non enim sufficit vere penitenti vitam malam abicere et voluntatem peccandi abscidere, sed etiam oportet bonis actibus insistere et sic xpo obuiare Deserendo enim peccata a diabolo receditur, sed bene operando ad xpum acceditur Unde virgines prudentes perhibentur obuiare sponso et accensis lampadibus bonorum scilicet operum Sunt etiam tria in quibus consistit labor incipientium scilicet reluctatio contra vicia, et exercitatio mine opera, et in addendo virtutum primordia primum signatur per palmam que est signum victorie Solet enim ut dicit Bernhardus in primordio conuersionis acrius insurgere temptatio prime consuetudinis Et ideo incipientes debent portare palmam in manibus ad designandum triumphum de vicijs iam habitis et certamine continue expectandum contra ea Secundum signatur per oliuam que est expressiua misericordie que maxime competit penitentibus Quia sicut dicit Crisostomus sicut in percepte mediane medicamentum quod multas herbas accipit vnam autem ducantissimam Sic penitentia elemosina ducantior et potenciar est vna et vniuersum ipsa conficiat Tercium signatur per flores in quibus primordia bonorum designantur quia enim incipientes habent difficultatem in bono sine ad bonum per contrariam consuetudinem Ideo bona inchoata in eis faciliter inficiuntur Iuxta id Job xv leditur quasi vinea in primo flore botrus eius faciliter enim bonum opus incipientium ad modum florum leditur per auram vane laudis vel nebulam corrupte intentionis, ideo flores gestant in manibus ut videtur obuiam xpo ut huiusmodi bonorum operum primordia melius custodiantur et ad xpum referantur Quarto incipientes debent osanna clamare Osanna enim est vox laudis et obsecrationis, tenentur enim conuersi per primum deum laudare de multis, et precipue de septem, que ponit Bernhardus in quodam sermone Septem inquit video maxime domine in me quas ipse facile inuenietis in vobis, primum est quod a multis peccatis me adhuc seculo positum custodiuit, quis non videat quod sicut in multa cecidi sic etiam in alia potuissem cecidisse peccata, nisi omnipotentis dei pietas me conseruasset Secundum est conuersionem meam expectauit ac benigne expectat, prologaui ego multo

tpe iniquitate meam, et dns prolongavit pietate sua, 3m qr visitavit cor meu et immutavit ut amara fierent que male dulcia prius erant, 4tu qr me penitentem misericordie suscepit ut in corde meo invenirer de quibus d3 in ps Btu quorum remisse sut iniquitates et quorum tecta sut peccata, 5tum qr virtutem cognoscendi et emendationis deinceps remedii michi contulit ne recidiuum paterer et novissimus error peior priore esset, 6tm qr michi contulit graciam promerendi que me bone conversacionis indulget, 7m qr michi contulit spe obtinendi gloriam quam donat homini digno cuicunq3 qd es o aia, qr hec septem tibi collata a xpo sponsi merito ipm obviam procede cum tota tua virium tuarum dnm laudare et osanna clamare d3, qr enim ho per hec septem in viam salutis positus est, a qua tn via extingwit hominem deinde si no divina gra conservet ideo quamdiu sumus in hac vita, ad ihm salvatorem nrm incessanter clamare debemus s. osanna i. salva obsecro in quo verbo implicantur duo in quibus qn duabus aliis oro mea sublevetur et subuchet s. caritas ex parte mea, et pietas ex parte dei, caritas enim et indigencia mea compellit nos orare pro salute, qr sumus infirmi captivi et miseri, ideo secunda pietas dei det nobis fiduciam ab eo salutem petendi, a quo enim petemus salutem nisi a ihu salvatore, qui dicit salus ipsius ego sum, et ideo dicimus obsecro, et no solum debemus simpliciter dicere osanna s3 et fortiter clamare necessitas quippe clamorem extorquet clamare inquam no tm ore s3 et corde, ut corde diviso s3 integro, sicut ille qui ait in ps Clamavi in toto corde meo, vn linga in ps, clamor cordis est magna intencio cogitacionis, Vel aliter sic

Plurima aut turba &c, Expedita processione inspiciamus qm puerorum qui solet in ordinate processionibus ante ire et recte inspicietis per primam efficiuntur pueri s. bto Greg in ome mazaria stabat libenter obluisset dns qr nocentes sumus patris e primam matri acceptare s. inquinati pq aquas salutis renascitur et lacrimis Vnde tal ome turba qui iam credebat in xpm in fide tamen eum receperunt pueri vocatur, sic tenetur pueri hebreorum Et hoc ideo qr nouiter in fide, qui renati quantumcunq3 multi senes etate sunt inter eos Sequitur inter ordinate processione proficiencium in qua tal eas quatuor supradicta consideranda occurrit Primum est qr deus in eis liberter sic sedet in asina, et recte aia proficiente bn comparatur asine Illa tota vita proficiencium reparatur circa fetus ~~suos que requirunt in aia proficiente~~ virtutum in operibus vite active Est aut triplex bona condicio asine circa fetus suos que requirunt in aia proficiente, 1m xpus d3 in fide compunctione e qr ad gignendum nulla etas est sibi sera s3 tota vita sua gignit que est eis 30 anos, sic fidelis aia in statu proficiencium se gignere d3 opa virtuosa, et quantumcunq3 profecerit, semper dicat id ps Et dixi nunc cepi Eccli xviij Cum consumat ho tunc incipiet Sca e qr asina primo fugit lucem et tenebras querit ne ab homine videatur, sic cum ho opus boni gignere voluit abscondere d3 ab hominibus ne videatur ab eis iuxta id

79 Eccli Absconde elemosinam in sinu pauperis Et id aut v. Nesciat sinistra quid faciat dextera tua, 3a condicio asine e qr fetus suos tam ordinate ter sen diligent diliget, qr per ignem et aquam ad fetus suos festinat si videret eos in necessitate hre, sic quilibet boni active in statu proficiencium ita ardent propter opa caritatis erga proximos qr si videt aliquem in necessitate constitutum no timet ignem neqz aquam vel aliqm remedii nisi succurre proximo suo proposse suo exemplo salvatoris qui

no timuit animam suam ponere pro ovibus suis Unde proficientium est dicere illud psalmi Tu sicut iumentum factus sum apud te / tales asinos in operibus bonis dominus multos habet in ecclesia Unde Job 1 Erat ei quingente asine Super quo verbo dicit Greg. Asinas possidere est cogitationes simplices inter nos regere que dum subtiliori intellectu currere non valent quo quasi per ignem ambulant eo quod superna onera mansuetius portant Dum nam nonnulli qui dum alta non intelligunt ad exteriores conversationis onera se humilius premunt Secundo proficientes vestimenta sua et ramos domino in via substernunt Per vestimenta intelliguntur bona opera quibus interior homo vestitur Apocalypsis 16 Beatus qui custodit vestimenta sua ne nudus ambulet Ista vestimenta aliquando perduntur per manum spiritualis superbie que semper bonis operibus insidiatur per lutum prave concupiscencie et per pulverem intentionis sinistre Ideo oportet ea frequenter lavari Job 9 Si lotus fuero quasi aquis nivis et fulserint quasi mundissime manus mee tamen sordibus intinges et abhominabuntur me vestimenta mea q.d. quamdiu lutum in nostram corrupcionem circumferimus / quantumcumque bonis operibus insistamus perfectam mundiciam non habemus / quia in conspectu dei nostra mundicia est immunda Ideo hortatur sapiens Eccl. 9 d. Omni tempore sint vestimenta tua candida / tales sunt illi de quibus dicit Apocalypsis 3 Habes paucos qui non inquinaverunt vestimenta sua Ista igitur vestimenta sternenda sunt pedibus salvatoris / quia omnia que sunt ad usum nostrum i. omnia opera sunt sibi attribuenda · quia a pedibus divine gracie nobis influunt et ideo sibi subicere debemus ea quasi sua Et hoc figuratum est ibi 1 Reg. 18 quod Jonatas expoliavit se tunica sua qua erat indutus et dedit eam David Jonatas interpretatur columba veniens et significat fideles enim in statu proficiendi David qui interpretatur desiderabilis significat Christum et signanter dicit scriptura quod Jonatas tunicam qua ipse erat indutus dedit David · non dicit tunicam suam Vestimenta enim ista i. opera bona non sunt nostra i. non possumus ea habere ex meritis nostris sed per graciam dei sumus vestiti i. ornati talibus vestibus i. bonis operibus Quod recognoscens propheta ipse dicit Induit me dominus vestimento salutis Ysa. 61 · Non solum autem vestimenta huiusmodi sed tamen hoc ramos divinis pedibus debemus substernere i. voluntatum nostrarum concordia Neque enim nullam voluntatem bonam ex nobis habere possumus / quare oportet nos esse bonas voluntates a Christo pedibus recognoscere sicut ipse voluntatem suam divine voluntati scilicet patris substravit dicens pater non mea voluntas sed tua fiat Unde Augustinus in sol. Nunc domine scio et confiteor quia non hominis est velle quod possit nec posse quod velit nec scire quod velit et possit sed per te gressus hominis diriguntur / Tercio proficientes cum palmis olivis et floribus domino obviant / per que tria tria designantur que tria specialiter pertinent ad proficientes si velint digne christo venienti ad se Primum est victoria contra difficultatem virtutum nam post victoriam habitam de viciis pro qua certant incipientes restat adhuc certamen contra difficultatem ad virtutes et hoc pertinet ad proficientes Quia ut dicit Ambrosius super beati immaculati · nulla sine labore virtus · et hec victoria significatur in palmis Unde 3 Reg. 6 dicitur quod Salomon in hostiis oraculi sculpsit cherubin et palmas in medio eorum designans quod non pervenitur ad divinum secretum ad quod tendunt proficientes nisi per plenitudinem sciencie et palmam spiritualis victorie Secundum est una consequens victoriam et caritatem et hec una ad plura se extendit quia ista incipientium quia ista sola elemosinarum temporalium largitionem respicit Hec autem ad plures effectus caritatis se extendit / et hoc significatur in oliva / hec enim oliva in radice amaritudinem / in foliis virorem et pulcritudinem · et in fructu

dulcedine. in oleo pinguedinem, et hec quatuor ad effectum mie ptinet
que dnt esse in proficientib3, hz nacp mia copassione in cua Est
em mia copassio sup miseria aliena inq̄stum sz aliq̄s miseriam al
terius coprehendit seu cpatit᷑ ut sua. quod ex radice caritatis pro
cedit, hz em cosolacom in verbo inq̄ntum cosolat᷑ afflictos quod p
cedit de latitudine caritatis, Et hec verba cosolatoria signat᷑ p folia
hz em miseracom infacto q̄ntum ad erogacone elemosinarum tã
corpalium qm spualium, et hic est fructus olive. hz preterea deuotonem
in affctu ad deum, et hec est pinguedo olei. vn̄ ps Vnxit me dns de⁹
tuus oleo leticie. Tali aie in qua exuberat ysta mia cpparate ps dicit
illud Jere· xj. olivam vberem pulcram fructiferam speciosam vocauit dns
nomē tuum, 3m est delectacio spualis et claudens torpore pficientes per
cotinuum exercicium ita in actib3 virtuosis, ut ipm opari sit eis de
lectabile. et vacare ab ope sit eis penale, et hec delectacio ē in actib3
virtuosis et signat᷑ per flores ppr delectabilitate et amenitate. vnā spo
sa virtutum actib3 delectata amplius pficē desiderans dicit ad sodales in Can
fulcite me florib3, stipate me malis, q. d. dilate in maiz me amplius
exercitandi in opib3 virtuosis in quib3 ē m̄ summa delectacio. stipate me
malis .i. exemplis pfectorum, ut eos imitando semp in melius perficiar,
qr amore langweo vnde quiesce nō possum ∫z in cotinuo exercicio ero
donec apphendam dilectum, Certo proficientes hunc clamac osanna licz
aliter qm illi, Isti aut incipientes clamamus recordacone pctõrum pteritorum
tribulati prime sarcina grauati et recidiui periclo positi, et ideo clamabat
osanna .i. salua obsecro, Isti aut clamat et clamac dnt ppr alia 3a
s. ppr adiutorii indigenciam, qr em salus proficiencium attendit᷑ circa
finem bonum, ppr adiuuante beniuolenciam, ppr intenti excellenciam. Primo
incipit ppr adiutorii indigenciam, qr em salus proficiencium attendit᷑
circa finem bonum et exercitium bonorum opm que ex seipis perficere
nō pnt Anima ut dt Bndic in libro de libero arbitrio, Conatus liberi ar
bitrii ad bonum cassus est si a gra nō adiuuet᷑, nullus si nō excitet᷑
Ideo proficē volentes semp inuocat dm seu diuinum auxilium, 2o ppr
adiuuante beniuolenciam, Tanta em est diuina beniuolencia erga nos ut
ipe promcior sit ad dandum qm nos ad petendum, si ipe vult orari a nob
pro bnficiis suis vnde ipe dicebat luc xviii Oportet semp orare et nō
deficere. Sup quo verbo dicit Chris Cum te redemit qui te facere voluit
et dcuiraduit nō volt te cessare in pcib3, volt te bnficia meditare dum
petis, volt te rogando accipe, quod sua benignitas desiderat impertiri ut
vnq̄ orant beneficia denegat qui ut orates ne deficiat sua pietas
te instigat, et ideo pficientes dm clamant osanna, addē dnt bndi
ctus qui venit in noie domini, vbi dno implicat᷑ que nos excitat ad
orandum Pm ē benignitas qua ipe nob offert quod petimus meo
qd dt qui venit, Ipe em venit ad nos portando nob omnia quid petere
debeamus, Ion xxx, dixit dns ad ysl, veniam ad te bndicamqz tibi
Scdm ē eius potas, qua potens ē dare qd petimus, in eo qd dr venie
in nomine domini, qd ē nom potencium, Et qr cosideracio horum duorum
magnam prebet fiduciam proficiendi, Ideo de hijs deus bndicit᷑ et
laudat, qui venit in noie domini, 3o isti clamant ppr eius ad
que tendunt excellenciam, per exercicium naqz actionis tenditur ad

qr amore langweo
fulcite me florib3

fastigium contemplacionis quod tante excellencie est, quod ad eius perfectionem
in hac vita nullus pervenit. Et sic dicit Orig. super Cant. omnes qui Deo
per ambulant, semper proficiunt, tanto eis via proficiendi augetur
et in immensum tendit. Anima enim sic e igniculo accensa numquam sinit
se umquam ociari et quiescere, sed semper a bonis ad meliora, et a
melioribus ad superiora iam producit. Hec Orig. Et id est quoddam regnum
sine fine in nobis augmentandum, quo ille desiderabilis et verus Deus
in nobis regnare proponit. Unde dicitur Luce i Dabit illi dominus sedem
David patris eius, et regnabit in domo Jacob in eternum, i. in anima de-
vota, et ad id regnum considerantes tendentes isti perfectiores assimulantur in
laudes salvatoris, illud quod scribitur in ... Et benedictum regnum est.

Plurima autem turba etc. Post duas processiones pre-
cedentes s. incipiencium et proficiencium Sequitur nunc processio perfectorum
et contemplativorum. In qua sunt plurimi, aliter tamen et aliter sunt ordinata.
Primo namque in ista processione Christus insedit asine per quam intelligi-
tur fidelis anima in statu perfectorum constituta propter tres bonas condiciones
quas scriptura ingeminavit in asina. Prima est quod in suis humeris stig-
mata crucis in corpore et corde suo semper portat, talis fuit ille qui
dicebat. Gal. vi Ego stigmata domini in corpore meo et in corde porto.
Ubi secundum glo. Stigmata crucis in humeris portat, qui semper paratus est
omnem penam pro gloria Christi sustinere et suscipere, et tali homini totus mundus
crucifixus est et ipse mundo, ut possit dicere cum apostolo, michi mundus cru-
cifixus est et ego mundo. Ubi Bern. Mundus tibi crucifixus sit, et que
mundus appetit cruces reputes, et crucifixus sis mundo ut illa que
mundus cruces sine cruces reputet, toto amore diligas. Talis asinus
fuit sanctus Lucas, de quo legitur quod crucis mortificacionem in suo corpore
pro Christi nomine iugiter portavit. Secunda condicio asine est quod est animal man-
suetum, et inter verbera durissimum, sustinet enim verbera durissima
potius quam recalcitret, et ut solum caput suum refugiet, caput ad tibias po-
nit, et reliquum verberibus exponit. Sic viri perfecti pro pace mentis
conservanda sustinent quecumque dura, sic illi de quibus dicit Apostolus
Cor. xi Sustinetis enim si quis in servitutem redigit, si quis devorat
si quis vos in faciem cedit. Talis fuit ille sanctus pater de quo legitur
in vitaspatrum, a quo cum esset quesitum, quo acquisivisset tantam virtu-
tem paciencie, quod cum in monasterio emergebat quecumque tribulacio nusquam lo-
quebatur. Respondit, quod initio dixi animo meo, tu et asinus unum estote
sicut ergo ille vapulat et non loquitur, iniuriam patitur et non respondet, sic et
tu facias, sicut ait psalmista ut iumentum factus sum apud te. Tercia condicio asi-
ne est, quod non bibit nisi bonas et mundas aquas, lac vero eius candidissi-
mum est secundum Plinium, et conferre dicitur candorem in cute. Unde legitur quod Pom-
pea coniux Neronis balneabatur se in lacte asine. Sic viri perfecti non
curant doctrinam secularium que est quasi aqua turbida, sed ad fontes patrum elo-
quii sic et eos requirunt, per lac autem intelligitur mundicia vite et can-
dor doctrine que requiruntur in viris perfectis. Unde in Cant. Oculi sponsi
per quos accipiuntur viri perfecti et contemplativi sicut columbe que
lacte sunt lote, et hoc propter vite nitorem, et doctrine candorem. De talibus
perfectis dicit Tren. iiii Candidiores nazarei eius nive, et nitidiores
lacte. Iste felices asine figurate sunt in asina Balaam que super
naturam loquebatur, et angelum vidit, et loquendi officium accepit, quia revera
ille sancte anime angelos et plerumque dominum angelorum per quandam contemplacionem

conspicuum, et docendi sciam et officium nonnisi per revelacionem assumunt
cuius exemplum est in paulo, asino utique elongatissimo, qui in raptu arcana
audivit, et evangelizandi officium suscepit. Sic ipse scribit ad Gal.
po Notum vobis facio evangelium quod predicavi, quia non est secundum hominem, neque
ego ab homine accepi sed per revelacionem Jhesu Christi. Item legitur de beatis
apostolis scilicet sacram scripturam et predicaverunt inspiracione divina ut dicit Augustinus
in de doc. xpiana. Iste fuit electissime asine quibus libenter insidet dominus
dominus, et non solum asine sed et pullo. Utrumque enim dicitur dominus insidisse, ut supra
in postillis, talis enim causa et asinus est et pullus propter fecunditatem operum
et doctrine qua habundat et perfeccionis plenitudine, pullus vero propter
immunitatem innocencie qua exultat et divine consolacionis magnitudine
unde de isto pullo in textu dicitur Et super eum adhuc nullus hominum sedit quod
innocenciam indicat. De tali anima verissime videtur ista patriarcha prophecia
Jacob qui cum filios suos benediceret et venisset ad ysachar ait ysachar
asinus fortis accubans inter terminos vidit requiem quod esset bona et terram
quod esset optima supposuit humerum suum Gen. xlix. ysachar interpretatur
merces et signat animam contemplativam, que secundum Rich. totus sue arte mercedem
accepit quia internum gaudium domini sui intrat. Iste ysachar vite asinus
fortis dicitur propter 3es condiciones de asino premissas, que inter terminos accubare
dicitur. Inter terminos accubare secundum Greg. primo moralium, est prestolacioni
infine quiescere, nil que de hiis que nunc in medio versantur querere sed
ultima desiderare. Iste mistice asinus videt requiem quod esset bona, in
omnibus namque rebus creatis instabilitatem repperit, sed in solo deo quie-
tem esse mentis oculo vidit. Ps. vacate et videte quoniam suavis est dominus
vidit eciam terram quod esset optima per terram hic secundum Rich. mentis sta-
bilitas intelligitur, cum vero mens in seipsam totaliter recolligitur, et in uno
eternitatis desiderio inmobiliter figitur, tunc eius mentem stat omnibus terre-
nis motibus abiectis. Hec est ista beata terra quam in veritas promittit dicens
Beati mites quoniam ipsi terram possidebunt. Ad hanc itaque terre possessio-
nem tendentes, isti elegantes asini supponunt humeros ad portandum onera
ut dicit Greg. Conspecta superna societate et requie, eterna quibus
oneribus se subiciant in temptacione, et quicquid intolerabile pusillanimitas
asserit hoc enim leve et scabile spe remuneracionis ondit. Talis asinus
fortissimus fuit apostolus paulus, qui assumpsit in humeros suos ad portandum
quasi totum mundum propter zelum evangelii. Unde dicit in epistole ad Cor. omnibus omnia factus
sum ut omnes facerem salvos, nam iudeis tamquam iudeus factus sum, hiis qui sub
lege sunt quasi essem sub lege, cum hiis qui sine lege quasi sine lege. Et ad Cor.
preter instanciam quottidianam sollicitudo omnium ecclesiarum, quis infirmatur et ego
non infirmor, quis scandalisatur et ego non uror. Credo in ista processione
perfectorum vestimenta Christo substernuntur tam sub asina et pullo quam
eciam sub pedibus in via, et hoc est speciale in ista processione. In aliis n.
processionibus solum fiebant stramenta vie non autem asine. Ista autem pro-
cessio spectabiliter tenet apostolos qui vestimenta sua imposuerunt asine et
pullo et nichilominus alia vestimenta sua residua sternebant in via
cum reliqua turba per vestimenta apostolorum intelliguntur electa opera. Ad
cuius evidenciam est sciendum, quod secundum distinctum statum distinguunt eorum
vestimenta que solum tegunt, et hec sunt incipiencium qui reiecta veste
tunica sumunt aliquis boni operis et tegunt turpitudinem, sed hec parum vel
nichil calefaciunt propter frigiditatem caliditatem in eis. Unde licet pudens

sine penitentes non sunt mundi, male tamen sunt vestiti. Unde de Ninivitis
dicitur Ione 3. quod induti erant saccis a maiori usque ad minorem. Alia sunt ve
stimenta que non solum tegunt sed etiam calefaciunt sed non ornant, et hec sunt opera
proficientium in quibus est fervor caritatis proximorum velud. Non timebit do
mui sue a frigoribus nivis. omnes domestici eius vestiti sunt duplicibus
quantum tum tegentibus, quantum calefacientibus. Alia preterea sunt vestimenta que
tegunt et calefaciunt et ornant, et hec sunt opera perfectorum, operaque electa
puncta supreme perfectionis omnium virtutum et donorum erumpentium in latitudi
nes et fructus, hec vestimenta miro modo ornant animam et deliciis eam
affluere faciunt, unde Canticorum viii super isto verbo: Que ascendit de ista que
ascendit per desertum deliciis affluens, dicit glossa: deliciis id est operibus ele
ctis. De istis vestibus dicitur proverbiorum ult. in laude mulieris fortis per quam anima
perfecta intelligitur secundum glossam: stragulatam vestem fecit sibi. Stragulata
vestis est que manu artificis diversa varietate contexitur. Et secundum glossam sunt
firmissima et ferrea opera anime perfecte et diversa virtutum eius orna
menta, de quibus in psalmo: Astitit regina. Talia sunt vestimenta aposto(li)
ca que digna erant Christo in asina substerni, neque enim super alia vesti
menta sedere dignatus est dominus, quantum que operibus electis ab apostolis sunt
texta, que tamen apostolica opera, quantumcumque electa preciosa et alta, tamen ex
sola divina gratia sunt. Dicit enim non solum super asinam sed subter asinam ipsis
pedibus substerni pariter cum ramis arborum electissimarum, scilicet voluntatum
nichil sibi penitus attribuendo, sed totum Christi pedibus submittendo, immo
ymmo anime pedibus conculcanda prosternenda itaque ut ipsa mens per
fecta, que per asinam intelligitur, quantumcumque sanctis est tamen operibus et pollea
tibus nichil reputatis omnino, sicut quod omnes iustitie nostre sunt sicut
pannus menstruate Ysa. lxiiii. Ac per hoc etiam propriis pedibus conculcan
de. Sicut ... dicitur in collationibus patrum. Quantomagis mens humana proficit ad
interiorem puritatem contemplationis tanto se immundiorem quasi per speculum
sue puritatis inspiciet. Et quia natura est ut cum ad sublimiora animum
se extendit intimius ita in quibus est ut inferiora semper ac viliora
despiciet. Nemo enim illo in quo profecerat gaudium potest esse contentus, et
quanto quis fuerit mente purgatior tanto se sordidiorem esse videns ma
gis humilitatis quam elationis causam invenit. Tercio isti perfecti in process
sione sua cum palmis olivis et floribus Christo obviam procedere insignibus
ueriter et tribus signis tria maxime perfectionis insignia declarant.
Primum est omnium mundanorum et singularis perfecta victoria. Isti enim totum
mundum vicerunt omnia que mundi sunt arbitrantes ut stercora ad Philip. 3.
De semper perfecte triumphantibus mirum quod neque ignis neque tribulatio ali
qua eos potuit eos separare a caritate Dei que est in Christo Ihesu ad Ro.
viii. hec victoria perfecte designatur in palma ascendere nisi tota me
te nisi ad martirium suspirare, et hic sine dubio apprehendit fructus
martirii, etiam si ad factum non pervenerat. Sicut dicit Gregorius in omelia
duo sunt genera martirii unum in publico et aliud in mente simul et acti
one itaque martires esse etiam sine ferro et instrumento aliquo. Secundum est
interiore pax hominis serena pax tunc illa est, cum mens in divino amore
sic fuerit firmata quod nichil extrinsecus ipsam perturbare potest, nec interius
desiderium fluctuat circa diversa, sed omnes vires sunt recollecte ad inte
dendum uno et summo bono. De qua pace dicit Leo papa: Hec est
vera pax a Dei voluntate non dividi. Et sunt in quibus que sola Dei
sunt delectari, et hec pax designatur in ramis olive que portatur
in signum pacis et tranquillitatis. Unde per columbam intelligitur quam

Noe misit de archa / que dum non invenit ubi quiesceret pes eius reversa est ad archam Tercia secundum Greg. anima que capax est recipere in se spiritum sanctum volatu celeri cupit pervenire ad quietem contemplacionis d. illud Ps. quis dabit michi pennas ut columbe etc. de qua columba loquitur sponsus Cant. v. Surge amica mea columba mea formosa mea et veni iam enim hyemps transiit imber abiit et recessit. Surge sibi per omnem perturbacionem huius pacis interne removetur ut dicit Greg. Non enim animam verbo dei saciari nisi ex ea diis ymus viciorum perturbacio procellaque discesserit ut ultra non fluctuet et circumferatur ventis tempestuosis Unde non prius columba ramum virentem olive portavit quam aque cessarunt super terram Ex quo colligitur quod ista pax nullo modo potest haberi in hac vita que semper in aquis fluctuat et circa multa occupatur cum Martha / sed solum obtinetur in vita contemplativa que uni soli bono intendit cum Maria. Porro unum est necessarium Luc. x. Tercium est future beatitudinis inchoacio prelibatorie. Future quippe nostra beatitudo consistit in visione dei iuxta illud Joh. xvii. hec est vita eterna ut cognoscant deum solum verum et verum hec autem cognicio inchoatur hic in contemplacione per quandam divine suavitatis prelibatoriam degustacionem Et hec inchoacio in floribus designatur Flores enim sunt inicium fructus Sic et hec prelibacio in contemplacione est inicium beatitudinis eterne De istis floribus dicitur Cant. 2. statim post verba iam premissa Flores apparuerunt in terra nostra Terra autem est eius habitacio in carne Unde anima tamdiu dicitur esse in terra quamdiu est in carne In hac terra posita anima nullo modo fructum eterne beatitudinis capere potest sed tamen flores eius bene apparent in terra nostra Unde Greg. super Ezech. pertractans illud verbum dicens dicit Cum apparent flores in terra quia eterne beatitudinis vita quedam suavitatis primordia pregustare cepit anima que iam in floribus odoratus exiens / que postquam egressa fuit in fructu uberius habebit. quia fructus erit uberrimus visio huius summe quod bonum Isti flores apparuerunt beato Aug. cum dicebat x. confess. aliquando intromittis me in affectum multum inusitatum Certo isti perfecti in professione sua decantant osanna In quo tripliciter decantaverunt pueri hebreorum huius laudare deum ultra alios in prioribus professionibus descriptos Prima est quia enim istis magna pena est remanere in carne reputantes se quasi in carcere inclusos in corpore Cupiunt enim dissolvi et esse cum Christo Ideo cotidie gementes clamant osanna. quasi dicat salva liberando de hoc carcere Sic ingemuit et clamavit David heu michi quia incolatus meus prolongatus est Sic eciam clamat apostolus gemens infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius Ro. vii. Secunda est benedictus qui venit in nomine domini / Tercia enim isti senciunt in se divinam presenciam. et ideo eum pro suo adventu benedicentes et laudantes clamant benedictus Tercia est secundum hoc benedictum regnum patris nostri David Tercia enim isti experiuntur in se regnum dei iam d. cum Ps. Dominus regit me et nichil michi deerit Ideo de hoc deum laudant clamantes benedictum regnum est Quarta clausula secundum Luc. pax in celis. quia enim isti patiuntur potius interno ut dictum est ideo iubilare possunt velud in angelicam vitam translati quasi angelici spiritus iubilant / Angeli vero nato Christo annunciaverunt pacem hominibus in terra d. Et in terra pax hominibus bone voluntatis / Nunc vero veniente Christo ad locum passionis homines iudicant pacem in celo / pax siquidem fuerat in celo perturbata in ruina angelorum que pax per per Christi passionem est reformata. per restauracionem hominum in locum angelorum. et quia tales sunt homines qui iudicant pacem in celo / certe

pueri hebreorum .i. venientium et tusentium, quales soli sunt pueri perfecti. Istorum magnum puerorum est clamare: pax in celo, quia ipsi soli pacem interne mentis norunt ut supra dictum est, q. d. Si tanta pax nobis intra hec concessa est per gratiam, quanto magis putas fit pax que in celo invenitur et est per gloriam. Ultima clausula huius ymni est gloria in excelsis, sicut Luca. Ecina enim isti pueri hebreorum viri scilicet perfectissimi revelata facie quasi in speculo gloriam domini speculantur, cum eciam glorie suavitatem iam prelibaverint, gustaverint ut dominus est, ideo ipsi primi dicere gloria in excelsis. In qua ultima clausula ipsi resumunt principium ymni angelici, ita quod ubi angeli incipiunt suum ymnum ibi isti viri angelici finiunt, ut insinuetur quod finis vite est consortium angelorum. Est ergo ymnus iste secundum consonanciam omnium circare talis: ymnus puerorum David. Pax in celo, et gloria in excelsis. Igitur ymnus ille puerorum hebreorum est laus et omnium perfectorum iubilus, qui in hoc ymno admittuntur quodammodo ad concentum angelorum. Et hinc est quod ymnus ille cantatur in missa post prefacionem, et ante mysteria canonis, qui presentatur ibi locum canonis perfectamus, quod est in maiori devocione et mentis elevacione ad deum, est iam velut homines angelis sociati et cantat cum angelis et archangelis. Et sequitur sanctus sanctus, et post osanna in excelsis, benedictus qui venit in nomine domini. Et hic est cantus illorum videlicet puerorum. Et in alia prefacione dicitur sic per quam maiestatem tuam laudant angeli, et subdit socia exultacione, et sequitur cum quibus et nostras voces et sequitur sanctus. Ex quibus patet quod iste ymnus puerorum hebreorum competit hominibus perfectissimis et iam in angelica vita quodammodo transformatis. Inter quorum numerum nos ponere dignetur merito passionis sue dominus noster Ihesus Christus, qui cum patre et spiritu sancto vivit et regnat in secula seculorum. Amen.

Dubitatur hic utrum conveniens fuit Christum in eius passione cum regali honore Ierusalem intrare. Dicendum est quod hanc dubitacionem movet Beda et Crisostomus. Nam Beda dicit quod Iohannes in legimus Christum fuisse in monte qui vidit quod homines illi quos de quinque panibus saciaverat venturi erat ut raperent eum et facerent eum regem. Hic autem dicitur regalem sibi impensum a turbis non spreuit, sed inoccis iummentibus et dicentibus, audivit quid isti dicunt recte. Crisostomus vero ait contra bilionis legimus Christum urbem intrasse, et numquam legimus cum tali honore fuisse receptum. Hoc ergo ideo fuit ut dicit Crisostomus. Ecina tunc erat cum dyabolo pugnaturus quo devicto factus est rex et iudex vivorum et mortuorum. Unde hic vide omnia regalia signa et regis omnes proprietates manifestantur. Nam ad ad regem pertinet dominandi potestas ut malefactores et perturbatores pacem et rempublicam posset punire. Secundo iusticie equitas quia honor regis iudicium et iusticiam diligit. Tercio solvendi et remunerandi facultas. Que tria tamen penes Christum pueri monstraverunt esse in Christo cum eum receperunt in urbem cum dyabolo pugnaturum, ut dicitur propheta: Senes cum iunioribus laudent nomen domini, non quando faciunt ut dicit Crisostomus. Puto quod ipsi qui laudabat nesciebat que laudabat, sed spiritus sanctus subito ingressus in eos veritatis verbo fundabat per eos. Unde in cantico quod cantabat exprimebat ista tria per ordinem, qui dicebat benedictus qui venit in nomine domini osanna filio David in excelsis. Nam dominandi potestatem exprimebat in hoc quod dicebat benedictus .i. gloriosus et potens dominus. Iusticie equitatem manifestabat in hoc quod dicebat in nomine domini. Ipse enim non rapina constitutus est in regnum, sicut multi tirranni et sicut antichristus qui tirrannice et per rapinam sibi acquiret potestatem dominandi sine voluntate et nomine dei patris. Unde ipse dicebatur

iudeis in Joh Ego veni in nomine patris mei et non recepistis me / alius ve
niet in nomine suo et illum recipietis / Sed saluandi et remunerandi facul
tatem ostenderunt in hoc quod dicebat Osanna i. saluator filio dd quantum ad huma
nitatem assumptam / saluator in excelsis quia ipse non fuit rex terrenus sed celeste
et suos subditos in excelsis saluat et remunerat / et ista tria concordat cum
verbis prophete zacharie 9o capitulo ubi dicitur Jubila filia syon ecce rex tuus quan
tum ad dilatandi potestatem venit tibi / iustus quantum ad iustitie equitatem / et sal
uator quantum ad saluandi et remunerandi facultatem

Et cum intrasset ierusalem commota est vniuersa ciuitas dicens quis
est hic / populi autem dicebat / hic est iesus propheta a naza
reth galilee hic prefiguratur exemplum conuertendi alios per clamorem
predicationis / Ubi implicantur duo Primo populi commotio Secundo populi commoti con
fessio ibi populi autem dicebat / dicit ergo cum intrasset ierusalem / Intrante ergo domino iesu
ierosolimam cum isto triumpho et honore turbarum per supradictam portam au
ream que est ad pedes templi aperte vallis iosaphat / hec autem secundum Cris
ipse faciebat non pompam querens sed et prophetiam implens et discipulos
propter mortem contristatos consolans / et mostrans quod hic patitur volens Ubi et
(Raban) hic introitus eius in ierusalem fuit ante quinque dies pasche (Ubi nota
est concordia non solum in rebus sed etiam in temporibus veteris et noui testamenti
decima enim die mensis primi agnus qui in pascha immolaretur domum intro
ducti iussus est / quia et dominus decima die eiusdem mensis hoc est ante quinque
dies pasche ciuitatem in qua pateretur erat ingressurus Et cum intrasset
ierusalem ierosolimam ut exhiberet salutem commota est tota ciuitas dicens
quis est hic / per hoc significatum fuit / quod intrante iesu ierosolimam celeste
angeli dicturi erant / quis est iste rex glorie bernardus super cantica Sed quomodo intrant
ierusalem / verum admirantes virtutes celestes dicebat quis est iste
rex glorie / hec super cantica / dicebat ergo quis est iste rex glorie hic / quasi dicens
iste non est talis ac tantus quod talia deberet sibi exhiberi / mirabatur enim
turbe strepitum / nescientes de eo veritatem cum omnia cum laudibus acciperent
(Unde Cris merito commouebatur videntes rem mirabilem / homo laudabatur
quasi deus / sed deus laudatur in homine / puto autem quod nec ipsum quem laudabat
sciebat quid laudabat / sed spiritus subito ingressus in eos nesciente animo
verba fundebat / hec Cris principes itaque et maiores indignabantur
de reuerentia christo exhibita / et ob hoc tota ciuitas dicitur esse commota / quia
factum maiorum dicitur esse factum totius ciuitatis vel aliqua commota / quia
aut 1. simplices et vulgares qui rem de toto reddentes dicebat / hic
est iesus propheta a nazareth galilee / summo dicere prophetarum / et ideo scimus
recto dicitur honorari / Ecce confessio dei a minoribus incipit ut ad maiores
perueniat (Ubi Jeronimus) Alius aut vel ambiguitatibus vel interrogationibus / vel
plebecula confitetur / quia hic est iesus propheta a nazareth galilee A minoribus
incipit ut ad maiores perueniat / prophetam enim cum dicunt quem moyses sim
ilem dixerat esse venturum (A nazareth aut galilee quia ibi educatus
fuerat ut flos campi nutriretur in flore virtutum / hec Jeron Et prosequitur
dominus ingressus est ierusalem reuerti cubitum ad locum suum Nota super tria
hic / quod dicit iesus tangit / quod propheta tangit officium / quod a nazareth
tangit patriam / ergo hic nomen saluationis / quia iesus / officium erudiendi
quia propheta / patriam delectationis quia nazareth / que interpretatur flos / hic
ergo nomen ad saluandum / officium ad docendum / patriam ad delectandum
Memoria huius processionis dominice recolit ecclesia illa die egreditur

Circa istum textum et
sequentem plura dicta
vide in vndecimo
folio circa hec signum
△

cum fideles cum ramis ei obviam duo Et muros civitatis septa et usque ad crucem aliquam vadunt in qua et ramos quos gestant affigentes deponunt Et nasi dicit eciam apostolus autem absit gloriari nisi in cruce domini nostri ihesu christi Crucis autem ideo eunt et usque ad crucem ei sic ondentes eis non esse sperandam in qualibet mundi gloria quia extrema gaudii luctus occupat Et deinde cum cruce ad civitatem regrediuntur pro eadem significatione illa die gaudio processionis subditur clavamus dominice passionis forte quidem ut exultacioni inserant lamentum et nos processioni passionem quia passio causa fuit eversionis per qua flevit In primo quo bella aliquis et de hostibus triumphaturus cum triumpho et gloria ad imperialem civitatem et ad locum certamins duce venit et certus de victoria ante bellum quod fieri non solet triumphum suscepit Unde rami palmarum cum quibus gloriose susceptus est principis victoriam super principe mundi signavit Hodie ergo mihi eciam duas recolit processiones Prima fuit qua iudei christum a monte oliveti usque ad urbem cum ramis olivarum et palmarum et magnis cantus associaverunt et ista processio magne reverencie et honoris fuit et hec eciam in ewangelio hodierno recitatur Secunda est qua iudei christum ab urbe ad montem calvarie cum magnis opprobriis et irrisionibus deduxerunt et ista processio fuit magne ignominie et doloris et hec eciam recitatur in passione hodierna In istis processionibus ondit magna in iudeis multiplicatas volubilitatis Nam in prima cum magna reverencia et devocione super ipsum asellum posuerunt In secunda ipsum cum magna ignominia in patibulo suspenderunt In prima vestimenta sua in via straverunt In secunda christum suis vestibus expoliaverunt In prima ramos palmarum et olivarum sibi obviam portaverunt In secunda spinas acutissimas eius capiti affixerunt In prima appellaverunt eum salvatorem dicentes osanna id est salva obsecro In secunda negaverunt ipsum salvatorem qui eciam se ipsum salvare non poterat In prima dixerunt ipsum esse benedictum et in nomine domini sui patris venisse in mundum In secunda dixerunt ipsum esse malefactorem et ideo se tradidisse eum et crucis patibulo affigendum Ecce quanta instabilitas in istis fuit quia quem tunc honoraverunt per maximam ignominiam tractaverunt Secundum propter glorie processionem maiorem habuit ex subita vituperio confusionem Unde bene eciam fuit quod processionem hanc voluit qui magis futuram noviat passionem processio quidem inito recitatur hodie quia hodie facta fuit passio vero tunc addita est quia secunda feria constat esse futura forte ut amarior esset passio quam processio precessisset Et tamen non sine causa tam nova processio mira quadam cognitione addit passionem Nam processio plausum habet passio non planctum videamus quid conferat ista commixtio Utique ut distamus in nulla mundi temporis sola leticia habere fiduciam scientes quia extrema gaudii luctus occupat sed in die bonorum ne immemores simus malorum huius enim mixtura est pius seculum non secularibus tamen sed eciam spiritualibus viris Ideo qui primus cepit facere quam docere non modo verbis sed eciam exemplis ondens quod omnis caro fenum et omnis gloria eius quasi flos feni processionis gloriam sublimari quam sibi in minime cognovit die ignominiosissime passionis Spiritualibus autem spiritualia comparantes in processione quidem celestis patrie recipiamus gloriam in passione vero monstramus viam In processione rapiemur in nubibus obviam christo in aera quem suscipietur in celesti urbe tunc diem applaudentibus et acclamantibus undique populis utriusque testamenti quasi qui precedebant et qui sequebantur benedictus qui venit in nomine domini In processione considerasti quo sperandum sit desiderare in passione qua eundum sit tribulatio enim plus via vite et via glorie via regni tolerabilem procul inde laborem passionis reddit gloria processionis quam amamus in edifficale in te

Et intravit iesus in templum dei et eiciebat omnes vendentes

Et relictis illis abiit foras extra civitatem in Bethaniam ibique mansit
et docebat eos de regno dei

et eiectos de templo et mensas nummulariorum et cathedras
vendentium columbas evertit Et dicit eis Scriptum est do
mus mea domus orationis est vocabitur, vos fecistis illam
speluncam latronum Et accesserunt ad eum ceci et claudi in
templo et sanavit eos. Videntes autem principes sacerdotum et
scribe mirabilia que fecit et pueros clamantes in templo
et dicentes. Osanna filio david, indignati sunt et dixerunt
ei, audis quid isti dicunt. Jesus autem dixit eis. Utique. Numquam
legistis, Quia ex ore infantium et lactantium perfecisti laudem
propter inimicos tuos. Supra premissa posita est prefiguratio concessionis
ipsi credulis. hic subditur condempnatio avaricie sacerdotalis et macule
symonie, quam condempnat dominus primo facto in eiectione. Secundo verbo
in increpatione ibi dixit eis scriptum est. dicit ergo Et intravit ihesus in tem-
plum Sciendum quod templum accipitur aliquando pro templo dei, domo dei templi
quod dividebatur in duas partes. Una pars vocabatur sancta, ubi erat ho-
stium sancti sanctorum erat altare incensi seu timiamatis auro tectum mensa
propositionis et candelabrum Alia pars erat sancta sanctorum ubi erat archa
testamenti et duo cherubin. Illam partem que dicebatur sancta intrabant
quotidie sacerdotes ad offerendum incensum et ultra aliam partem sancta sanctorum
solus summus pontifex intrabat et semel in anno Aliquando autem accipitur templum
large quedam platea quadrata ante templum muro clausa et dicebatur
atrium sacerdotum ubi sub divo erat altare holocaustorum ere coopertum
et istud intrabat non solum sacerdotes sed etiam levite eos in sacrificatio
ne et ablutione hostiarum et consimilibus adiuvantes. vulgares autem homines
illud non intrabant sed ad hostium istius atrii animalia vivi sacerdotibus
offerebant Ista autem duo loca non intravit Christus quia non erat sacerdos nec le
vita. Sed preter ista duo loca erant adhuc duo alia ubi homines sub divo
in oratione erant, et in uno viri et in alio mulieres orabant et ista atria
vocabantur nomine templi, et de hiis dicitur quod ihesus intravit in templum dei ac
petrus et iohannes ascendebant in templum ad horam orationis nonam Intra-
vit autem iesus primo in templum. propterea propter tria Primo secundum Bedam ut doceret
nos facere religionis curam sequimur, sed ut quotiens peregrinum primo domum orationis
si ibi est adeamus, et per orationes deo commendati sic ad agenda negocia
procedamus Secundo quia locus publicus erat ubi posset inveniri, ondens se
non invite sed sponte sua pati Tercio ut ondenderet quod ruina urbis et populi pro
qua fleverat maxime ex sacerdotum culpa fuit. et inde radix pretere
perdicionis processit. hoc profecto innotuit cum post malorum imminentium
enarrationem protinus templum ingressus est. ut de illo vendentes et ementes
eiceret, in signum quod sacerdotes tamquam indigni essent de templo et offi
cio eiciendi Sicut enim templum est in civitate ita vita sacerdotum in ple
be Unde secundum glossa. Symonia sacerdotum causa fuit destructionis iudeorum.
Sacerdotes enim sue avaricie consulentes, in porticibus et aliis templi
hostias propterea non inveniret emerent quivis vendebat ne venientes vic
timas non habentes inaniter offerrent si hostias proposito non invenirent Et hoc
faciebant ut vendita iterum oblata iterum reciperent Et ne pauperes non habentes
hostias sed et unde emerent non habentes excusationem, pecunie non habentes
possint ibi nummularios qui mutuam sub cautione et spe aliquam domi pe-
cuniam daret Sed quia lex non paciebatur ut a fratribus suis usuras reciperent
ideo quod non audebant dare ad usuram dabant nomine collibarum, ut sic pro
nummulariis collibistas facerent Collibie autem apud eos dicuntur vilia munuscula

Et vide de
sacerdotibus

ut carnes uel oves passe et pomorum et huius simila Collibiste igitur licet pro
illa accomodacione pecunie non reciperent pecuniam, vltra sortem, recipiebant
tamen munera uel exenia, et quod in nummo non licebat, in huius rebus, que nummis
emuntur licere quod Ezechiel prohibent dicens, usuram et omnem superhabundanciam
non recipietis Sic et hodie multi predicte sunt species usura et symonia sub no
mine caritatis uel gratitudinis palliantes, Valde periculosum est munera accipere
quia hoc est libertatem vendere Vnde Seneca, Quedam gratuita nobis videntur que magni
sunt constant, pro quibus nosmetipsos impedimus, si domus nobis magna pellis est
danda Si invenimus aliquid fructuosum uel pondus adeo nichil est cuius se velimus
Nostri essemus, si ista magna non esset Eumque mira vitam agere vitam volet, ita
visitata bustica deuitet in quibus miserrimi fallimur Sapiens cum primo
videt munuscula a theatro surgit et scit magna precio constare, viles preda
magno incomodo luimus Beneficium accipere libertatem vendere est, hec Seneca vbi
supra, hec erat primum boni filii, vt veniens primo ad domum circa patris
et illi honorem redderet qui genuit eum, Et tu imitator christi sic cum tu
in aliquam ingressus fueris civitatem, primum cum omnem actum ad ecclesiam
tenas, hoc erat et boni medici ut ingressus ad infirmam civitatem salutandam
primum ad originem passionis intendere Nam sic de templo omne bonum egreditur
sic et de templo omne malum prodit Crisostomus, medicus qui primo in
greditur ad infirmum, statim de stomacho eius interrogat, cuius curacione
festinat quia si stomachus sanus fuerit, totum corpus validum, si autem dissipatus
fuerit, totum corpus infirmum est Ita si sacerdocium integrum fuerit, tota ecclesia
floret per eam Si autem corruptum fuerit fides marcidatur, Puer enim ad
stomachos sacerdotum intelligit, quia in rebus spiritualibus per eos totus populus
gubernatur Sicut enim cor sapientis locus est ita sacerdotes receptacula sunt sapientie
spiritualis Et sic stomachus accipiens cibum coquit eum in semetipso et per
totum corpus dispergit, sic et sacerdotes accipiunt scientiam, sermonem per
scripturas a deo, et coquentes eam in se id est tractantes et meditantes apud
se omni populo subministrant, videte ergo sacerdotes quo vos componatis
in verbo et opere, quoniam sicut in corpore si aliquid infirmatum fuerit membrum
non omnino languet et stomachus, Si autem et stomachus languescit
omnia membra inveniuntur infirma Sic si aliqui christianorum peccaverint, non
omnino peccant sacerdotes Si autem sacerdotes fuerint in peccato totus populus
conuertitur ad peccandum, Ideo vnusquisque christianorum pro suo peccato dat rationem
Sacerdotes autem non tantum pro suis sed et pro omni peccato dampnati sunt Vnde
Vidit arborem pallentibus foliis marcidam intelligit studiosus agricola, quia
lesuram in radice habet Non vere quemadmodum cum videris arborem pallentibus
foliis marcidam intellige, quia aliquam culpam habet erga radicem, ita cum videris
populum indisciplinatum et irreligiosum sine dubio cognosce, quia sacerdocium
eius non est sanum hec Crisostomus Valde ergo deflendi sunt clerici qui cadunt
quia eorum casus est magis periculosus Vnde Crisostomus Nichil magnum destruit ecclesiam
dei sicut clericos laicis esse deteriores Cernens enim dominus in domo patris
sui negociacionem seu latrocinium istius modi ardore spiritus concitatus fecit
sibi flagellum de funiculis et eiecit ipse dominus templi vendentes et emen
tes de templo cum hostiis suis et mensas trapezitarum et cathedras
vendencium columbas euertit, ut aliquod vas deo non dicatum et sacratum
mercandi gratia per templum transferri permisit, Intelligunt quidem de vasis mer
cacionis et humanis vsibus applicandis non de vasis deo dicatis quia vasa
diuino cultui deputata debebant ibi esse et non alia, Ergo ut cophini
uel alia vtensilia comunia ad profana dum deportari Vnde Beda de vasis
dicit illis que mercandi gratia inferebantur, certum tibi sit ut vasa deo dica
ta dominus eicere de templo uel intro ferri prohibet in templum si poniquis

hic vide plura de sacerdotibus christianis bonis et malis

ubi factum suum ex animo insigne pretendit exemplum immunda et spiritualia
eliminat vasa de templo, ac ne amplius inferantur prohibet, quum non solum
de ecclesia omnes repellat, ac deturbabit nequiores, verum eciam ne ulterius ad turbandam
ecclesiam intret, eciam non eos verbere repellat. Sed et in presenti hec est
vera domus domini, a cordis fidelium purificacio ut non tantum peccata que inhe-
rent dimittat, verum sua corruptio tollat, sed eciam ne ulterius repetatur, divina
in eis gracia perseverans adiuvat. hec Beda. Et hec fuit secunda eieccio,
Bis enim legitur dominus hoc fecisse, ad signandum quod eiciendi sunt reges ab ecclesia
militante per gratiam, et a triumphante per penam. Ubi Teophilus. hoc
eciam dominus fecit in principio predicacionis sue, et nunc iterum illud fecit
quod ad crimen, et in maxima redargucione, incrementum redundat, quum non
fuerint ex priori castigati admonicione, et tamen dominus hec tociens fecit
ipsi minime se converterunt. Unde et Crisostomus In quo maior est accusacio inde
eorum, qui cum bis hoc idem fecisset, manebant tamen in sua demencia. Sed Crisostomus
Unde in prima eieccione eiecit tamen vendentes, hic autem diucius agendo eie-
cit ementes, qui multo erant plures. In prima eciam exprobracione eos appella-
vit negociatores, sed hic ut statim patebit acrius reprehendendo appel-
lat latrones. Datur per hoc exemplum prelatis quod diuinum debent arguere
peccatum secundum quod primum, quia grauius est tercie paribus, vere insultu inquietu-
dinis. hic eciam et in prima eieccione maior severitas et rigor et
austeritas de ipso exprimitur, quum nusquam alibi de eo legitur, quod sicut Crisostomus
In propriis iniuriis esse quempiam pacientem esse est laudabile, iniurias
autem dei dissimulare nimis est impium. Unde Christus iniurias suas pacienter
sustinuit, iniurias autem patris sui illatam dissimulavit. hec flagellacio
et eieccio malorum de templo olim prefigurata fuit in Eliodoro, qui
cum audacter manu armata templum intrasset ut illud spoliaret, quidam
venientes eum flagellaverunt, et tamquam mortuum reliquerunt Eliodorum
flagellatus fuit propter templi spoliacionem, iudei propter usure palliacionem. Sed
quare hic eciam non restiterunt ei. Dicendum secundum glossam, quod ex oculis eius et
facie exiuit fulgor terrens eos ita quod non audebant resistere, sic tum
voce sua terruit eos, qui veniebant ad capiendum eum, quum tamen audiue-
runt eum dicentem, ego sum, abierunt retrorsum et ceciderunt in terram
ut habetur Iohannis xviii. In voluntate enim ipsius erat, ostendere infirmitatem assump-
tam et sic divinitatis virtutem. Moraliter autem per hunc actum ipsi datur
intelligi quod deus cotidie suam ecclesiam intrat et qualiter ibi unusquisque
queratur intendit. Caveamus ergo in eo temporibus vel festivitatibus vel aliis illaqueare
vacemus, ne improvise veniens nos flagellet et de ecclesia sua ac de
mundo de regno eiciat et expellat. Nam si prius pravus addit cum fine tempus
hic vel in futuro flagellet vel flagellari concedat, similiter ergo quibus mali
eiciuntur sunt incrementa accionum malarum, quod funiculis peccatorum suorum
unusquisque constringetur. Proverbiorum. Ergo qui aliquid paciuntur per iniquitates
suas hoc tempore vel ficte bona vel aperte mala faciunt in ecclesia agnoscant
quod dominus fecit flagellum de resticulis peccatorum suorum, et admonet eos
ut mittet se, ne sint negociatores ne tandem audiant, ligatis illis
manibus et pedibus et proicite in tenebras exteriores. Sed Crisostomus In hoc quod dominus
expulit de templo oves et boves nummularios et vendentes columbas
eiecit, mistice designatur quod prelati domini debent reprimere importunitates per
reges criminas simulatores, tyrannos terrarum sive potencie bonorum peculatores
usurarios et symoniacos qui dona spiritus sancti, qui per columbam
intelligitur, vendentes. Maxime autem ex hoc facto domini eiciuntur
et symoniaci pravitate ostenditur, quod nusquam hoc fecisse legitur, nisi propter

Numquam alibi corporaliter restituisse et alios impulisse vel eiecisse legitur.
Si igitur eum in hoc quoque imitari volumus, si non aliter possumus, etiam vi
olenter symoniacos ab ecclesia pellere debemus, si tamen vires suppetant quibus
hoc sine ecclesie detrimento facere valeamus. Audite hoc symoniaci, audi
te negociatores nephandi, aut a negocijs cessate, aut de templo
exite; vos immundi estis, vos columbas et graciam sancti spiritus vendite
vos sine iudicio et precio nichil agite. Omnes quidem symoniaci a templo
dei vel ante humanos vel ante dei oculos eiciuntur et dei dono privantur.
Similiter etiam et religiosi qui in templo dei sunt deputati, si secularibus et
terrenis negocijs se implicent merito eiectionem a deo et eius indignationem
timere debent. O quanta mala geruntur hodie hodie in ecclesia que si dominus tunc
invenisset utique ea graviter punivisset. Unde Beda ait Eiecit commercia rerum
humanarum de domo illa in qua divinas tantum res agi hostias et oblaciones deo
offerri deo offerri verbum dei legi audiri et decantari preceptum erat. Et
quidem credendum est quod ea tantum vendi vel emi reperit in templo que ad
ministeria eiusdem essent eiusdem templi videlicet quod alias scimus legimus, cum
idem templum ingrediens invenit in eo vendentes et ementes oves et bo
ves et columbas que nimirum omnia non nisi ut offerentur in domo
domini eos qui de longe venerant ab indigenis comparare credendum
est. Si ergo dominus nec ea volebat in templo vendi que in templo
volebat offerri videlicet propter studium avaricie sive fraudis, quod proprium
solet esse negociancium facinus, quanta putas cum confusione puniret
si invenisset aliquos ibi risui vel vaniloquio vacantes aut aliis quibus
vicio mancipatos. Si enim ea que alibi libere geri poterant dominus in domo
sua temporalia negocia geri non poterant quanto magis ea que nusquam licet
plus celestis ire merentur si in edibus deo sacratis aguntur.
Hec Beda. Moraliter tempore isto sancto appropinquante paschate mediorum
et confitencium ascendit ihesus ierusalem, id est cor humanum vel animam, sanctam et
devotam per gratie sublimatorem elevatam. Nam urbs in alto est sita. Unde
dicitur ascendit. Templum in urbe est eminencior pars anime, puta superior
pars racionis que soli deo et eternis debet intendere. Illuc ascendit dominus per
officium sacramenti vel cum sua presentia spirituali etiam visitando. Sunt autem
quatuor precipue que ihesus in templo spirituali non patitur designata per quatuor
que invenit in templo materiali, et sunt quatuor defectus cum in viris religi
osis tunc reperti. Primum est nimia sollicitudo temporalium in acquirendo
ipsa et conservando. Hoc signatur per boves quos ihesus eiecit de templo.
Non autem sollicitudo temporalium simpliciter prohibetur sed nimia, et ne in templo
sit, id est in mente que solis eternis debet vacare. Unde qui temporalia in hoc
templo habent peccatum mortale quia creaturam loco creatoris ponunt
et temporalia loco eternorum. Secundum est inordinatus usus temporalium et intentum
prepta desideratio de continendis presentis, quod significatur per boves quia
cum libenter herbas comedit quandoque nociva in herbis absconsa devo
rat et deglutit. Sic plerumque accidit cum virtutibus temporalibus volendo
accipere id quod est noxium, quia latet sub utilitate superfluitas et voluptas.
Tercium est timor indispositus seu inordinatus et stolidus quod significatur
per ovem in qua plus habundat passio intellectu quam in aliis quadr
upedibus, et si tempore tonitrui remaneat sola et fuit impregnata ab
ortu impregnatus pertimore. Sic homines nimis timidi aborciunt fru
ctus spirituales profectus. Quartum est inexpeditio vel tarda progressio in com
plecione operum virtuosorum et hoc significatur per columbam que in
inicio diu debebat de volatu collum undique circumflectendo et circumspi

aciendo ad quam partem velit ire, sed sepe in-
terim sagitta eam precurrit vel accipitur rapit Sic accidit hominibus
pigris et impeditis Secundum talia a Christo in suo ingressu a templo ac-
cipere expellimur, facit enim flagellum de funiculis tribus, quorum primum
est infirmitas corporalis, secundum tribulacio cordialis, tercius et instinctu
divino amonicio spiritualis. Hoc flagello Christus predicta quatuor ab
eis fugat et eicit, et insuper eorum cathedras et mensas evertit ne
facilem ingressum habeant Et dicit deus eis quos de templo
eiecerat. Scriptum est enim in Ysaia, domus mea, que est nomini et cultui
meo dedicata domus oracionis vocabitur non rapine vel furti non ne-
gociacionis vel vane locucionis vel spectaculi Ex hoc nobis datur ma-
gna fiducia impetrandi, ut quid enim vellet deus ibi nos orare,
nisi ipse vellet nos exaudire In hoc ergo ostendit se illis deum esse
quia templum solius dei est domus. Ubi Ambrosius deus enim templum
suum non mercacionis vult esse diversorium sed domicilium sanctitatis Et
Augustinus In quo non deus vende et eme sed oracionibus tantum vacare. qui cogre-
gantur ergo in domo oracionis Nemo ergo ut ait Augustinus in oratorio aliquid
agat nisi ad quod factum est unde et nomen accepit Sed heu modo
domus dei domus dissolucionis et cupiditatis est vocetur Ideo subditur
Vos autem fecistis illam speluncam latronum, latrones enim non curant
nisi de lucris temporalibus quocumque modo acquirant, et ideo in speluncis se ab-
scondunt Unde Gregorius domus oracionis spelunca latronum facta fuerat, quia
ad hoc in templo assistere noverat ut aut non dantes innocentes
corporaliter persequi aut dantes spiritualiter necarentur Templum
quoque et domus dei est ipsa mens atque consciencia fidelium Cum ergo si quis in lesi-
one proximi perversas cogitaciones profert quasi in spelunca latronum residet
Et non iam domus oracionis sed spelunca latronis est quia relicta innocen-
cia et simplicitate sanctitatis illud conatur agere unde valeat proximo nocere
hec Gregorius Spelunca latronum dicitur esse locus ubi spolia que latro-
nes rapiunt congregantur et hoc fecerunt sacerdotes de templo quia non
curabant de cultu, sed magis de excoriacione populi, et hoc per astucias
varias et exquisitas Similiter et hodie clerici plus curant de suo lu-
cro quam de cultu sermonis Sic enim magni latrones in speluncis su-
is existentes quando sciunt aliquos transire parum curantes non exeunt de spe-
luncis sed mittunt famulos suos ad spoliandum illos Sic multi canoni-
ci et clerici quando sciunt lucrum magnum veniunt ad ecclesiam sed quando lucrum
est parvum remanent in suis domibus et se pulsant ac clericos suos
ad ecclesiam mittunt Et non quadruplicem usum ecclesie quia primo est domus
reconsiliacionis quo ad penitentes secundum illud Gen. Non est hic aliud nisi
domus dei et porta celi Secundo oracionis quo ad proficientes sicut dicitur
hic Tercio instrucionis quo ad perfectos secundum illud Ysaie Venite ascenda-
mus ad montem domini et ad domum dei iacob et docebit nos vias suas Quarto
exultacionis iubilacionis et laudis quo ad omnes secundum illud Psalmi In ecclesiis bene-
dicite deo, et illud Beati qui habitant in domo tua domine Sed fit spelunca
latronum secundum quadruplex latrocinium scilicet vel per furtum qui corrigunt
ut ab hereticis, vel gratis qui sacra vendunt ut a symoniacis, vel pre-
bendarum qui emunt ut ab ambiciosis, vel peccatorum qui male ex-
pendunt ut a voluptuosis Vel secundum Ieronimum latro est et templum dei in

latrocinium seu latronum speluncam converterit qui lucrum de religione sectantur. Hoc lucrum sectantur aliqui per vite ostentationem ut ypocrite, aliqui per studium scientie ut questuarii advocati, aliqui per fortitudinem potencie ut nobiles, aliqui per oblacionem munerum ut divites mundi. De hiis autem omnibus dicit Iohannes: quotquot venerunt fures sunt et latrones. Et accesserunt ad eum ceci. Hic ponitur secundum factum ostensivum sue divinitatis in curacione infirmitatis incurabilium, quod non potest fieri nisi virtute deitatis divina. Et hoc est quod dicitur: Et accesserunt ad eum ceci et claudi et sanat eos. A sanacione enim in habitum non fit regressus per naturam. Et hic patet quod sanat eos virtute divina. Sed quare tunc sanat? Respondeo propter multa. Primo propter civitatis confirmacionem, ut scilicet sua eieccionis non solum auctoritate scripture sed miraculorum operacione confirmaret. Secundo propter veritatem testificandam, unde ambo virtute sue magnalia in templo calumpniantibus, ut quod pueri clamabant, iste facte, unde quasi testes vocat illorum. Tercio in dimissione eorum, ut populares et principes, plebes et sacerdotes, fideles et infideles, quia illi illuminantur, illi non magis sanantur. Moraliter ceci sunt ignorantes, claudi vero rectitudinem iusticie dimittentes, et isti curantur per Iesum et per bona consilia et hortamenta sectatorum eius. Considerandum autem quod dominus cum magno honore receptus propter exhibitam sibi reverenciam non omisit iusticiam, quia mox templum intravit et omnes vendentes et ementes inde eiecit, nec propter severam iusticiam obmisit suam misericordiam, quia mox cecos et claudos sanavit. Per quod datur intelligi quod index et prelatus propter impensum sibi honorem non debet dimittere iusticie rigorem, nec propter rigorem iusticie debet dimittere dulcedinem misericordie. Videntes autem et admirantes principes sacerdotum et scribe mirabilia que fecit Iesus in tanta multitudine de templo eieccione in cecorum et claudorum sanacione, et pueros clamantes in templo ipsum esse verum Christum et dicentes osanna filio David, ipsum enim pueri et ceterae turbe cum laudibus Christum usque in templum deduxerunt, moti contra Christum rancore et invidia indignati sunt, quia mali de laude bonorum dolere consueverunt. Unde Crisostomus: Christus ingrediebatur ut homo, laudabatur ut deus. Christus celebat in carne, demonstrabat in voce. Quantum malicia sacerdotum quasi hominem blasphemabat, tantum innocencia puerorum quasi deum exaltabat. Quantum autem ille glorificabat, tantum sacerdotes invidia torquebantur, et illius honor fiebat illis tormentum. Sic enim est res quasi boni in sua virtute laudatur, mali in sua invidia cruciantur. Hec Crisostomus. Cuius manum non audebant timore populi in eum mittere nec miracula manifesta impugnare audebant, arguebant tamen eum de applausu quem sustinebat contra se et testimonium populi atque puerorum clamancium osanna filio David, utebantur in calumpniam quod videlicet hoc non dicitur nisi soli filio dei. Unde dixerunt ei: Audis quid isti dicunt, quasi dicerent: Talem laudem de te nimio non deberes sustinere, quia si tamen iustus et bonus esses, talem gloriam et applausum declinares. Unde Crisostomus: Et minimum hoc quod erat dicere ad eos: Non auditis quid hii dicunt? Sic enim deo cantabant illi pueri. Et iterum: Et vos videtis que ego facio. Illos laudantes attenditis, me autem facientem non consideratis. Ego facio in preterea voces illorum. Hec Crisostomus. Iesus autem dixit eis: Scilicet utique audio et audire debeo, quia hoc est ex divina preordinacione secundum quod scribitur in psalmo. Numquam enim legistis, inde: Ex ore infancium et lactencium perfecisti laudem. Et bene dicit perfecisti, laus enim inchoata fuit a turbis in via. Profert autem de psalmo exemplum ut tacente dicto testimonium scripturarum firmaret dicta puerorum. Cum

No dn̄s nō videt calūpniā eorū patenter, nō eñ dicit bn̄ faciunt q̄ me laudant, ut errant q̄ pueri sunt, ideo etati parcit, sʒ modeste videt, et uba puerorū testimonio sacre scripture confirmat

diceret vos qui cottidie legistis debetis scripturā hāc scire ꝛ ꝑ q̄ns me nō reprehendere. Ubi crisostomus intelligimus q̄ infantes dicebantur nō q̄ etate sʒ ex simplicitate cordis. Infantes eñ lactantes nō intelligere aliquid nec laudare possunt. lactantes autem dicebant ꝓpter quia qui lacte sunt nutriti ita mirabiliter delectatione caritatis clamabant sicut scriptū ē sʒ caritatiui sicut ablactatus sup matre sua. lac eñ ē opus miraculorū, q̄ miracula nullū laborē videntibus ponunt sʒ videntes admiratione delectant et ad fidem molliter inuitant. pa nis autem ē doctrina perfecte iusticie quā accipere nō possunt nisi exercitati sensus circa res spirituales. hec crisostomus. Et omnis simplex doctrina lac dr q̄ delectat et faciliter capitur sicut lac sine dolore sugitur. Nota tria perfitiunt laudem que hic notantur. Concordia. Ideo dr singularit ex ore. dan iii. Hij tres q̄si ex uno ore laudabant deum. Scd̄o mundi tia. q̄z nō est speciosa laus in ore peccatoris. Ideo dr infantium. Tercio diuina sciencia. vñ glo. Ille perficiunt laudem. in quibus virtus operatur nō in genium hominis. et ideo dr lactantium. Osee ii. lactabo eā et ibi loquar ad cor eius. No p̄mo semper dn̄s refugit honores. sʒ ut tunc instabat quo cito erat passurus et glorificandus. Ideo se esse xp̄m manifestauit et laudes acceptauit. No glo. licet q̄ frequenter dn̄s ingressus ciuitatem est nō tamen hijs laudibus, ut rex vocatus, quod semper fugerat nisi modo cum ascendit passurus. quod ideo factum est ut animos illorum aduersum se inuidia excitaret. Eciam tunc tempus passionis instabat. et se nō inuitum pati monstraret. Sʒ obicit crisostomus. Si eos excitauit. forte morte sua fecit innocentes. Absit. Excitauit eos nō ut facerent quod antea noluerunt. sʒ ut possent facere quod prius volebant. facultas enim eis data ē nō mutata voluntas. Et relictis illis. Consumata indignatione. hic subditur prefiguratio reprobationis eorum. et hec in duobus. primo in eorum relictione. scd̄o in fame accresce[n]tione. ibi mane autem. Dr ergo. Et relictis illis. glo. incredulis et inobedientibus. Abijt foras in Bethaniam. Introitus in domum obediencie vocationem gencium prefigurat. In primo Et relictis illis. prefigurabatur reprobatio iudeorum. In scd̄o q̄ mansit foras ex ciuitate gentilium inter q̄s mansit. Sʒ q̄re nō mansit in ierusalem. Ad hoc glo. q̄ pauper ꝛ nulli adulans. nullum in tanta urbe inuenit hospitem. sʒ apud lazarum receptus est. i. in Bethania prope ierusalem. Et in hoc est argumentum q̄ excellencia honoris promissi nō venit humana sʒ potestate diuina facta est. Alioquin pro tanto honore aliquem hospitem inuenisset. Certe iudeorum infidelitas, xp̄i paupertas. illius hospicij fidelitas ubi mansit. Crisostomus. Sectatorem enim veritatis ē nō ibi querere mansionem ubi thezauri multi sunt. sʒ ubi fideles. exemplum gaude ubi epule large sunt. sed ubi sanctitas floret.

Hic possunt esse quatuor dubitationes Prima utrum Sacrilegi eiciendi sunt de ecclesia Scd̄a utrum eiciendi sunt de ecclesia vsurarij Tercia utrum eiciendi sunt de ecclesia symoniaci Quarta utrum negociari sit licitum. Ad primam est sciendum q̄ dicit Jeronimus super hunc passum templum in ierusalem per Salomonem edificatum a iudeis de cunctis regionibus mundi venientibus in magna habebatur reverencia. et ab eis innumerabiles hostie taurorum arietum et hircorum potissime in festis offerebantur. pauperibus duntaxat exceptis qui offerebant pullos columbarum et turturum. Q̄z igitur illi qui veniebant de longe ꝛ de remotis partibus vel regionibus animalia nō habebant ad offerendum. sacerdotes templi

dicti cupiditate ordinarunt animalia vendi in templo et emi. et ipsimet sacer
dotes predicta animalia vendebant non habentibus. ut ipsi postmodum empta recipe
rent qui merito eiciendi erant de ecclesia et de templo propter duo Primo propter
sacrilegium quod committebant quia ut dicitur xvii q iiii pena sacrilegii sunt
puniendi illi qui celestium usibus dedicata vexare vel molestare temptauerint
non enim poterat esse sine violencia seu violatione et vexatione sacrarum
vendere et emere animalia in templo et sine latrocinio rerum sacrarum. Unde
saluator eiciens illos vendentes et ementes dixit. Domus mea domus ora
tionis vocabitur et vos fecistis illam speluncam latronum. Super quo verbo
dicit Ieronimus Et templum dei ille convertit in speluncam latronum qui lucrum de
religione sectatur Secundo propter negociacionem quia eis prohibitum exercebant
prohibetur enim clericis et personis ecclesiasticis negociatio rerum temporalium
unde dicit Ieronimus et ponitur lxxxviii distinctione Negociatorem clericum ex inopia
divitem. et ex ignobili gloriosum quasi quandam pestem fuge et Augustinus
sic allegatur distinctione predicta. sicut quod fornicari numquam licet sed negociari quandoque
licet quandoque non. quamdiu homo sit clericus licet. Postquam vero factus est clericus
non licet. Unde mandatum Domini caveant clerici ne negociis secularibus se immisceant

2 Ad secundam est sciendum quod secundum Ieronimum super hunc locum, quia multi veniebant ad
templum domini qui pecuniam unde emerent animalia non habebant ad ymo
landum ideo sacerdotes aliam fraudem excogitarunt ordinantes nummula
rios et campsores. qui recepta cogitatione et securitate pecuniam prestabant
et tamen legis mandato interdictum erat eis ne usuram reciperent facientes cum
proximis suis ut comodum haberent de pecunia feneratam immensa aliquid
recipiebant de pecunia in collectione vel in aliis rebus vel in fructibus non atten
dentes sicut dicit quod usura est non solum accipere pecuniam vel capitalia omnia alia
que munus dicuntur. quicquid enim sorti accedit vel pecunia vel que pro pe
cunia comparatur usura est ut dicitur xiiii causa q iii Unde scribitur in Ezechiele usu
ram et superhabundantiam non acceperit. Tales ergo usurarii expellendi
sunt de ecclesia quantum ad duo Primo quantum ad ecclesiasticam sepulturam. quia cum
aliis christianis in ecclesia sepelliri non debent Secundo quantum ad perceptionem
sacramentorum unde scribitur Extra de usuris constitucione Ut manifesti usurarii
nec ad communionem altaris nec ecclesiasticam si in hoc decesserint recipiantur sepul
turam nec ab eis oblaciones recipere debent. solum autem predicatione verbum usura
riis quibuscumque in ecclesia subtrahendum non est. quia dicitur Extra de excessibus prelatorum
bus suis prelati vel predicatores subtrahere non debent verbum sicut omnibus aliis
eiciendi sunt de ecclesia Ad terciam sciendum est quod sicut dicit Beda et ponitur

3 prima causa q iii vendentes columbas quorum kathedras Ihesus evertit sunt
illi episcopi qui sacros ordines largiendo premium pecunie vel laudis vel hono
ris inquirunt. et qui graciam quam a deo receperunt non simplici intencione
administrant sed cum intencione administracionis retribucionis humane exercent vel
episcopi qui tradunt ecclesias quibus non oportet columbas vendunt Et Urbanus
papa dicit Et qui res ecclesiasticas non ad quod institute sunt sed ad propria lu
cra munere lingue vel obsequii vel pecunie largitur vel adipiscitur simoniacus
est. quia autem pena simoniaci feriendi sunt patet prima causa q prima Si quis episcopus
ubi dicitur quod vendentes et ementes spiritualia a proprio gradu quia turpi lu
cro in ecclesia sunt constituti eiciendi et deponendi sunt et ecclesiastica
dignitatem ponendi Illi non qui sunt mediatores in tam turpibus
et nephandis lucris datis vel acceptis si clerici sunt debent deponi. si vero
laici sunt debent excommunicari Ad quartam notandum quod non Nazarenus Christus super littera

4 preter lectionis eiciebat vendentes et ementes dicit Chrysostomus vendentes et ementes de templo significant quod mercator numquam potest deo placere

et ideo nullus christianus debet esse mercator Item Crisostomus super eodem Si quis
voluerit esse mercator proiciatur de ecclesia propheta dicente in psalmo quoniam non cogno
vi negociaciones introibo in potencias domini secundum 10 Item ibidem ostendit qui
non est negociator quicumque rem comparat non ut ita integram et immutatam ven
dat sed ut materia sit sibi idest aliquid operandi ille non est negociator et ponit
exemplum ut iste emit thabulas ut faciat sibi scrinium vel cartas ut faciat
librum. sed qui integram vendit negociator est. et ille eiciendus est
de templo sed fere omnes mercatores res integras vendunt ergo etc. Item Cassi
odorus super illud psalmi Quoniam non cognovi literaturam dicit Quid est aliud ne
gociacio nisi que possit vilius comparari et carius velle distrahere et tales
eiecit deus de templo. Ex quibus videtur quod negociari vel sit illicitum. Contra
Augustinus in questionibus novi et veteris testamenti fornicari hominibus non semper licet. nego
ciari aliquando licet aliquando non Item negociacio potest licite fieri Unde Augustinus super
illud locum psalmi Quoniam non cognovi literaturam arguit sic. ergo non negocientur christiani
Ecce ait negociator Affero ex longinquo merces. mercedem laboris mei
unde vivam quero dignus est operarius mercede sua Luce 10 Elegit ergo
sequitur quod iuste possum aliquid vilius comparare et carius velle ven
dere Item glossa super id psalmi Quoniam non cognovi literaturam dicit Non exprobravi
ea que faciunt avidi negociatores Nam avidus acquirendi pro dampno
blasphemat. pro preciis rerum mentitur et peierat. sed hec vicia sunt hominis
non artis que sine hiis viciis agi potest. sic in omnibus artibus male agit
non ex eis sed ex hominibus. Item Augustinus super ... psalmo. Omnes artifices men
ciuntur sutores agricole Si ergo negocia sutorum et agricolarum non culpatur
ars sutoria vel agricultura. ergo propter mendacia negociatorum non debet culpa
ri negociator Item si negociatores optant carum tempus ut possint carius
vendere Ideo culpatur negociacio. Obicit beatus Augustinus. hoc non faciunt boni ne
gociatores sed nec boni agricole. quia ista sunt peccata hominum non rerum Item arguitur
tercio Illud quod est apud unum non est apud alium Unde hiis unum indiget
et e converso. cum ergo negociacio inter homines sit ad supplendam indigenciam
mutue necessitatis negociacio non erit illicita ut mala primo ex me natura appro
batur Responsio distinguendum esse. quod aliquid dicitur illicitum pluribus modis Uno
modo illicitum dicitur quod est secundum se malum ex ipsa inordinacione actus qualis
est fornicatio et usura. et sic non negotiacio communiter accepta non est illici
ta Unde ad illum intellectum dicit beatus Augustinus fornicari hominibus semper non licet
negotiari vero aliquando licet Alio dicitur illicitum quod est ex aliqua circumstan
cia malum. quod contingit pluribus modis Ex circumstancia persone et circumstan
cia cause ex circumstancia modi. ex circumstancia temporis. ex circumstancia lo
ci. ex circumstancia corporis In omnibus istis modis contingit negociacionem fieri
illicite vel esse licite Illicite cum est inordinate in negociacione licite
vero cum ordinate. et prout ponit multe species Ex circumstancia persone contingit
illicita est negotiacio cum negociatur clericus propter quod dicit Augustinus in libro questionum novi
et veteris testamenti Augustinus clericus quamvis sit licet ei negotiari. clerico facto non lice
et propter ad Timotheum 2o Nemo militans implicet se secularibus scilicet negociis
Ex circumstancia cause illicita est negotiacio etiam laico cum scilicet propter cupi
ditatem vel aliquem malum finem negociatur secundum quem modum dicit Cassi
odorus super psalmum Quoniam non cognovi literaturam negociatores abhominabiles
estimantur qui pro immoderate pecunie ambicione polluuntur Et sic
dicit beatus Augustinus Illi qui optant carum tempus ut possint carius vendere
Ex circumstancia etiam modi negotiacio est illicita cum exercetur cum men
daciis et periuriis secundum quod dicit Crisostomus hic mercator sine mendacio et periurio

pre no pt. i vix pt Ex circumstantia vero temporis esse illicita negotiatio cum
fit diebus solempnibus et festivis orationi et vacationi divine deputatis
Exo 20 et deutro 7 non facias in ea quicquam operis Ex circumstantia vero loci illi
cita est cum fit in loco divino cultui deputato ut hic ubi dominus eiecit ven
et emen de templo Ex circumstantia esse corporum negotiatio illicita
cum fit transeuntibus vendunt res caras quam manentibus unde dicit Concilium al
binum presbiteros suas moneat ut hospitales sint et non carius vendant
transeuntibus quam manentibus licite vero fit negotiatio cum exercetur a con
grua persona ut laica et nimia vel pia ita ut sic possit sibi et sue
familie in necessariis providere aut opera invenire exercere et debito modo sine
mendacio et periurio et tempore competenti ut die non festiva et loco concesso
et tali exercitio apto et iusta estimatione rei et commertio prout quis
vendit in illa civitate vel loco in quo negotiari contingit Et sic hic
dicit Canon ex epistola Clementis Ex negotia mundana et secularia sibi in
ta licet quod negotiatio sive mercatio dicitur pluribus modis quando et proprie
circa contractum acquisitionis per mutuum proprie circa contractum emptionis et ven
ditionis Commune proprie circa acquisitionem in contractu venditionis Primo modo
usura dicitur mercatio sive negotiatio unde Crisostomus super aut super id eiecit
venden et Super omnes mercatores maledictus est plus usurarius quia
fenerator rem suam repetit tollens alienam cum suis Et hec negotiatio
de gradatione punitur in clerico Sic dicit Canon XL dist Si quis clericus
detectus fuerit usuras accipere placuit degradare Secundo modo dicitur nego
tiatio emptio alicuius rei ut postea vendatur quod sic patet ex precedentibus
vix pt exercen sine peccato Ideo interdicta est illis qui debent prebere
aliis exemplum virtutis ut clericis dicit enim in c. 26 difficile exuitur
a negligentia sua negotians Et eccli 21 de illo enim qui locupletari
inter medium venditionis et emptionis angustabitur peccatis Tertio modo
proprie dicitur negotiatio in acquisitione per venditionem Circa quod distin
guendum Aut venditur res cuius valor totus est ex artificio non ex ma
teria sicut matte que fiunt ex iunctis vel sporte que fiunt ex viminibus
ista que fiunt ex quibus talia fiunt sunt inpreciabilia et quasi nullius valoris
huiusmodi venditio seu negotiatio concessa est clericis et etiam monacho sic dicit
Ieronimus ad Rusticum monachum dicens Si habes exemplum pietatem de avaro venie
laborabat manibus suis ne quid quereret tu quoque fiscellam texe iunco vel
canistrum plecte viminibus unde apostolus pre ad Chore laborando ope
rantes manibus nostris Et in psalmo labores manuum tuarum quia manducabis beatus es et bene tibi erit Item aut venditur res cuius labor est ex ar
tificio et materia ut si contingat emere materiam ut melioretur et fiat preciosior
per artificium ut si quis emat pergamenum ut inde faciat librum vel
thabulas ut inde faciat scrinium hec etiam negotiatio concessa est clerico
in necessitate et etiam monacho unde Ieronimus ad Rusticum monachum Scribantur libri ut
dicit presbiteris egyptiorum monasteria hunc morem tenent ut nullum absque labo
re suscipiunt Item aut venditur res cuius labor totus est ex se ipsa non
ex artificio quod vendens superaddit aut venditur ut emitur aut non
emitur sed donata vel acquisita alias venditur Si emitur ut vendatur
sic est negotiatio predicta que interdicta est clericis Si vero non est emp
ta sed donata vel acquisita alias ut vendatur sic est negotiatio nulli
proprie dicta quia omnibus est concessa Ad primum quod dicit Cris

Et mercator nunquam vel vix potest deo placere et quod procurat de ecclesia intelligitur de illo qui cum mendaciis et periuriis negociatur. Unde statim subdit mercator sine mendacio et periurio esse non potest vel vix potest. Hoc ergo dicit propter illicitum modum negociandi. Ad aliud quod dicit. Et qui comparat rem ut integram et immutatam vendendo lucretur ille est mercator qui de templo eicitur. Facienda est vis in hoc quod dicit rem integram et immutatam et in hoc quod dicit lucretur. Nam in cuius intencione est emptio propter necessitatem et eciam attento publice utilitatis vel affectu pietatis ut habeat unde sustentet pauperes in cuius intencione non est finis ultimum lucrum sed magis sustentacionis necessitas vel utilitas vel pietas. De illis ergo intelligitur in quorum intencione finis negociacionis est lucrum. Similiter qui res integras transfert de uno loco ad aliud licet res maneat integre quantum ad substanciam non tamen quantum ad locum. Ideo racione sui laboris potest licite querere mercedem. Nec de illo intelligit Cassiodorus. Item si quis rem sic comparat ut attendat periculum in servando quia potest deteriorari vel igne consumi vel a fure subtrahi. Si tamen cum predictis circumstanciis intendat nec de tali intelligitur quod dicit Cassiodorus sed de illo in cuius intencione finaliter lucrum est et sine labore et solicitudine et avaricia acquirendi. Ad ultimum vero quod dicit Cassiodorus. Et negociacio est comparare vilius et carius velle distrahere que reprobatur a deo. Dicendum quod intelligitur de illis cupiditatibus qui frequentant forum rerum venalium totum sibi accipiunt et propter ea secundum voluntatem suam carius aliis vendunt quam venderetur in foro et hec faciunt de frumentis et aliis rebus vite humane necessariis. Tales vero sunt deo abhominabiles et ab ecclesia eiciendi.

Plurima turba straverunt vestimenta sua in via. Alii autem cedebant ramos de arboribus et sternebant in via. Turbe autem que precedebant et que sequebantur clamabant O osanna filio david. Spiritualiter nota in verbis propositis. Et ex hac triplici distinctione recipiencium Christum quam facit ewangelium innuitur nobis quo debemus preparare nos ad recipiendum Christum. Habeamus ergo vestimenta sub pedibus ramos in manibus laudes in cordibus. De primo plurima autem turba. De secundo alii autem cedebant. De tercio turbe autem. De primo innuitur honum carnis proximum. Et secundo boni exempli manifestacio quantum ad proximum. Et tercio devota oracio quantum ad deum. Primo ergo necessaria est carnis mortificacio. Per vestimenta vero nostra corpora in quibus latet anima sicut corpus in veste. Hec autem vestimenta in via sternuntur quando in penitencia pro peccatis corpora atteruntur. Unde de carne Christi passa et sanguine rubricata dicit ysaias Quare rubrum est vestimentum tuum et vestimenta tua sicut calcancium in torculari. Et infra. Aspersus est sanguis eorum super vestimenta mea. Quia propter reatum nostrum corpus eius morti est expositum sicut aufertur ei qui pro alio spoponderit pro alio loco pignoris vestimentum suum. Unde in proverbiis. Tolle vestimentum eius qui fideiussor extitit alieni et pro extraneis auffer pignus ab eo. Nullus ei vitam abstulit sed ipse voluntate propria posuit. Iohannis x. Corpus ergo nostrum vestimentum est quod veteratur veteratum vermiculatur vermiculatum dissipatur dissipatum reparatur. Veteratur autem per originalem transgressionem quia productum est de illo veteri sapiente primi parente. Adam quod innuit vetustatem originalem ex prima transgressione propter omnes sic vestimentum

Iste versus mencionem pertinet ad precedentem textum ubi habetur tale signum ⊡

veteraſcent et ſicut opertorium mutabis eos et mutabuntur Qui ſignifica
mur per gabaonitas qui induti ſunt veteribus veſtimentis et dampna
ti pena ſeruili Ioſ. ix. Niſi autem induiſſet penitus non intraſſemus
hoc vitium ſit de filijs yſrael deute. 29 Adduxi vos in quadra
ginta annis per deſertum non ſunt attrita veſtimenta veſtra nec calciame
ta vestra vetuſtate conſumpta ſunt / que figura eſt quod ſi permanſiſſet
ſtatus innocentie nec corpora nostra ſubicerentur alteratoni nec ſpiritus
prave affectioni / Ieſ. ix. Veſtimenta eorum non veteraſcunt et pedes
eorum non ſunt attriti Secundo vermiculatur per carnis temptationem hec
enim motus pungunt ad inſtar vermis qui motus egrediuntur de corrupta
carne ſicut vermes de veſte Eccli. 42. De veſtimentis procedit tinea et a
muliere iniquitas viri hoc eſt concupiſcentia carnis puritas puritas
ſpiritus effeminat Iſti vermes corrodunt veſtimenta que vulnerat quietudo
bonum quietudo Iob 30 Nocte os meum perforatur doloribus et qui me co
medunt non dormiunt in multitudine conſumunt veſtimentum meum et qua
ſi capitio tunice ſuccinxerunt me / Certum eſt ſecundum hyſtoriam quod corpus
eius ſcatebat vermibus / Ex quorum multitudine perpendebatur ei ſompnus
Sed in hoc ſignatur temptatio carnis que ſemper nos impetunt et conſumunt
et ne reſiſtamus impediunt quia capitio tunice collum conſtringunt vel ne
clamemus ad deum per orationem · vel ne proximo faciamus affectum Tertio
vermiculatum diſſipatur per mortis diſſolutionem Iob 13 Qui putredine conſu
mendus glo. carnis corruptione cotterendus et quaſi veſti. quod comeditur a tinea
Exima ſicut veſtimentum de ipſo exorta tinea comedit Iſta homo in ſemet
ipſo habet putredinem in qua reſoluitur Et ſpiritualiter homo caro habet in ſe unde
temptatur Sed hic notabile eſt quod tinea ſine ſonitu perforat veſtime
tum / ſic temptationum nostrarum vulnera non cognoſcimus niſi poſtquam ab
eis confeſſi in mente fuerimus Quarto diſſipatum reparatur per generalem reſur
rectionem Iob 38 Reſtituetur ut lutum ſignaculum et ſtabit ſicut veſtimentum
homo enim qui eſt ſignaculum dei reſtituetur in terra ſicut olla lutea vel
ymago deſtructa reformatur ex eadem materia et ſtabit ſi bene meruit de
natur in gloria ſicut veſtis elevatur in parrtica Si vero demeruerit in igne
proicietur ſicut res viliſſima que comburitur yſa 9. Veſtimentum mixtum ſan
guine erit in combuſtionem et cibus ignis Sed corpus humanum reparatum
glorioſum habet veſtimentum yſa 52 Conſurge conſurge induere fortitudine
veſti. glorie tue iheruſalem civitas ſancta Tunc enim erunt in perfecte nuptie et tunc
veſtes nuptiales dabuntur conviuantibus et regie yſa 61 Gaudens gau
debo in domino quia induit me veſtimento ſalutis Et Iudit 10 Exuit ſe
induit veſtimento viduitatis ſue et induit ſe veſtimento leticie in exul
tatione filiorum yſrael Tunc mardocheus abiecto ſerico ſacco fulgebit veſti
bus aeternis / patet ergo veſtimentum ſignare corpus humanum hoc autem
veſtimentum ſternebatur in via et imponebatur aſino et iheſum deſuper ſede
fecerunt Nota ergo ordinem quod veſtimentum illud primo deponitur tollen
do affectionem carnalem / exponitur per exhibitionem ſpiritualem Supponitur
quod ſternebatur in via et hic per afflictionem corporalem Superponitur
quia deſuper iheſum ſedere fecerunt / et hic fit quando omnem paſſionem corporis
reputamus paſſioni xpiſti inferiorem et improportionalem / De primo chryſ.
Ex proiecto veſtimento ſuo cecus exiliens venit ad iheſum quia qui voluerit venire ad
iheſum primo abiciat carnis curam nimiam que excecat oculum intel
lectus per ignoranciam et affectus per concupiſcentiam De hac abiectione

vestimenti Zach. 3 Auferte vestimenta fetida sordida Et Gen 35 mutate vestimenta vestra surgite et ascendamus in Bethel quod interpretatur domus dei quod facimus abiecta cura carnis vacamus spiritualibus exerciciis De 2o .1. Regum 18 Expoliat se Jonathas tunica qua ipse erat indutus et dedit eam David et reliqua vestimenta usque ad gladium et arcum et baltheum quia primis exponenda sunt omnia corporis membra sed retinenda sunt nobis nostra opera et bona spiritualia ne a vanitate ne a levitate revelando eum modo sunt gladius dividens subtilitas nostre contemplacionis baltheus renes stringens puritas nostre affeccionis Arcus sagittas ad certum locum dirigens indeclinabilitas nostre intencionis intime et secrete quod est intrinsecus latens ubi solus deus videt Hec sunt vestimenta linea quibus induebantur sacerdotes cum ingrediebantur portas atrii interioris De 2o .2. Regum 13 David scidit vestimenta sua et iacuit super terram quia debemus mortificare carnem et humiliare mentem Consuetudine enim debemus pellicium illud dissuere quod quidam innituntur dentibus consuere et ieiunijs corpus extenuare et elemosinas ad levamen pauperi dare Unde bis legitur hic circa gelum ante duo festa precipua nativitate et pasche quia per hoc docemur quod christiani qui solet se in festis novis vestibus induere non dimittere histrionibus aut servientibus loco pecunie vestes veteres dare sed ad honorem dei pauperibus erogare ut christum vestiat qui in natali pro eis fuit pannis indutus vilibus ymo involutus et ante pascha indutus de cruce passus Prov 31 Non timebit domui sue a frigoribus nivis Omnes enim domestici eius vestiti sunt duplicibus Illa enim anima que sic vestit pauperes non timet algores infernales Unde Mt 25 Nudus fui et cooperuistis me Ysa 58 Cum videris nudum operi eum De quarto patet vestimenti nostra supponimus ut iesus super illa sedeat cum consideramus quod quando in corpore patimur passio christi superat et sic christi passio exaltatur et mactatur Crux et Job 9 Si lotus fuero quasi aquis nivis et fulserint velud mundissime manus mee tamen sordibus intingues me et abhominabuntur me vestimenta mea Aque nivis sunt lamenta humilitatis et acre profluunt non sic aqua fonte vel flumine que oriuntur de terra et ideo lacrimas humilitas designat que fiunt propter celestium desideria non propter aliqua terrena Cum enim celestem patriam appetunt et desiderantes accensi plangunt a summis accipiunt ut videntur et sequitur Et ful. ue. mu. ma. mee 2 Crux quamdiu lutum nostre corruptionis perferimus quantumcumque bonis operibus consistamus perfectam munditiam non habemus Unde sequitur Sord. ting. me quia sic respectu munditie dei nichil est nostra munditia sed magis immunditia Ita respectu pene christi nichil est pena nostra sed magis quasi lascivia Et sequitur Abhominabuntur me .ue. mea Quodammodo abhominabile redditur qui non perfecte munditur qui non perfecte tribulatur Unde in vestimentis lineis videmus fieri dealbacionem per multam percussionem De munditia autem vestimentorum christi Mc 9 facta sunt vestimenta eius splen. et cand. nimis sic qualia fullo super terram non potest candida facere Et de vestitu corporali iam habes paulo ante qui non inquinaverunt vestita sua et sic hec sunt vestita lepra de quibus Lev 13 Vestis lanea sive linea que lepra fuerit in stamine vel subtegmine aut certe pelle aut quicquid e pelle confectum si alba

vel russa macula fuerit infecta lepra reputabitur Immundicia vesti ti
immundicia est hominis. Vestis que frigus repellit corpus operit et
honestatem et utilitatem induit opus virtutis est que foris induit
honestatem fame, et intus fovet per sanctitatem conscientie / quarum quedam
est linea, cum dicitur est actio alia corporalis spiritualis. Quedam lanea ut
corporalis, quia linum subtilius est lana. Vestem ergo lineam induimus cum
orando legimus aut meditamur. Et vestem laneam cum descendimus ad cor
poralem actionem esurientes pascendo et aut que pertinet ad elemo
sinam corporalem. Stamine a stando dicitur quia semper in anteriora dirigitur
intencio recta est que desiderio regni celestis semper et in deum dirigitur
et in futura extenditur / subtegmine ad diversa petit latera nunc in dextrum
contemplationis, nunc in sinistrum actionis se transferens est bonorum ope
rum utriusque instancia. Per pelles que de mortuis animalibus extrahuntur
mortificatio carnis intelligitur. Et hiis pellibus multa consistunt opera
quia per carnis mortificationem acquiritur castitas corporis contemptus mundi et
sui / alba macula est manis gloria. Russa macula est invidia per quam
devenitur usque ad effusionem sanguinis / ergo in stamine vestis appareret
alba macula vel russa cum intencio depravata appetit non dei gloriam sed lau
dem humanam, et inde oritur russa macula dum ex gloria quam mens cor
rupta desiderat quam videt aliis habundanciorem attribui magno propo
dolore torqueri. Et sic dupliciter stamine corrupto subtegmine corrumpitur
quia corruptum est opus quod corrupta intencione geritur. Idem sentiendum
est in pellibus et in eis que ex pellibus fiunt. Quoniam si abstinentie magne
vel castitate appetitu laudis proprie vel lucri aliene se supposuerit magne
vestem corrumpit. Plurima autem turba straverunt vestimenta sua
in via Alii autem cedebant ramos de arboribus. Nota 2o bonum exempli manifestatio
in hiis ramis de arboribus testis Joh 12 Acceperunt ramos palmarum
et processerunt obviam ei. Quod sequitur Judic 9. Quod diligitis me videritis
facere hoc facite. Sequitur ramos pendentes de arboribus scindebant. Duce
ramos ergo arborum debemus in manibus habere id est priorum bonorum operum
aliis ostendere et eos ad similia provocare. Nota ergo quod est quadruplex
arbor ex quibus cedimus quatuor genera ramorum, hoc est quatuor genera
exemplorum. Est enim arbor fidei catholice unde ceduntur exempla credendi. Ar
bor crucis vivifice unde sumuntur exempla paciendi. Arbor caritatis per
fecte unde sumuntur exempla diligendi. Arbor sacre scripture unde
sumuntur exempla vivendi. De prima arbore Luc 13 Simile est regnum
celorum grano sinapis quod acceptum homo misit in ortum suum et crevit
et factum est in arborem magnam. Granum sinapis venena tollit for
tum fervet / in arborem altam crescit quia fides catholica et vera
nefaria dogmata nescit in pressione apparet deo post invisibilia intellectum
humano attingit. Non sic abies de qua Gen. 21 Cum esset consumpta aqua
in utre proiecit puerum subter unam arborem. Alia littera subter abietem
quia deficiente gratia fidei in corde vacatur culpe. Sap 1 Sunt spissos
arborum ramos animum suum suavius deficientes faciebat Egyptios Vi
abies abeundo in altum dicta arbor est plana sine nodo nescientis
prime duriciem solida est parum humore humore per graciam alta est per ela
cionis arrogantiam. De ramo autem huius arbore fidei sic Luc 13 volucres
celi requiescunt in ramis eius. Quoniam viri spirituales in articulis fidei et exemplis
requiescunt et si non inveniant rationes naturales. Secunda arbor
est crucis vivifice que potest dici arbor mali. Cant ultimo Sub arbo
re malo suscitavi te ibi corrupta est mater tua / ibi violata est
genitrix tua. Arbor mali signum crucis in quo singulare sapore et odore

fruct⁹ pependit. et fructum eius certe vbertas perseuerans in xp̄ianis omnibus in perpetuum nō marcescit. Huic ligno fidelis anima per deuocionem subdita dūi saluatoris sui honorat patibulum et adorat sub eo sustentatur ad gr̄tiam et ad gl̄am. Ibi cor est ꝛ Cr̄ma eua que fuerat mater viuencium incorrupta ibi mater morientium est effecta sibi et posteritati sue corrupta in anima et in carne violata. quia originali peccato obnoxia et mortis addicta. rea reos. mortal mortales dupliciter misera duplicat⁹ miseros paritura. De hac arbore Judith 6 ligauerunt achior ad arborem manib⁹ et pedibus sicut xp̄m in cruce. Huius arboris rami sunt exempla patiendi Eccli 24 Ego quasi terebintus expandi ramos meos et rami mei honoris et gr̄e. terebintus est arbor guttans resinam .i. gummi omni resinarum prestanciore. q̄r passio xp̄i inducit passionem deuotissimam et efficacissimam compunctionem. Rami autem extensi sunt dimensiones crucis quas in exemplum passionis et paciencie habemus in cordibus nris ut nō simul extendamur ꝛ dilatemur in nobis referentes profundum arboris huius ad precium redemptionis nre longitudinem ad exemplum tolerantie et longanimitate. et latitudinem ad effectum caritate sublimitate ad premium eterne felicitatis. Si ergo de hac arbore ramos auferimus et nobis inserimus et arborem cordis nri purgamus renouamus et fructificamus fructu honesto et graciose. Job 14 lignum hʒ spem si precisum fuit rursum virescit ꝛ rami eius pullulant. Tercia est arbor caritate perfecte. Gen 18 lauentur pedes vri et requiescite sub arbore q̄r aīa purgata a peccatis et se exercens in operibus caritatis inuenit locum quietis. Hec est arbor oliue. Exo 27 precipe filiis isrł. ut afferant tibi oleum de arboribus oliuarum purissimum. hoc enim est oleum illuminans contra errores. abluens contra tribulaciones sanans contra temptaciones. de qua arbore summuntur rami exempla diligendi. Gen 8 Columba venit ad archam ad vesperam portans ramum oliue virentibus foliis in ore suo. Ramum oliue ferebat in signum pacis. ait illam signat que in pace habitat propter habundanciam caritatis que nouit impetrare tamen sic corruit quia nō indignatur peccatoribus ut eis dedit nec eis dedit sed pro eis orat. sic columba in archa huius in ore ramum oliue viridentibus foliis hoc est columba deuotis. Quarta est arbor sacre scripture de qua Luc 17 Si habueritis fidem dicetis huic arbori moro eradicare et transplantare in mari et obediet vobis. ffructus mori albescit in floribus formatur rutilat maturitate nigrescit. Cibus est pastorum. sic sacra scriptura docet albedinem in puritate correctionis. rubedinem in asperitate mortificationis. nigredinem in assiduitate laboris. et est rector pastorum licet dicatur Exod 10 Est deuorata est herba terre a locuste et quicquid pomorum .i. fructuum in arboribus fuit. q̄r prelati qui dant vacare sacre scripture vacant ambicioni et superbie. et ideo nō possunt eciam fructificare. locusta salit et cadit ꝛ ipsi tollimur in altum ut lapsu grauiore ruant. Canonica Jude. Hii sunt nubes sine aqua positi sunt aliis sed sine scripture sapiencia arbores autumnales infructuose. in autumno nō debent flores quari sed fructus colligi. q̄r tales habent flores apparencia nō fructus existencia bis mortue sibi et proximis. De hac arbore sacre scripture procedunt rami exempla viuendi et vita gr̄e in presenti et vita gl̄ie in futuro. Eccli primo. Radix sapiencie timere deum et rami eius longeui.

Plurima aūt turba strauerunt ꝛ alii cedebant ramos de arboribus

Sicut dictu est hic 2o notatur boni exempli manifestatio Et quia
bonum exemplum manifestatur in opibus iustitie et misericordie Inde
est quod Ioh 12 specificantur isti rami arborum per ramos palmarum in signum
patientie sive exemplorum passionis, et in ceteris specificantur per ramos
olivarum, ut dicitur pueri hebreorum tollentes ramos olivarum in exemplum
et signum mie operum et pietatis vel compassionis Quantum ad primum nota
quod rami palmarum innuunt nobis patientiam Unde palma arbor victo
rie qua utebantur victores eo quod palma non cedit ponderi sed contra pondus
insurgit et sursum nititur si radices eius lapidibus onerentur, sicut dicit h.
1 problematum 2 plantarum 1 libro moralium, patientia autem victoriam obti
net Unde in apocalipsi et esdre loquitur de sanctis quibus in signum victorie da
te sunt palme Ait 4o sic Ego esdras vidi in monte syon turbam magnam
quam numerare non potui et omnes canticis collaudabant dominum et in medio
eorum erat iuvenis statura celsus eminentior omnibus illis et singulis
eorum capitibus imponebat coronas et magis exaltabatur, ego autem
miraculo tenebar Tunc interrogabam angelum et dixi Qui sunt hii domine
Qui respondens dixit michi, hii sunt qui mortalem tunicam deposuerunt
et immortalem susceperunt et confessi sunt nomen dei modo coronantur et acci
piunt palmam Et ad angelos dixi Ille iuvenis quis est qui eis coronas
imponit et palmas in manus tradidit Qui respondens dixit in ipse est filius
dei quem in seculo confessi sunt Ego autem magnificare eos cepi fortiter
in nomine domini De hoc apok 1 Vidi turbam magnam quam dinumerare
nemo poterat et stabant ante thronum in conspectu agni amicti sto
lis albis et palme in manibus eorum, habet autem palma mirabi
lem figuram in foris statura supme natura interius cultura exte
rius In quibus quatuor notantur que pertinent ad perfectam patientiam
Actus aggrediendi prudenter sustinendi viriliter gaudendi alacriter
perseverandi finaliter De primo ps Iustus ut palma florebit sicut ce. li.
multiplicabitur Palma enim inferius gracilis et supius ascendendo di
latatur contra naturam arborum ceterarum, hii sunt qui discrete inchoantes
semper ad ampliora se extendunt donec crescant in arborem magnam
et solidam, quia sicut sic palma florens in principio et ascendit usque
ad caritatem perfectam, ut sit cedrus solida et quasi elevata in
libano quia iam proximi celo contra eos qui acres in principio frangunt
in fine quia ad spem repererunt consumuntur carne Gal. 1. De 2o Cant septio
Statura tua assimilata est palme et ubera tua botris non sic cetere
arbores ramis Unde quia palma dividitur distenditur dilatatur, sed ad su
mum usque porrecta ibi tandem ramos emittit et fructum uberrimum
et solidum et suavem facit, hec est anima patiens que semper pro
ficit et non deficit quia unum aspicit in quem tendit Unde notabile est
stature palme quod in summo vertice habet unicam fructum et precipuum, ceteros
autem in ramisculis contiguos minores et plures, hec est anima sustinens
que non diffunditur nec distrahitur in diversa, nec per impatientiam frangitur
sed in sublime conscendit ubi purissimus est fructus eius, quod tamen habet fructus
in ramisculis contiguos, hoc est quod in operibus suis reficitur consolatione
aliter enim non posset subsistere in tribulatione Unde Cant v. Come eius
sicut elate palmarum nigre quasi corvus Come eius fideles christo capiti
adherentes sicut elate palmarum quod idem est quod spatule, i. rami pro
ductiores Elates enim grece abiete latine hii rami semper ad alti
orem tendunt et magnum vigorem emittunt, quidem in palma sunt, pre
cipue vero inter arescunt et pulcritudinem perdunt Nigre quasi corvus afflicti

per pruinam et adusti per laborem qui corporis non educes aut seccitates
cadauera, quia pferunt corporis dolorem non ingluuie Sequitur in auctte
predicta et vbera tua botris, quia ipsum inebriat alios vino celestis pa
trie et auertit eos a latte delectacionis terrene De 3o leu 22 Summe
tis die primo fructus arboris pulcerrime, spatulasque palmarum et ramos
ligni frondium densarum et salices de torrente, et letabimini coram
dno deo uro Natura palme est quod fructus eius valet in venenis
gingendis, hec est parum letificas et sanas dolores corporis, et pro
uocans letitiam mentis, quod notatur in auctte predicta, fructus arbo
ris pulcerrime sunt opera xpi, cuius pulcritudine sol et luna mirantur
a quo omnis pulcritudo, quia pulcrum pulcrorum pulcerrimum ymaginem
gerens mente, huius arboris fructum sumunt, qui xpi opera coram
oculis sue mentis constituunt et ad eorum imitacionem pro viribus se extendunt Et
spatulas palmarum id est triumphos xpi victoriarum Sunt enim spatule rami ad
instar spatarum formati, et ramos ligni densarum frondium id est sentencias
de opacitate scripturarum et salices de torrente idest exempla sanctorum
qui per triumphum passionis sunt prima eterna que nobis promittuntur
in scripturis Si exempla que habemus a sanctis letabimini in tribulacioni
bus nris, et tunc tribulacio videbitur nobis dulcis Vnde sponsa Cant
ascendam in palmam et apprehendam fructus eius Ascendit in pal
mam qui ascendit ad pacienciam qui in tribulacione gloriatur, nec in ipsis
sustinens lassatur, sed omne gaudium estimat si pro xpo meruerit
contumeliam pati et apprehendit et auide prendit fructus paciencie
et disciplne, que modo non est gaudii sed meroris, que postmodum
pacifficum fructum iusticie reddet in ea exercitatis De quarto Job
29 in nidulo meo moriar, et sicut palma multiplicabo dies Nidulus
anime exterius aspieritatem habet, interius suauitatem, Anima vero fructu dei
caro dolet spiritus gaudet In nidulo ergo moritur qui in tribulacione de
lectatur, sic tigurius totiens cum morti appropinquat, et sic palma hec ar
bor centenaria fructificat pacienciam perseueranciam signans que finaliter
et longanimiter expectat, et semper dies multiplicat, quia semper bona
opera congregat Arbores enim quedam statim fructificant et non durant
Nec tamen attendendum est xpc in ramis palmarum, quo ad opera paciencie
sed oliuarum quo ad opera misericordie Ps Ego autem sicut oliua fructificaui in
domo domini, habet autem oliua in radice amaritudinem, in foliis
viroris pulcritudinem, in fructu dulcedinem, in oleo exuberantem
pinguedinem, Que quatuor ad effectum misericordie pertinent ut sit in cora
compassio, in verbo consolacio in facto miseracio, et in orando deuo
cio, De primo 2 Reg 15 Rex dauid ascendebat cliuum montis oliuarum
scandens et flens aperto capite, et nudis pedibus incedens Ille
cliuum oliuarum ascendit qui racione quare pro xpo compati debeat
muet sue querit Scandit et flet, qui interius compatitur et dolet
aperto capite qui verecundatur de alterius dampno vel confusione Nudis
pedibus incedit et non simulate affectionibus Osee 14 Expandet radi
ces eius ut libani ibunt rami eius, et erit quasi oliua glo
ria eius, et odor eius ut libani Glo. Arbores libani excelsa
cumina in auras extollunt vertices, tamen radices ad yma demergunt
et similiter exprimit de arboribus secundum Basilium In quo designatur
quod tam profunda est amaritudo compassionis in corde tamen pressionis

et exaltam in virtute Et hoc est sbud vani eius et tu remunerabis in et
na beatitudine et hec est Et erit oliua gla eius et odor eius ut libani
apud grecos pro thure ponit z pro monte Simili apud hebre Odor
eni compassionis interioris est apud deum sic odor thur Ec 20 exaltat
ul Quasi oliua speciosa in campis et qi platan exaltata sum
iux aquas Oliua speciosa est hec qz folia viridia Sic ma profert
verba pulcra et consolatoria que surgunt de latitudine caritatis
quasi oliua speciosa in campis et quasi platan exal. iux aqs que refri
gerium pstat obumbratione foliorum exterius con tribulatos interius
con temptatos Et eciam platan arbor est tenera et habundat mollib
foliis hic e qz ma cito sentit nocumentum proximi et consolat eum dulc
cibus verbis Vn et platano sunt typhi ad haustum aquarum mat
designat que nos reficit verbis scripturarum Neem 8 Egredimini in
motes et afferte frondes oliue et frondes ligni pulcerrimi ut fi
ant thabnacla sic scriptum est Ibidem 30 Jere xj Oliuam uberem pulcram
fructiferam speciosam vocauit dns nomen tuum hec oliua qz fruct
dulcedinem p elemosinarum erogacon no sic oliua illa sterilis
que est in ypocritis de qua Abac vlt mentient opus oliue
et arue no afferent cibum fruct aut oliue modicus est in quantit
multiplex in qualitate serotinus in tpe modicus est quantum ad dati
estimacon Serotinus qz pertinet ad futuram retribucon qualitas
aut eius in hoc attendit qz fruct eius pmo est rubens 20 iacin
ctinus 30 cum ad maturitatem pducit in nigredinem conuertit Rubedo
ptinet ad affectum feruentem colore iacintinus ad intencon celeste
nigredo ad sui despectionem De qsto Judic 9 Nolunt oliua regre
sup ligna qz nolebat relinquere suam pinguedinem hic est pinguie
dinis malentes esse in deuocionis pinguedine qm in exterior
cibi comedunt facies exhilarant fomentum luminis pstat leu 2l prepe
filiis ysrl ut afferat tibi oleum de oliuis purissimum ac lucidum
ad concinnendas lucernas iugit Ex velum oleum de oliuis puris
simum ac lucidum est deuocio pura ubi no inmiscet vana gra
hec enim in cordibus fidelium lucet qz qui odit fratrem suum in tenebris
est et qui diligit eum in lumine manet Affert aut hoc oleum ad con
cremandas lucernas que sunt Ex velum hic est ad illucandas p
grandi mas et deo reconciliandas que sunt merito Ex velum sunde
est qz Gen 8 Columba attulit ramum oliue virente ad archam
Ramos aut oliue in signum pacis antiquitus ferre erat solitum per
hoc go signat pax p peccatoribus reddita p oros sanctorum qui p affectione
assistunt diuine psencie qz filii tui domine sic nouelle oliuarum
in circuitu mense tue Det go ut hanc processionem faciamus spualit
cum pueris hebreorum harum arborum ramos habeamus ut ad pedes
eius no in superbia equi qui venit ad nos cum humilitate asini sed no
tantum qui vet ad nos in habitu paupertatis non in lu
xuria qui vet ad nos in carnis indutu
Plurima aut turba z Sequitur Clamates osanna filio dd
Post carnis mortificacon et exempli boni manifestacon subiungit
tercia deuocionis oronem cum dt turbe aut que precedebat z que
seq clamab osanna i obsecro salua Et qm deuota oro qi duob
alis subuehit sublimitate sua z pietate dei ideo clamat z p extre
mitatem dum salutem postulat et saluatorem benignitate tanid u

aliud a iesu salvatore peteretur nisi salus. sic dicit Ezech. Salus populi
ego sum de quacumque tribulatione clamaverint ad me exaudiam eos
Exemplum quo ad primum habemus est quod necessitas nostra clamare cogit. Iudic
3. Clamaverunt ad dominum qui suscitavit eis salvatorem et liberavit
eos. Et 1. Reg. 7 dixerunt ad Samuelem ne cesses pro nobis clamare ad
dominum deum nostrum et salvet nos de manibus filistinorum. Clamemus
ergo sic infirmus ad medicum, sic naufragus ad portum, sic clausus ad
hostium. Nos enim sumus infirmi ex corruptione nature, naufragi ex
privatione gratie, clausi hic est exclusi a mansione patrie. De primo
Job 24 Anime vulneratorum clamabunt. vulnerati enim sumus quia fra-
giles et infirmi corpore et divisi per concupiscentiam in mente, quia sicut
vulnus solvit continuum, sic divisio est. quia caro concupiscit adversus spiritum
Johel. Ad te domine clamabo quia ignis comedit speciosa deserti,
ignis concupiscentie speciosa nature primum institute. De 2o Jone 2. Orat
Jonas ad dominum deum suum de utero piscis, et dixit, Clamavi ad do-
minum de tribulatione mea et exaudivit me de ventre inferi
Jonas in ventre ceti peccator est in profunditate peccati qui exauditur
frequenter a domino qui insti[illegible] erat pro eo psalmus Ad dominum cum tribularer clamavi
et exaudivit me. Item Luc. Cum petrus cepit mergi clamavit domine salvum me fac
De 3o Judith 4 Clamavit omnis populus ad dominum instantia magna
et humiliaverunt animas suas in ieiunio. Holophernes enim concluserat eos
Unde psalmista in persona nostra qui sumus hic quasi in peregrinatione conclusi
dicit Clamavi in toto corde exaudi me domine. Unde convenienter prophetavit hunc ver-
sum hec littera coph quod interpretatur conclusio, quia miseria nostra undique
concludit, non tantum quia in hac peregrinatione sumus reclusi, sed quia omnes vias
repatriandi impedire nititur impediens vel impetens nos a superiori
per ambitionem dignitatum, ab inferiori per concupiscentiam voluptatum, ab
anteriori per concupiscentiam diviciarum, a posteriori per reminiscentiam preteritorum
Tren. 3 Conclusit vias meas lapidibus quadris semitas meas
subvertit. Sed quia vir iustus de viribus suis non presumit sed de domino
confidit ideo ad ipsum recurrit, sic obsessus ad dominum suum mittit se-
cretum suum petens auxilium, sic infantulus petens a matre cibum, sic
[illegible] ignorans a sapiente querens consilium Baruch 3. Et nunc domine deus
Israel anima in angustiis et spiritus anxius clamat ad te. Et ideo dicit
psalmista Clamavi in toto corde, non ore tantum nec corde diviso sed integro. Nam secundum
Augustinum Clamor cordis est magna intentio cogitationis. Secundo postul-
anda est salus ex salvatoris benignitate. Unde dicitur osanna, id est obsecro sal-
va. Anima enim infirmi sumus ideo indigemus salute corporali, quia naufra-
gi ideo salute spirituali, quia clausi extra patriam et peregrini ideo salute celesti
De prima Eccli. 30 Non est census super censum salutis corporis. et non est de hac
enim salute dominus salvat tam bonos quam malos, qui allevat eos a
corporali infirmitate. psalmus homines et iumenta salvabis domine. Salvat ergo
dominus hac salute hominem triplici, quia ab infirmitate corporis quo ad se, a tri-
bulatione quo ad deum, ab hostium persecutione quo ad proximum. De pr-
imo [illegible] Mathei [illegible] populus qui erat in Jerusalem et in Judea [illegible] qui et in egipto
sunt in deum salute et sanitate. Et Jac. 5 oratio fidei salvabit infirmum
confitemini alterutrum peccata et orate pro invicem ut salvemini. De
2o Ysa. 33 Domine miserere nostri te enim expectavimus esto brachium nostrum et salus
Et in psalmo Iste pauper clamavit et dominus exaudivit eum et de omnibus
De 3o Jere. 15 Dabo te populo huic in murum ereum fortem et bellabunt
adversum te et non prevalebunt quia ego tecum sum ut salvem te et eruam te dicit dominus

Secunda est salus spiritualis de qua Eccli 20 Salus anime in sanctitate et
iusticia / hac saluat dominus solos iustos ps Salus iustorum a domino Sal
uat autem eos sub triplici dicto, humiles ps Quoniam tu populum humilem saluum
facies ysai 3 Saluatorem expectamus qui reformabit corpus humilitatis nostre con
figuratum pauperes ps saluos faciet filios pauperum / In se sperantes ps Salua
bit eos quia sperauerunt in eo / Et unde non in arcu meo sperabo / et gla
mens non saluabit me Saluasti enim nos de affligentibus nos Et apostolus in
hoc enim laboramus et maledicimur quia speramus in deum viuum, qui est
saluator omnium maxime fidelium Eccli 34 Spes illorum in saluantem illos
et oculi dei indigentes se / Tercia est salus celeste de qua ysa xi Isra
hel saluatus est in domino salute eterna / hac salute saluat dominus so
los bonos ysa 46 Dabo in syon salutem et in israel gloriam meam, hac
autem salute saluat dominus tripliciter Remouendo penam culpa i Reg
xi Cras erit vobis salus cum incaluerit sol Sol enim calidus omnes immun
dicias siccat Tunc autem erit sol calidissimus quia tunc erit meridies Can
i Indica mihi ubi pascas ubi cubes in meridie Ambr Veniet filius
hominis saluum facere quod perierat Remouendo miseriam ysa 60 pro eo quod fui
sti derelicta ponam te in superbiam seculorum et scies quia ego dominus saluans
te et redemptor tuus fortis Jacob obtinendo securitatem et fiduciam
Jere 23 In diebus illis saluabitur iuda et israel habitabit confidenter

Ista dicta infra notata concernunt precedentem / ubi tale signum ponitur

Cum intrasset iesus ierosolimam. Sed ex quo saluator noster
frequenter ingressus erat ciuitatem iherusalem queritur quare iam tota ciuitas di
citur fuisse commota cum hoc antea non legatur Respondetur / licet frequenter saluator
in iherusalem ingressus fuerat Nunquam tamen cum tantis laudibus / nunquam antea
rex ipse proclamatus. Cum enim cum turbe volebant constituere fugerat Joh
vi Sed iam appropinquante passione regios suscepit honores primo ut
prophetia impleretur Zach ix Exulta satis filia syon iubila filia iherusalem
ecce rex tuus veniet tibi iustus et saluator Ergo eo ciuitatem in-
trante cum magna populorum frequentia ipsum laudantium et glorificantium
vniuersa ciuitas commouebatur / 2o appropinquante tempore passionis su
scepit regios honores ut amarior esset sue passionis ignominia qua
ut tantis laudibus inuper precesserat gloria opposita enim iuxta se posita magis
elucescunt secundum philosophum ergo amarior est illata contumelia quam precedunt
exhibitorum honorum preconia / 3o ut confusionem precedente vite in se ipso
monstraret in qua tristia letis et leta tristibus miscentur Job vii visitas
eum diluculo et subito probas illum Eccli ut Job fine gaudii luctus
occupat de quo prouerbium Extrema gaudii luctus occupat Et ideo
dicitur in exordio ciuauit Cum intrasset iesus ierosolimam ... quis
est hic / hugo / in quo mistice significabatur quod christo in celum ingressu
ro omnes ciues celi erant ad gaudium commonendi dicentes quis est
iste rex glorie Et id ysa lxiii Quis est iste qui venit de edom id est de
mundo Edom enim interpretatur terrenus tinctis vestibus de bosra id est de
tribulacionis angustia Iste formosus in stola sua gradiens in
multitudine fortitudinis sue Cuius secundum Aug duas dignitates
in se gerebat personas scilicet regie dignitatis et sacerdotalis dignitatis
Et quia proximus erat passioni ideo antequam carnaliter moreretur voluit
ondere hominibus primo regiam dignitatem in die palmarum In die mor
tis et veneracionem sacerdocii sanctitatem ideo hodie voluit honorari lau
dari ut homo et deus vnde Aug super ps lxx dicit Cristus a crismate
dictus id est ab vnctione Reges autem vngebant et sacerdotes. Rex pu
gnauit pro nobis / sacerdos obtulit se pro nobis. qui pugnauit pro
nobis quasi victus, veritate vicit / crucifixus est enim, et in cruce sua

in qua erat fiens diabolus occidit. inde rex eius. Sacerdos autem noster
merito secundum ordinem melchisedech. qui seipsum obtulit holocaustum
pro peccatis nostris. Et magis igitur intuitu ut rex potens virtute. ideo commota est
universa civitas. quod est hic. Iudicet propheta. Quis. deus fortis et potens deus
nimis potens in prelio. deus virtutum ipse est rex glorie. ideo ad presenciam
tanti regis commota est universa civitas. Dicit hic videatur nimis in christo
deo quod videmus fieri a rebus creatis a deo. Omnis enim virtuosa sapientia
hec et non impedita res alteri rei apte appropinquans ipsam specialiter imitat
ut in solis illuminatione. In ignis calore. In adamantis vigore. qui at-
trahit ferrum. et in florum et unguentorum odore. Sic christus est dei virtus
et sapientia ut dicit apostolus prima Corinthiorum primo capitulo. ipse enim luce divinitate corda
hominum illustravit calore. affectum et inflammavit vigore. velud adamas
in unum mentes eorum congregavit. Sic odore unguentorum suorum omnes
ad se et post se traxit. unde omnis multitudo illa quasi animata una
voluntate sua. dicit tunc cum sponsa. Trahe me post te curremus in odorem
unguentorum tuorum. Canticorum primo. Invenimus ibi commissam civitatem commotam
in eum intrasset. et hoc fit in homine in conversione qui deus ingreditur
animam per gratiam preveniente. tunc enim commissa civitas. id est omnes potencie
anime commoventur per dolorem et compunctionem peccati psalmus. Commovisti terram
et conturbasti eam sana contritiones eius quia commota est. Terra nisi irrigata
fuerit non fructificat et anima peccatrix sine lacrimarum effusione non
fructificat. Dicitur ergo commota. terram per contritionem. et conturbasti eam per
lacrimarum effusionem et confessionem. Sana contritiones eius id est molestias
que peccata quia commota est per satisfactionem. Tunc sciendum est quod quidam
sunt qui nullo modo commoventur sic obstinati et indurati de quibus dicitur Ro-
manorum ii. Secundum duriciam et impenitens cor tuum etc. Alii sunt qui leviter et
superficialiter commoventur quorum talis penitudo levis licet sit. non tamen sufficit
quia deus non parvum sed magnum requirit pro peccatis dolorem a peccatore. Iere-
mie vi luctum unigeniti fac tibi planctum amarum. Alii sunt qui cordialiter
commoventur et sunt. et sunt qui perfecte dolent pro omnibus suis peccatis et
etiam omnibus peccatorum circumstanciis. et hii deo placent psalmus. Cor contritum et
humiliatum etc. Et tales dicuntur vere contriti et vere commoti. huiusmodi enim commotio
contricionis precedere debet spiritualem sanationem. Nam Iob viii. Dicit. Commovisti
extrema terre concutiens. et excussisti impios ex ea. Extrema terre con-
cutit deus qui animam novissimorum rememoratione compungit. et sic ab
ea impios id est malos motus excludit. Talis tunc malorum motuum exclusio
animam quodammodo in quandam ponit admirationem ita ut queratur. Quis
est hic. Ut sic dicat cum propheta. Omnia ossa mea dicent domine quis similis
sit tibi etc. Super quo dicit Gregorius. Ossa mea tue magnitudinis
laudem dicent. quoniam illa que in me fortia credidi tua consideratione
contremiscunt. hic autem tremor per virtutem spei solidatur et firmatur. Sic
Iudicum xiii cum anime viso angelo timuit dicens. morte moriemur quia vidimus
deum. quem uxor statim consolabatur dicens. Si deus nos vellet oc-
cidere holocaustum et libamenta de manibus nostris non suscepisset. Ma-
ne est spiritus uxor est spes. Cum autem celestia nobis demonstrantur sic
est celestis operatio in anima secundum omnes eius vires commota. spiritus
huiusmodi pavore se concutit sed spes presumit. immo et ad maiora se audi-
enda se erigit dicens. Quis est hic. Apostoli autem id est virtutes et boni motus
qui divinum comitantur ad animam venientem. consolantur animam dicentes
hic est iesus propheta a nazareth Galilee. et hoc fit cum anima post com-
motionem ex virtutibus datis gustat quam suavis est dominus. ut dicere
possit cum psalmo. Quoniam tu domine suavis et mitis etc. Et merito dominus

Jesus suavis est, quia flos est in flore conceptus unde dicitur a nazareth
quod interpretatur flos. Galil rota vel transmigratio. Cristus igitur
est flos vitis indeficiens carens principio et fine cuius odore nos
reficit et facit de terrenis ad celestia transmigrare. Unde Joh evangelista
ad epulas celestis convivii invitatus cristo invitanti rendit. Odor tu
us domine in me excitavit eternas concupiscentias. Hic ergo recipit
iesum nazarenum qui refloresit in virtutibus per penitentiam inveteratus.
Item iesus nascitur a nazareth, quia salus a bonarum cogitationum
floribus incipit. Cogitatio flos est, fructus autem opus. Unde Canticorum vii
videamus si floruit vinea si flores parturiunt fructus. Populi autem
dicebant hic est iesus propheta a nazareth Galilee. Nota dicebat
hic est propheta, discretive innuentes eum non solum communem prophetam qualis
erat elias vel helyseus sed quemdam singularem famosum doctrina
signis et miraculis comprobatum. De quo longe ante Moyses prophetaverat Deut. xviii. Prophetam suscitabo eis de medio fratrum
suorum similem tui, et ponam verba mea in ore eius. Ideo dicebat
hic est propheta. Et addiderunt iesus id est salvator quasi dicat venit salvare
nos. Et sic in eis implebatur illud ysa lxiii. dicite filie syon ecce
salvator tuus venit, ecce merces eius cum eo. et opus illius coram
ipso. A nazareth quod interpretatur flos in quo cristi sanctitatem et innocentiam predicabant que in flore significantur. Galilee quod interpretatur
rota vel volubilitas vel transfiguratio in quo significabat quod ipse
esset qui faceret electos suos transmigrare a volubilitate huius mundi ad
vitam eternitatis celestis regni sicut propheti dicent. Et quo talis et tantus
est, digne igitur et merito est honorandus. Et nota dicit evangelista
populi: non scribe et pharisei, qui invidebant de honore cristo exhibito.
Et sic populares salvatorem predicabant ingratis et phariseis. Unde glo
interlinearis. A minoribus fit confessio ut ad maiores perveniat. Et ideo simplices et vulgares incipiunt reddere rationem operum cristi laudabilium
contra insidias scribarum et phariseorum. Mystice sequendum tamen predicta. Secundum
hug. de s. vic. Mense nummulariorum sunt traditiones phariseorum quas subvertit dominus. Phariseos propter huiusmodi traditiones durius arguendo. Unde dicit
cum xv. Irritum facientes mandatum dei propter traditiones vestras. Per hoc autem
quod kathedras vendentium columbas evertit innuitur reprobatio veteris
sacerdotii, et quod ultra non placeat domino sacrificium columbarum. Psalmus. Non
accipiam de domo tua vitulos etc. Et ysa primo. Ne afferatis ultra
sacrificium frustra etc. Et Malach. 1. Non est michi voluntas in vobis
dicit dominus exercituum et munus non suscipiam de manu vestra. Causa
autem reprobationis ponitur Jere vi. A minore quippe usque ad
maiorem omnes avaricie student et a propheta usque ad sacerdotem cuncti faciunt dolum etc. Moraliter secundum hug. Intravit iesus in templum
et eiciebat etc. Vendentes et ementes sunt avari lucris temporalibus
intendentes: hii velud scelerati de templo glorie eiciuntur. Unde
Eccli x. Avaro nichil est scelestius animam enim suam venalem habet.
Mense nummulariorum sunt scientie lucrative. Sed mensa dei est sacra
scriptura de qua psalmus. Parasti in conspectu meo mensam. Hec est mensa
propositionis de qua Exo xxv. Duodecim panes propositionis sunt prophetica et
apostolica documenta. Quidam autem reputantes mensam domini insufficientem vel pollutam ea contempta transierunt ad mensam nummulariorum scilicet relicta theologia in qua gustatur manna habens omnis saporis
suavitatem transeunt ad scientias lucrativas. Contra quos dicitur Eccli xxxiii

Nota hic de artibus liberalibus et sacerdotibus

Noli esse audiens in omni epulacione, nec te effundas super omnem escam
In multis enim escis erit infirmitas Et malach. j. dicit dominus exercituum
ad vos. O sacerdotes qui despicitis nomen meum, et dixistis in quo
despeximus nomen tuum. Offertis super altare meum panem pollutum, et
dicitis In quo polluimus te In eo quod dicitis Mensa domini despecta
est / Sed has mensas subvertet dominus, tunc tales scilicet lucratiuas destruat
Ista ut illi stolidi ex eisdem nullum capient fructum Dicitur enim Ro viij Sa
piencia carnis inimica est deo, et j. Cor. j. Stultam fecit deus sapien
ciam mundi Vendentes autem columbas ut dictum est, sunt symoniaci
Per hoc autem quod non tantum vendentes columbas eiecit sed et kathe
dras eorum evertit / innuitur quod symoniaci non solum sunt eiciendi de ecclesia
sed etiam degradandi Et quod in fine eos dominus degradabit tunc eos honore
prelatorum dignitate privabit, Vel vendentes columbas sunt ypocri
te. qui columbam i. simplicitatem habent exterius Mt vij Veniunt ad
vos in vestimentis ovium, ecce columba / sed venalis est precio laud
humane Mt xxiij, Omnia opera sua faciunt ut videantur ab hominibus
Cathedra ypocrite est malicia cordis, cuius quatuor sunt pedes, primus
est ostentacio sanctitatis Mt xxiij Dilatant enim fimbrias suas 2 Secundus
est palliacio iniquitatis Mt xxiij Ve vobis scribis et phariseis qui estis
sicut sepulcra dealbata 3 Tertius est superstitiosa emulacio in minore Mt
xxiij Ve vobis qui decimatis mentam et anetum et ciminum 4 Quartus
est negligencia preceptorum Mt xxiij Reliquistis que graviora sunt legis
iudicium misericordiam et fidem, hec est kathedra pestilencie in qua beatus
non sedet sed ypocrita, dominus autem evertet eam, tunc in fine maliciam
eius revelabit et ondet eam omnibus irridendam. Sicut dicitur Job xx Si
ascenderit usque in celum superbia eius et caput eius nubes tetigerit
quasi sterquilinium in fine perdetur Et qui eum viderant dicent ubi est
Unde ps Videbunt iusti et timebunt et super eum ridebunt et dicent, Ecce
homo qui non posuit deum adiutorem 2 Vel potest hic distingui tres
species avaricie, in vendentibus et ementibus turpe lucrum In nummulariis
usura. In vendentibus columbas symoniaca cupiditas redarguitur, prima
mala, secunda peior 3a pessima. Videbantur enim symoniaci quodammodo
magis peccare quam diabolus Ille enim deo equari voluit. isti autem spiritus
sancti et donorum eius se dominos esse volunt / qui enim rem vendit domi
nium habet rei, Ideo sicut ille de paradiso celesti et istos dei ecclesie eiciat
Unde Bern. ad Eugenium papam cum flagellum tenens timeant
nummularii, ne fidant in nummis sed diffidant et abscondant eos sumni
sciente te effundere magis quam illud accipere, hoc enim studiose et
constanter agendo. multos lucrifacies turpium sectatores lucrorum
Et merito tales avari et symoniaci et ceteri de templo dei
eiciendi sunt Nam domus deo dicata cultui dedicata in speluncam
latronum convertitur Unde scriptum Domus mea domus oracionis vocabitur Nondum
christus in pascha solebat ascendere in ierusalem ad significandum quod in illius merito
christus ascendit qui est de transitu de viciis ad virtutes vel de virtute
in virtutem, et pacifice conversando ad proximos vivit Sapientia primo Non habet
in terra sub pace christus In pace factus est locus eius / Et innuitur in templo
templum dei ecclesia est In qua quidam vendunt ut Gezi iiij Re v Alii emunt
ut Symon Actuum 8 Et utrique maledicti sunt Unde petrus dicit ad Symonem
pecunia tua tecum sit in perdicionem Tanguntur autem hic quatuor genera Symo
nie Bos enim est animal ordinatum ad laborem et signat Symoniacos illos

cio bu de sacerdotibus
sup. c. x toto

Nota hic bene per totum et ante de sacerdotibus

qui promittunt et exhibent laboriosa servicia pro prebendis. Quales
sunt quidam advocatorum. Et hoc satis bene tangitur Prov. 14: Ubi
non sunt boves, id est talia servicia laboriosa promittentes, presepe va-
cuum est, quia illi non habent prebendas multas. Ubi autem plurime se-
getes, id est prebende plures et pinguiores, manifesta est fortitudo bovis,
id est labor et sollicitudo quam habuerunt de habendis prebendis.
Unde dicit Bern.: Currunt sedulus explorator blanditur obsequitur simulat
et dissimulat, insuper et suffragia mendicare non erubescit mani-
bus et pedibus repens, si quomodo tamen se ingerere valeat in pa-
trimonium crucifixi. De talibus dicitur Job: Bos eorum concepit et non ab-
hortivit, quia prebendam obtinuit quam concupivit. Tales boves sc.
cornipete, quia tales advocati omnes impetunt et nemini parcunt. Un-
magis debent recludi quam promoveri. Exod. 21: Si bos cornipeta
fuerit ab heri et nudiustercius et contestati fuerint dominum eius, i. pre-
latum eius, ut religaret, et occiderit virum aut mulierem, bos lapidibus
obruetur et dominum eius occident. Unde patet multos prelatos dignos
occasione, quia tales non cohercent sed magis promovent. Sic dicitur Ezech.
44: Posuistis custodes observationum in sanctuario meo vobismet, i. propter lu-
cra et commoda vobis ab eis exhibita. De talibus dicitur Os. 12: Fugit
Jacob in regionem Syrie et servivit Israel in uxorem, i. pro uxore. Per
Jacob intelliguntur clerici curiales et advocati, scilicet supplantantes et luctantes ut accipiant. Unde fugiunt in regionem Syrie, i. ad
curiam sublimis et magni prelati ut uxorem et uxorem haberent, i. ali-
am prebendam et prebendam. Tales igitur stant per illos qui vendebant
boves in templo, i. suum laborem aut sua servicia pro prebendis.
pro vendendis. Alii sunt qui vendunt simplicitatem et devocionem, immo
suam simulatam, qui designantur per venditores ovium, ut ypocrite qui
nichil habent de ove nisi pellem. Matth. 7: Attendite a falsis prophetis.
Illud vicium tantum invaluit ut etiam in privatis confessionibus decipi-
ant confessores. Et hoc figuratur Gen. 27, ubi Jacob subornans se pel-
libus edinis, que figurant habitum penitentis, subripuit benedictionem.
Josue 9: Gabaonite obnubilaverunt se veteribus pannis et panniculis
ut haberent porcionem cum filiis Israel. De hiis omnibus generibus simonie
dicitur in ps.: Dentes eorum ferores et boves eorum crasse, quia tales pinguiores
obtinent prebendas. Per venditores signantur tercii symoniaci, qui dona
Spiritus sancti et gratis vendunt, ut illi qui pro questu predicant vel sa-
cramenta porrigunt. Spiritus enim sanctus per columbam significatur. Gen. 8:
Columba attulit ramum virentis olive in archam, qui signum erat
reconciliacionis et pacis, quia Spiritus sanctus affert pacem in ecclesiam et in
animam, et dona eius reconciliant nos Deo. Per nummularios signantur
illi qui vel mutuo vel precio emunt bona ecclesie, vel illi qui aliqua
commutacione inhonesta introducuntur. Sed non quod nummularius duobus
modis potest ethymologisari: primo quasi munus largiens, secundo quasi mu-
nus sub latere abscondens. Secundum primum modum tanguntur illi qui
emunt redditus ecclesie precio. 2 Mach. 4: Ambiebat Jason summum sa-
cerdocium. Et 2 Paralip. 26 de Ozia qui officium regale in sa-
cerdotale commutare volunt. Secundum alium modum tanguntur illi
qui licet canonice intronisati tamen redditus ecclesie non erogant pau-
peribus, sed in thesauros accumulant et abscondunt. De quibus Apoc. 17:
Vidi mulierem ebriam de sanguine martirum Jesu, id est de divitiis san-
guine Christi et eius martirum acquisitis. Crisostomus: Divicias non ideo ac-
cepistis ut eas subfodiatis, sed ut eas distribuatis. Si Deus vellet

eas custodiri inquam eas hominibus dedisset sed dimisisset utique in terra
latentes permanere. Omnes igitur tales eiciendi sunt de templo domini
Ideo sequitur. Et cum fecisset quasi flagellum de funiculis omnes eiecit. In quo in
muitur quod platus omnes tales debet eicere de ecclesia flagello correctionis et ani
sionis. quia ipsa omnis Christi actio nostra est instructio. i. Math. x. Ele
gerunt sacerdotes sine macula voluntatem dei in lege habentes 2 mi.
sed et lap. quia proiecerunt. i. non ydoneas personas removerunt ab ecclesia
et bonas plantarunt ut de vivis lapidibus edificetur domus dei sicut
dicitur i. pet. 2. Narrat autem Iosephus quod cum Romani vendiderunt sacerdoti
um statim ignis perpetuus extinctus est. de quo igne habetur 2 Mach.
i. Sic quando tales introducuntur in ecclesiam ignis spiritus sancti iam non ardet
in ecclesia sed refrigescit caritas habundante iniquitate ut dicitur Mat. 24.
Nota Hugo postil. dicit. quod dominus in utraque eiectione scilicet de hic dicitur et de qua
Mat. 21 usus sit flagello. quamvis autem de flagello taceat. ad significandum
quod quosdam in presenti percutit flagello discipline secundum illud Hebr. 12 quem flagel
lavit omnem filium. Apoc. 3. Ego quos amo castigo. In futuro autem
non percutit ad correctionem sed ad perpetuam dampnationem. Ideo in Mat. genus
flagelli non exprimitur. Obstante autem eo quod in secunda eiectione eos non fla
gellavit tamen durius eas increpat dicens eos esse latrones sed hic non ut
significet ut simus verbo duri facto tamen simus mansueti. et si facto duri
magis verbo esse debemus mansueti. Unde dominus hic cum mansuetudine
verbi adhibuit severitatem flagelli. Flagellum autem quo tales ven
ditores dominus eicit debet habere triplicem funiculum. Primus est caritas diligens
salutem proximi. 2us est zelus ignoscens contra vicia proximi. 3us
innocencia sive sinceritas conscientie ne possit reprehendi de simili de quo
alium reprehendit. Hic triplex funiculus alligatur baculo auctoritatis et sic fla
gellum quo expelluntur minus ydonei ab ecclesia habet fieri de quo. 2 Cor.
Caritas Christi urget nos. et de 2o Vidi prevaricatores et tabescebam. Item ps. Ta
bescere me fecit zelus tuus meus. Et Zelavi super iniquos. et de 3o
i. Cor. x. Nichil mihi conscius sum. Et Mat. vii Quid vides festucam. et
2 Cor. 5 Scientes timorem domini hominibus suademus deo autem manife
sti sumus. spero autem et in conscienciis vestris manifestos nos esse. Hic est fu
niculus triplex qui difficile rumpitur. Eccl. 4. Unde si correctio plati sic fu
erit disposita nullus poterit ei resistere. Os. xi. In funiculis Adam traxi
eos. Vel aliter funiculi sunt peccata sive complexitates peccatorum. Pr. 5 Funes
peccatorum. quibus trahit peccatorem ad infernum. similiter complexitatibus ligatur ne
possit facere bonum. Pro. 5. Funibus peccatorum suorum unusquisque constringetur. De hiis funiculis
dominus facit flagellum quando peccatorem peccata convertit in tormentum ut sic ipsa
peccata eum eiciant a patria. Unde Iere. 2. Arguet te malicia tua. et cetera. Et 2 Mach.
9 de Antiocho dicitur quod eum fetorem suum iam ferre non posset ait. Bonum est
mortalem esse subditum deo. Per istud flagellum eicit dominus de templo
suo. i. de corde aliquorum peccatorum conversorum ad penitentiam oves boves et co
lumbas. et es. Per ovem intelligitur ypocrisis et simulata innocencia. Per
bovem pigricia et immundicia. per columbam que volat elatio et superbia
per es cupiditas et avaricia. Hec omnia dominus eicit ab anima que est tem
plum dei. 1 Cor. 3. Vel aliter oves in ecclesia sunt ypocrite sacerdotes et
ignari qui admonendi sunt. quia si cecus ceco ducatum prestiterit. Ut dicitur
Mat. 15. Tenentur enim sacerdotes ut sciant discernere inter lepram et lepram.
Mal. 2. Labia sacerdotis. Per boves signantur illi qui nimis insistunt terrenis
laboribus et negociis secularibus de quibus dicitur Luc. 14. Iuga boum. 2 Tim. omne
sensum meum exercitatum terreno labore disponi. 2 Tim. 2. Nemo militans deo. Ideo bo
ves tales eiciendi sunt. Unde sequitur. Oves et boves eiecit et nummulariorum
es effudit et mensas subvertit. Nummularii sunt qui in ecclesia querunt que

ecclesiarum sunt non que Iesu Christi contra apostolum ad Philippenses ii. Et eorum effunde est quaestum eis subtrahere mensas subvertere in quibus lucrati sunt, est eis beneficia auferre Iob 20. Divitias quas devoravit evomet. Et cavere debet prelatus ne illectus pecunia accipiat ab eis partem ut sinat eos permanere in vitiis suis et inquinare domum dei. Christus enim effudit eis ere non accepit. Et de hoc dicit Bernardus ad Eugenium. Tu flagellum tenens timeat nummularius nec fidat in nummis sed diffidat abscondat eos suos a te sciens te effundere quam accipere peccatores. Et hoc quia columbam venerat Columba enim non habet amaritudinem fellis in epate et non multam astutiam facit in nido et gemit pro cantu. Columbas ergo vendunt qui gratiam mansuetudinis vel asperitate vel gemendi vel plorandi vel aliquam aliam gratiam ad ostentationem et inanem laudem exercent ut ypocrite de quibus dicit Christus Omnia opera sua faciunt etc. Unde Augustinus inducit ypocritam loquentem libro de conflictu viciorum et virtutum contra ypocrisim quia nichil in abscondito facis ne a cunctis cognita detestere finge te foris esse quod intus non appetis. Hinc dicit Christus Auferte ista hinc quia in talibus intentionem nostram imitare debemus. Tertia sit dicit Augustinus Simulata equitas duplex iniquitas. Hoc est crimen pessimum de quo Ioseph accusabat fratres suos apud patrem suum. Richardus de sancto Victore Genesis 40. Et nolite facere domum patris mei domum negotiationis. Hec eiectio facta sunt in principio predicationis Christi. Unde nunc loquebatur in secunda que facta sunt circa tempus passionis domini loquebatur, ut significet quod novus predicator primo sit mitis in corripiendo, deinde durior si in pertinacia perstiterint. Ysaie 56. Domus mea domus orationis etc. Augustinus in oratorio Nemo aliud agat nisi ad quod factum est et unde nomen accepit. Si ergo dominus prohibet ista fieri in loco orationis quanto magis peiora ibi sunt vitanda ut potationes etc. Conviva Zacharie ultimo. Non erit ultra mercator in domo domini. Neemias 13. Malum michi visum est valde quod fecit Thobias, et proieci vasa domus Thobie de gazophilacio foras. Psalmus Secundum aliam litteram, quia non cognovi negotiationem, Ubi nostra litera habet litteraturam, introibo in domum domini. Ieremie 11. posuerunt offendicula sua in domo in qua invocatum est nomen meum. Nota quod tribus modis de domo domini fit domus negotiationis. Primo quando in persone dei tractantur negotia et hoc est contra illos qui in ecclesia dei vel religione maxime negotiationes exercent et causas et litigia tenent et hoc patet ut supra. Unde non cognovi negotiationem etc. 1 Corinthios 6. Iam quidem omnino delictum in vobis est eo quod iudicia habeatis inter vos etc. Bernardus ad Eugenium qui dicit quod de celsitudine sedis iudicandum sit et litigandum. Puto quod audient quod in iudicio Christi assessores esse debeant. Ubi enim consistentiam apostolorum iudicem hominum predixit, aut timorem vel traditorem distributor steterit. Denique apostolos iudicandos sedisse non iudicantes lego. Erit illud non fuit. In hunc vicii detestationem Bernardus Christus eandem hic dicit. Homo quis me constituit iudicem aut divisorem inter vos. Secundo faciunt domum dei domum negotiationis qui res domus dei ita expendunt et dant parentibus ac si eas negotiando acquisivissent. Contra quos dicit Bernardus Res pauperum non pauperibus dare par sacrilegii crimine dinoscitur esse, facultates enim ecclesiarum res sunt pauperum et patrimonia, et sacrilega illis crudelitate subripitur. Quicquid sibi ministri et dispensatores non utique domini vel possessores ultra victum accipiunt. Tertio domum dei faciunt domum negotiationis qui ad literam in ecclesie tractant negotia secularia ut deberent attendere... sermonibus spiritualibus. Augustinus In oratorio nemo etc. ut supra. Genesis 28. Non est hic aliud nisi domus dei et quod non est domus mediatorum vel negotiatorum

vel negociacionum. Augustinus super quadam de tenendo silencio in ecclesia,
Cum tanta sollicitudine observamus cum nobis corpus Christi ministratur, ut nichil
ex ipso de manibus nostris in terram cadat, tanta sollicitudine observemus
ne verbum dei quod nobis erogatur dum aliud aut cogitamus aut lo
quimur de corde nostro pereat. Queritur quare Christus ementes et venden
tes de templo expulit. Respondetur absurda iniquitas est, et indigna pietas, sed
impia credulitas, et crudelis perversitas, templum dei facere latronum spe
luncam, domum mei Christi facere negociacionis cathedram, et locum ubi res ve
duntur. Ecclesiam fidelium facere bestiarum stabulum, locum orationis facere carcerem
confusionis, aulam devotionis facere [illegible] turbacionis, et refugium pau
perum facere patibulum furum, altaria sacra facere mensam pecuniarum, et
spiritum sanctum facere venale commercium. Sed hec omnia fecerunt et faciunt heu hodie
sacerdotes, ergo sicut tunc a corporali templo, ita nunc ab eternali regno
expellentur a Christo. Sed dicis: Quare hoc faciunt quidam sacerdotes? Respondetur
heu quia in eis impletur figuraliter quod dicit Salomon Proverbiorum 30: Tria sunt
insaciabilia et quartum quod nunquam dicit sufficit, scilicet infernus et os vulve
et terra que non satiatur, ignis vero nunquam dicit sufficit. Ipsi quidem
celum spoliant, et infernum malis moribus et vita execrabili replent,
ipsi vulvam colunt pro deo insaciabili luxuria, terram vorant, id est terream
cum serpentibus repentes maledictione miserabili. Sed ignis eorum, id est ardor
avaricie nunquam dicit sufficit, qui non solum Symonis et Giesi maliciam
vicerunt, inde proditorem secuti sunt, qui pro vili precio precio vendentes
salvatorem seu redemptorem Christum, quem utique de novo cum Judeis et pa
ganis crucifigunt, unde devotus Adam abbas [illegible] super Symonie de
lamentabiliter conqueritur dicens: O heu quod sunt sacerdotes qui Christum denuo
crucifigunt, cum fructum mortis eius Christum in eis auferunt, et animas
quas ipse vivificavit moriens, male vivendo occidunt, crucifigunt
cum sponsam venalem eius constituunt, quia officia pietatis in vanitate
ecclesiam in speluncam faciunt latronum, et domum orationis in domum nego
ciacionis convertunt, intus sanie [illegible] Symonie et vere lepra, Christi pulc
ritudinem fedaverunt. Unde cum inpreciabile sit preciosum domini corpus et sanguinis
vili tamen precio distrahi faciunt. Nullus in rebus ecclesie, nullus in gradibus
nullus in dignitatibus, nichil in sacramentis nisi venale relinquentes.
Cathedras columbas vendencium quas Christus evertit, ubique in ecclesiis
erigunt et in mensas nummulariorum Christi altaria deputant. Mercenarii
sunt omnes facti, quos tamen hodie [illegible] qui sacerdotes [illegible]
qui altariste appellantur. Nono [illegible] quod os domini notavit, inter
infirmarios istos infirmata est ecclesie virtus. Et quia dum exactores
gratis nullos accipiunt, gratis nullis tribuere volunt, hec ille. Veni ergo
domine Ihesu Christe fac tibi flagellum de restibus, ut que restant in hiis
emendes, corrigas, punias, ne [illegible] puniantur, imples facies eorum
ignominia ut querant te domine et salventur. Cur quare vendentes et
ementes eiecit Christus de templo, nisi enim eos eiecisset, ut inquit Jeronimus
[illegible] et [illegible] pestima et [illegible] gradum tempore non meruissent.
Ex hoc infertur quod morbi diversi casus mali, ut pena pestilencia, et
omnis vel plurimum vite [illegible] insania. Et devoto sacerdotum [illegible]
in hominibus **Domus mea domus orationis vocabitur.** Nota ecclesia dei est
duplex officium dei edificatur scilicet deo ad inhabitandum. Pro dixit domus
mea id est in ad habitandum electa, et hominum ad orandum, ideo subdit domus
orationis vocabitur. Est igitur ecclesia domus dei quia in ipsa habitat, unde
aliud ii Paralipomenon vii: Elegi et sanctificavi locum istum ut sit ibi nomen meum
in sempiternum et permaneat oculus meus et cor meum ibi cunctis diebus.
Et aures mee erecte erunt ad orationem eius qui in loco isto adoraverit

Ex quibus verbis habetur quod in ecclesia ponit nomen suum, cor suum, et
oculos suos, et aures suas. Nomen quidem suum ponit ibi quia a se ipso
eam nominari voluit. Sicut enim domus in qua habitant superbi potest dici
domus luciferi, et domus in qua habitant usurarii, domus mamone, et
domus in qua habitant immundi domus asmodei, et thabirna potest vocari
domus belzebub, quia propter multitudinem epulare ibi quiet multitudo mi-
strarum, sic domus in qua conveniunt fideles et devoti vocatur domus dei
Genesis xxviii Non est hic aliud nisi domus dei et porta celi. Secundo in
ecclesia ponit deus cor suum, id est amorem suum, et ideo multum pro malo habet
quando aliquis ibi aliqua illicita exercet et possunt ecclesias per aliqua scelera
facta, sicut patet hic, quando de templo vendentes et ementes eiecit. Legitur
in hystoriis quod pompeius porticum templi dei in stabulum suorum equorum
convertit, et cum usque ad tempus illud semper fuerit victor hostium, a tempore
autem illo nunquam postea pugnavit, quin semper ab hostibus vinceretur. Tercio
in ecclesia ponit deus oculos suos ut videat ibi genuflexiones, elemosinarum
largitiones, et alia opera devota. Sed heu in aliquibus videt ibi ornamen-
ta pompas et vanitates mulierum. Cum enim in orationibus vult exaudiri amota
a se pompa seculi inclinare se debet ut dei misericordiam provocet. Habitum namque su-
perbus non impetrat. Ut de se tota fiducia faciat. Et quanto magis homo
mulier splendescere videtur, tanto magis a deo despicitur. Legitur Hester v quod
cum regina hester ornasset et depinxisset ut regi assuero placeret ipsa
et eo regem in iram convertit, sed colore roseo in pallorem quo contempla-
tam. Sic que mulier vultum suum depingit deum offendit, sed que de vultu
suo non curat deum placat. Quarto in ecclesia deus ponit aures suas quibus
audit orationes devotorum. Ysaie xxxviii Audivi orationem tuam et vidi lacrimas
tuas; quibus etiam audit verba detractorum illorum scilicet et illarum qui verba
vana et detractoria loquuntur in ecclesia. Legitur de sancto Syro Januensi episcopo
quod semel in ecclesia existens in risum est provocatus, asserens se vidisse de-
monem qui in ecclesia verba loquentium describebat. Tunc cum carta deficeret
et ille cum dentibus prolongare vellet, carta subito fracta fuit, et
ille cum capite se ad murum percussit, ut sonitus percussionis et vultum capi-
tis sequeretur. Audit etiam illos clericos et monachos qui negligenter
cantant, et primos versus et ultimos multas obmittunt. Legitur quod quidam
sanctus homo vidit quendam demonem nomine tytiuillum per sedes monachorum
discurrentem, qui videbatur aliqua colligere et sacello recondere, et a sancto
viro admonitus, dixit se colligere obmissiones psalmorum, et quolibet die
mille vicibus sacculum adimplet. Unde quidam fecit versus: Fragmina psal-
morum tytiuillus colligit horum. Quaque die mille vicibus se sarcinat
ille. Secundo constructa est ecclesia ad orandum. Deus enim orationes fidelium in
ecclesia orantium in ecclesia exaudit. Unde dicitur ii paralipomenon vi Omnis orantem
in loco isto exaudi de habitaculo tuo. Dicit tamen Beda quod tribus de causis
contingit orationes non exaudiri. Primo quia petimus indigna, id est ea que non decet
deum dare nobis, et ea que non decet nos accipere, ut temporalia et terrena. Quia
illa pete a deo que tibi expediat accipere et illum deceat dare. Si autem
terrena petis, aut difficile impetras aut forte non impetras. Si autem
enim deceret ei tibi illa dare, que si habes impediat ut contemplaris. Quod
legitur in fabulis poetarum quod meda rex petiit ab apolline deo
suo, quicquid tangeret aurum fieret, et concessum est ei, cum ergo cibum vel potum
manibus vel labiis tangeret statim vertebatur in aurum et sic fame mortuus
est. Per quod datur intelligi quod avarus semper divitias appetit et desi-
derat, et tamen sunt sibi causa mortis. Iuxta illud Thymothei vi Qui volunt divi-
tes fieri etc. et subditur, que mergunt homines in interitum. Secundo orationes non
exaudiuntur quia petimus indigne, id est existentes in aliqua culpa sive
in aliquo crimine. Ysaias: Cum multiplicaveritis orationes vestras non exaudi-
am, manus enim vestre sanguine plene sunt. Treni iii Opposuisti tibi nu-
bem ne transeat oratio. Zach v Ecce massa plumbi in os amphore

ide ait et dixit hec est iniquitas. Ex hiis habetur quod peccatum assimilatur
sanguini nubi et plumbo. Prima igitur peccatum est sicut sanguis, ideo et oraciones
commaculat, et ideo tales oraciones sic maculate non audent coram oculis dei ap-
parere. Item peccatum est tamquam nubes, ideo oraciones obtenebrat, et ideo nescit
per viam celo intendere. Item peccatum est tamquam plumbum, et ideo oraciones sic aggravat
ut non possit in celum ascendere. Tercio oraciones mee non exaudiuntur quia per multi-
tudinem peccatorum id est pro peccatoribus, qui sunt in proposito peccandi. Johannis ix. Scimus quia
peccatores deus non exaudit. Legitur in vitis patrum, quod cum quidam frater
grauiter temptaretur, et quidam sanctus pater pro eo oraret, et temptacio non re-
cederet, vidit predictus pater deo sibi revelante, quod spiritus fornicacionis in
diuersis formis mulierum cum illo fratre ludebat et ille talibus applaude-
bat et in nullo resistebat. Vidit eciam angelum ipsum increpantem, quare
non resisteret, et quare se non muniret. Tunc dixit pater illi fratri. Inveni causam
quare oraciones mee quas pro te faciebam non exaudiuntur. Quia non es dignus
nisi igitur temptacionibus oracionibus adiunctis et corpus tuum ieiuniis maceres, et temp-
tacionibus resistas, prorsus incurrum non es dignus, quod cum ille fecisset sanatus
et sanctificatus est. Tercio ecclesia facta est ad deum laudandum. Iste
autem laudes in vii horis canonicis sunt faciende. In matutino enim deus
laudatur, quia illa hora christus fuit natus a iuda traditus et a iudeis cap-
tus et illusus et ad iudicium credi esse ventum. Iuxta illud. Ante xxv. ar-
dia aut nocte [illegible]. In hora prima deus laudatur, quia tunc celum et
terram ad verum sermonem creauit. Ad templum personaliter christus ve[n]it [illegible]
mit iuxta illud luce xxi. Omnis populus manicabat et mane festinabat ad
ipsum in templo. Et consistente ductus fuit ad pylatum falsis testimoniis accusatus
in collo percussus facia ligatus oculis conspuebatur in facie, mulieribus post
resurrectionem in hac hora apparuit. Hora tercia laudatur quia tunc christus ad colum-
nam flagellatus fuit, sentenciam sue mortis accepit, crucem portauit, corona
spinea coronatus fuit, et spiritum sanctum misit. In vi laudatur quia tunc christus in cruce
fuit confixus felle potatus, sol fuit obscuratus, christus et volens in celum
ascendere fuit cum discipulis commatus. In ix laudatur quia tunc christus spiritum
in cruce amisit, vulnus in latere accepit, et celos ascendit, terra contremuit
et celos ascendit. In vesperis laudatur quia tunc sacramentum corporis et sanguinis
instituit, discipulorum pedes lauit, et in forma peregrini resurgens ap-
paruit. In completorio deus laudatur, quia tunc christus sanguineas guttas
sudauit de cruce depositus in monumento clausus fuit, et post resurrectionem
clausis ianuis introiuit. Querendum verba hec sunt domus in quibus sibi
vendicat sibi [illegible] racionales dominium. Dicit. Domus mea, secundo indicat sibi
le impendendum sibi seruicium. Dicit. Domus oracionis est, tercio increpat minimum
maleficium. Dicit vos autem. Primum est honoris, secundum amoris, tercium pudoris.
Est ergo anima racionalis ipse domus dei in qua recipi desiderat. Luce xix.
Hodie in domo tua oportet me manere, hec est in vestibulo cogitacio-
nis in pallacio affeccionis in thalamo secrete intencionis in quam
deus gaudens recipitur. Unde Ecclesiastes. Ve tibi domus rea ostium quod dum
non stupis sed extendis. Hec habens in fundo obstinacionem, in tecto simulacionem
pro pariete anteriori negligenciam, pro posteriori imprudenciam, pro dex-
tro ingratitudinem beneficiorum, pro sinistro impaciencia tribula-
cionum ut nec a superiori nec ab inferiori nec ab anteriori nec a poste-
riori nec a dextris nec a sinistris domus introeat. Hec domus est peccatorum.
Domus autem fidelis anime debet esse clausa exterius per sobrietatem
munda interius per castitatem, lata inferius per pietatem ad proximum
et alta per caritatem superius ad deum. Et sic quo ad proximum
in de primo figuratum deutronomii xxii. Cum edificaueris domum
nouam, facies murum per circuitum tecti, ne effundatur in domo tua
sanguis et ne sis reus alio labente et in preceps ruente
et tu edificatur domus noue confessionis faciendus est murus debi-
te circumspeccionis, ut anima non moriatur per peccatum, et ut proximus non ruat
ibi per scandalum. Et ysaie xxiiii. Attrita est ciuitas vanitatis, clausa est

omnis domum nullo introeunte, quod fit ad animam per virtutem humilitatis quia
ad memoriam preteritorum peccatorum, et circumspecte se habet ad cautelam futurorum
ne quid offensivum veniens ingrediatur per sensum corporis. Sicut enim murus
custodit ea que sunt intra suum ambitum, ita humilitas est custos omnium vir-
tutum tenens ita hanc domum clausam ut nichil ingrediatur per sensus cor-
poris unde impediatur sensus mentis. Hec humilitas interior est per ymaginem
domus nove conversationis proprie est edificanda et sic clausa domo
humilis est in se resilitiva per memoriam preteritorum peccatorum, et ad hoc circum-
spectiva per cautelam futurorum. Ecclesiastici 32 Precurre prior in domum tuam et illic
advocare et illic lude et age conceptiones tuas. Precurrere est prior
ad semetipsum intrare antequam iudex in lucernis scrutaturus adveniat,
antequam mundus te exprimat aut ruina corporis qui domus ruinosa te opprimat.
Et illic advocare a peccato ab hoc seculo et a tempore. Et illic lude sicut David
ludebat saltando ante archam domini. Ludam et utilior fiam. Bonus ludus
ubi quis saltando deserit infima et appetit celestia. Bonus ludus
effici obprobrium habundantibus et despectio superbis. Bonus ludus
desiderare celestia more ioculatorum et saltatorum qui capite dimisso
pedibus sursum erectis preter humanum usum stant manibus et incedunt.
Et age conceptiones tuas per futurorum circumspectionem. De secundo puta quod debet esse mun-
da interius per castitatem, ut ex interna puritate mentis redundat in
carne puritas castitatis. Psalmus Domum tuam domine decet sanctitudo in longitu-
dinem dierum id est ad finalem perseverantiam incorruptionis. Sicut
enim res immersa balsamo preservatur a putredine, sic anima dedita
balsamo divinitatis debet esse a carnis corruptione. Ve igitur luxuriosis
qui comeduntur velud a tinea. Quia sicut tinea de vestibus nascitur
et tamen vestimentum corrodit, ita prurigo libidinis semper habet admix-
tum secum vermem consciencie. Hanc autem castitatem conservatam mundiciam solus
dominus largitur. In Regum Sanctificavi domum hanc quam edificasti ut
ponerem ibi nomen meum. Sanctificavi enim, non possumus per continenciam
nisi dominus eam dederit sicut specialem graciam. Hec mundicia est illud
decus de quo Psalmus Domine dilexi decorem domus tue et locum habitationis glorie tue.
Domus decor est vera castitas que purificat carnem, sed gloria domus
est vera humilitas que illuminat mentem. Nam in carne nichil est vir-
ginitate pulcrius, et in mente nichil est humilitate gloriosius. Tercio
debet esse lata interius per pietatem ad proximum. Baruch iii O Israel quam
magna est domus dei et ingens locus possessionis eius. Tunc nostra
domus magna est lata et magne capacitatis que non coartat ad
se per impietatem sed effectu semper dilatatur et extenditur ad proximum per
operam pietatis. Quarto debet esse alta supernis per caritatem se extendentem
in deum. Unde ii Paralipomenon iii Cepit Salomon edificare domum domini
in Ierusalem in monte Moria, quod interpretatur mons visionis. Supereminen-
cia montis radium solis eminus recipiens, sicut cor humanum per amorem
elevatum illuminatum et fecundum, et sicut vehemens flamma perimendo cum
pit in lucis serenitatem, ita vehemens ardor amoris extendendo men-
tem in deum relinquit claritatem cognitionis. Unde dicit Dionysius fervor
dilectionis perducit ad acumen cognitionis. Et hoc est quod dicitur
hic in monte Moria. Nichil enim subtilius amore et penetrabilius
quia non quiescit donec totam penetraverit amati profunditatem
et perviserit totalitatem. Et tunc debet superfervere, sicut vis caloris sur-
sum deferente partes liquidi fervente super se [illegible] posset ea sursum
portare et sustinere in signum super se elevationis ita quod ut calore
remissione ut ipso pondere relabitur ad inferius liquidi humor ipse
dicitur superfervere et tunc dicitur forma. Sed hec forma hic in mente elabo-
rata est. Aggei i Quis in vobis derelictus est qui vidit domum
istam in gloria sua prima et quid videtis hanc nunc, numquid non ita
est quasi non sit in oculis vestris. Si vero manet humus domus queramus ut
capiatur forma mentis, tunc per originem humilitatis. Ut dicitur Iob
qui habitant domus luteas qui terrenum habent fundamentum. Domus
lutee sunt corpora facta ex limo [illegible] que in nobis debet esse origo

humilitatis. propter pulcritudinem castitatis potest dici eburnea capite anna
et gut' z cas. et vesti tu te a do ebur. Et quibus delec z A sanctl
qui sunt vestimenta ornatia ecclesie z domus x tutela dei per gratiam
spirat. Dicta ornamenta virtutum scilicet mirra x amaritudo contricionis
et gutta aromatica inflaturas curans. humilitas elacionis cura
tiua. cassia que crescit in aquis. dulcedo deuotionis Dicuntur
autem domus eburnee ab ebore frigide nature quod est os elefantis
casti et signat castitatem. et sic multe sunt partes domus sic et casti
tatis Est enim castitas coniugalis. vidualis. et virginalis. que
maxime xpm delectat in eis. qui propter amorem dei, et propter hereditatem
patrie quam expectat et propter nomine honorem hoc faciunt Ideo dicitur
Ex quibus delec. te fil re in honor tuo Vel fundamentum potest dici
luteum. gradus vero eburnei. parietes lapidei. tigna cedrina z propter
latitudinem pietate potest dici lapidea iii Reg vi Domus domini cum
edificaretur de lapidibus dolatis edificata est. lapides in edificiis
se inuicem supportant dolantur tamen ut politi efficiantur ut in eis resul
tet quidquid eis obuiat Etiam dolantur ut aliis lapidibus magis com
paginentur Cor enim quod pietate afficitur nouit aliorum culpas sup
portare. penas et temptationes aliorum in seipso formare z aliis concordi
ter vnire sicut ps In do. domini ambul. cum consensu. Propter altitudinem ca
ritatis potest dici cedrina Cant. i. Tigna domorum nostrarum cedrina la
quearia cypressina Tigna ad amorem dei pertinent, cuius motus sunt
fortissimi Cant. vlt. fortis ut mors dilectio. Et altissimi ut patet ab aere
terrenorum eleuati. et sublimium theoriarum intima contemplatione exalta
ti Tigna habent fortitudinem. cedrus altitudinem. laquearia que tra
gine affixa dependent ab eis illaqueata inuicem signat amorem
proximi deriuatum ab amore dei per quem adinuicem sumus colligati
et illaqueati Cypressina dicitur propter imputrescibilitatem caritatis que num
quam deficit habent enim laquearia mutuam connexionem. Cedrus vero
columnas marmoreas. et sic patet primum Secundum domus indicat angeli
debemus ei impendere in domo dei cum dicitur domus orationis est eius
figura iii Re ix Cum perfecisset Salomon edificium domus domini oratione
fusa. apparuit ei dominus dicens Exaudiui orationem tuam Ex quibus ar
dicte orationibus domus. surgit in nobis quadruplex orationis effectus
Est enim oratio procedens ex affectu humili et verecundo Item ex affectu
mundo. Item ex affectu dilatato. et ex affectu sublimato Inde est quod
quatuor species orationis distinguit apostolus i thi 2. secundum ordinem dictum Ob
secro igitur primum fieri obsecrationes et orationes postulationes et gratiarum actiones
Obsecratio est qua loquitur pauper. egreditur ex affectu humili et ve
recundo cum aliquis considerans miseriam propriam in se paruitatem me
ritorum compungitur et ad alios ut pro ipso orent se conuertit me
quam speciem instruebat apostolus in se Ro xv Obsecro vos fratres per dominum nostrum
ihesum xpm ut adiuuetis me in orationibus vestris ad deum. huius autem
orationis efficacia apparuit in publicano luce xviii Cum ascendit
in templum ut oraret. et non audebat oculos leuare ad celum. et ideo
celum per affectum exauditionis inclinatum est ad ipsum. Eccl.
xxxv c. oratio humiliantis se nubes penetrabit Non sic pharisey
in quo quia cuius oratione deus fetebat tumor et tepor Nam publica
no imperabat et semper iactando nichil orabat Secunda species
appellatur nomine orationis. hec egreditur ex affectu mundo cum quis
puritate compunctionis et intima cordis puritate deo premittimus
cum merore et a Cass. votum appellatur De hac i Re i. cum esset
anna amaro animo orat dominum flens largiter et votum vouit
dicens Domine deus si feceris tue seruo virilem dedero dabo
eum domino omnibus diebus vite eius. hoc dicitur in persona aliorum

qui se in angustijs dno servitures promittunt, sz erepti mox votum
frangunt Et dr nonc, orauit flens largit^r Illa enim oro est accepta
bilis deo que procedit cu interioribus lacrimis no exterioribus tm
quales sunt lacrime mundanorum, no fictis quales sunt ypocritare
sz purgatorijs et impetratorijs quales sunt lacrime bonorum
Tob xij Cum orabas cu lacrimis ego obtuli orom tuam Ille enim sunt
que Samuel ortum impetrauerunt Thobie oculos apperuerunt, Asmodeum
demonium exclusserunt, per quas petri negacio et marie mag. cri
mina sunt deleta. De hac munda affectione dr .j. ti. ij. Volo viros
orare in omi loco leuantes puras manus sine ira et disceptatione
hoc est q tpe orois nulla disceptacio vel nulla fantasmatum
passio occurrat, qz sm Aug^o Ecciuita cu tpus orans p sensus huius
sm toti tpe orois occurrit Inde est q ad memoriam aliq iocundi
tatis aliqn in orone ridemus, aliqn ad memoriam alicuius tristabilis
in orone dolemus, Quales ergo volumus in orone inueniri tales an
orom debemus preparari. Ait vt Cn qut cu orauit z .i. vt apparet scre
tu cordis z claudentur spus wepis Tercia spes est postulacio surgens
ex affectu dilatato qui post contricionez et correctionem pmissioz simus
mentis dilatamus et proximis postulamus Col. j. Non cessamus p vobis
orantes et postulantes ut impleamini cognitione dei voluntatis Sz prin
cipalit hoc est officium cleri maxime platorum orare p proximo Sap
xviij properans homo sine querela deprecari p populis proferes seruitutis
scutum orom et per incensum deprecationez allegans restitit ire et imposuit
finez necessitati, hoc dr de Aaron plato qui exauditus est p populo, qz
erat ho sine querela Et ideo modica est efficacia nre orom, quia
sumus pleni pctis ysa .j. Cum multiplicaueritis orones vras no exaudiam
manus enim vre plene sanguine sunt, Ve igr illis qui cum debet orare
postulantes pro alijs, apud deum sunt adulatores in curijs potencium
Sic quidam mali religiosi malentes esse de simil distubentibz cu herode
quam in deserto liberi cu Johanne vel cu ipo in vinclis constitutum siquidem
et carcere sue gle quia licz in conuiuijs potencium no videat caput Johannis
in disco, videt tn qui effuso sanguine acquirunt vaccam vidue por
cum pauperis in carcere potente paup moritur, dc sba paupis religiosus
comedens potenti blanditur, Quarta est gratulatio surgens ex affectu
sublimato z pfecto, qui mens cuscensis rebus mundanis et sensibz remanens
contemplans beneficia collata z gaudia futura z de sua iam exaudicione
ne scientia, no sono vocis, no motu lingue. no silbarum distinctione
sz conglobate sensibz spualibz feruentissimis affectionibz ad diuinas lau
des tota resoluitur Apoc viij Ascendit fumus incensorum que sunt orones
sanctorum de manu angeli coram deo Sicut enim fumus ignis ardore
resoluitur resolutus ascendit, ascendens dilatatur dilatatus attinitur Ita
aia perfecta in orone primo resoluitur p compunctionem, deinde ascendit in
deum p morum correctionem, deinde dilatatur p proximorum compassionez, et tunc
attinitur in deum p caritatis deuotionem. tunc remanet et desiccat p gratiarum
actionez ysa li. Gaudium et leticia inuenietur in ea gratiarum actio z vox
laudis, hee spes orois sunt de quibz .j. ti. iiij. obsecro primum omnium
fieri obsecrationes orones postulationes et gratiarum actiones, De quibz scri
ueudum est domus in domo eius phil vl In omni obsecratione et ora
tione et gratiarum actione petitiones vre innotescant apud deum
Tercio domus increpat nomine malefactorum dns Vos fecistis eam spe
luncam latronum, Domum domini spelunca latronum faciunt qui de
mones qui sunt latrones spuales in domum dei p consensum introducunt

no Hr de religiosis esse bn z pfecte

Job xix venerunt latrones eius et fecerunt sibi viam per me et obsederunt
in gyro thabernaculum meum. Demones viam parant ut anime secreta
cognoscant et per consensum in anima potestatem habeant, et quia in anima nichil
intrare nisi per occasiones possunt, ideo ex omni parte exteriores animam cin
gunt, similes latronibus qui latrunculos premittunt ut domos intrent
igitur maioribus latronibus postea aditus aperiunt. Osee vii fur ingressus
est spolians, et latrunculus foris. Sunt autem quatuor genera latronum ha
bencia speluncam in domo dei que signantur per quatuor genera latro
num quos misit dominus contra iudam scilicet latrunculos Syrie et latrunculos Cal
deorum et latrunculos Moab, et latrunculos filiorum Moab Amon de quibus
iiii Regum xxiiii. Contra astucia miser homo tu defendere poteris
in periculo spoliatus est liute (?) hii latrones spoliant domum dei quadru
plici affectu cordis. Primi sunt latrunculi Syrie quod interpretatur sub
limis signans motus superbie. Isti latrones habent speluncam in domo domini
et spoliant eam obsecratione procedente ex humilitate superbo. Humi
litas est abhominatio Ecclesiastici xiii. Superbia enim vult peccata sua occultare
et humilitas confiteri et deum obsecrare. Abdie: Si fures introissent
ad te si latrones per noctem quomodo conticuisses etc. O peccatrix anima siles
non debes immo clamare in confessione et deum humiliter deprecare obse
crare. Tu vides demones clausa domum domum irrumpere. Ubi signanter
dicitur quod latrunculi Syrie missi sunt contra iudam idest confessionem. Secundi sunt
latrunculi Moab quod interpretatur ex patre motus carnales significantes
quos in carne tradunt per primos parentes sicut morbi in parente
sepe traduntur in prolem. Iste latro tu habes speluncam in domo dei spo
liat eam affectu mundo qui procedit ex sanctitate castitate. Osee vi Galaad
civitas operancium ydolum supplantata sanguine et quasi fauces virorum
latronum. Galaad acervus testimonii est carnalis anima que sibi suf
ficit in testimonium sue dampnationis que est civitas operancium ydolum
quia fovet et recitat in se ymagines carnalium delectationum et sanguine
supplantatur a latronibus quia sepe mortale peccatum consuado huiusmodi car
nis motus sine in huiusmodi delectatione et quasi fauces virorum latronum in
in faucibus aviditas delectationis illicite in latronibus atrocitas te
tationis notare significet. Et sic spoliatur domus domini castitate. Proverbiorum xxiii
fovea profunda meretrix et puteus angustus insidiatur in via quasi lat
ro. Ut virginem securus latro tenet cum thesauro inclusum ne in profunda
fovea aut angusto puteo habitat secure cum lupo agnus, ita nec
cum muliere castus, ut sibi aliquis blandiatur quasi similes sunt, quia latrones
libencius divites quam pauperes invadunt et occidunt et venti et tonitrues
ubi canna tenuis resistit quercum annosam deiciunt. Tercii sunt lat
rones Caldeorum qui interpretantur ferotes (?) et signant motus avaricie qui sunt
crudeles et immisericordes et spoliant domum domini pietate. Iere vii Ecce
vos confiditis vobis in sermonibus mendacii qui prodesse non poterunt vobis furari occi
dere adulterari iurare mendacium liberare balim (?) numquid ergo spelunca la
tronum facta est domus ista, latrones ergo et furari dicuntur qui male intrave
runt ad beneficia ecclesiastica. Joh. x Omnes quotquot venerunt fures sunt et latrones ve
nerunt scilicet per cupiditatem intraverunt et secundum periculum que timebat apostolus
in novissimis temporibus esse ventura scilicet periculis latronum ii Cor. xi. Eiusdem
sic latrones insidiantur mercatoribus in deserto ut interficiant ita isti sy
monie (?) ut rapiant. Iere iii In viis sedebas expectans eos quasi latro in solitu
dine. Quarti sunt latrones filiorum Amon quod interpretatur populus dolens
ut murmurare in quo signatur motus accidie qui reddit homines querulos
los et immurmurantes de bono. Isti spoliant domum domini caritate in deum quia faciunt

Co quatuor genera latronum

Nota digressum

Nota digressum

aiam in bonis desice et in corpe quodamo obdormie signati p latrocis
illos qui intferunt ysbosech dormiente in stratu suo in meridie ii
Reg iiii Sue ocia que dz in deo ascende p feruorez caritate et quadam
accidia desicat a caritate et inficit luc x homo quida descendebat
de ierlm in yericho et incidit in latrones qui spoliauerunt eu et plage
impositis abierut semiuiuo relicto Aliqui eni accidiosus occiditur
ut qui pdit gratz Aliqui semiuiuus relinquit ut qui languet p signa
niqz patet igit in mete xpiana dei domiciliu sedm quatuor pperita
tes domus patet debitu eius obsequiu sed quatuor effectus patet
enim malesiciu per quatuor defectus Nota q xpus ingressus tem
plu diuersas curat egritudines Vn sequit Et accesserut ad eu ceci et
claudi in templo et sanat eos Xpus ipe est dei sapia illuminat
et dei virtus confirmat .i. Cor 2. pdicamus xpm dei virtute et dei sapi
entia Ideo ceci accesserut ad sapiez illuminate ppt dns illuminatio mea
Et claudi ad virtutez confirmatez qz dns fortitudo debiliu est Et nota
dicit in templo ut ondat qz no auaricie s pie officijs deputat dz
domus dei qz in templo sanat cecos et claudos Et pro dupx est defect
in peccatoribz cecitas racionis quo ad cognitioz credibiliu ut operabiliu
Et infirmitas affectionis que nunc vacillat ad terrena nunc ad deum
clauditando in diuersas partes Et de vtroqz dicit ps dereliquit me
virtus mea et lumen oculoru meoru Vtriusqz defcm repat ihus .i. grā sal
uatoris s fuerit accessus ad eum in templo .i. in virtute fidei et caritate
Videntes aut principes sacerdotu In quibus ymago potencie sue virtute
virtuti inuidentes que consolidat claudos Et scribe in quibus dz esse yma
go sapie Sz tn uere sapie inuidebat que illuminat cecos Mirabilia
que fecit et facit qz no solu cecos illuminauit sz claudos sanat Sz eciam
qz flagello vno et vili magna multitudinez eiecat mensas subuertit
quo nichil mirabilius egit Jheronimus Quia virtute et potencia xpus hec
fecit q tam magna multitudinez potentis ipsi solus expulit Ad hec
videt Jeronimus Omnibus qz plurimi arbitrant maxim esse signorum q lazarus
suscitatus est q cecus ex vtero lumen accepit Et ad iordanem audita z
vox patris q transfiguratus in monte gliam accepit ondit triumphantis
Michi vero int omnia signa que fecit hic videtur mirabilius q vnus ho
et illo tpe contemptibilis et intm vilis ut postea crucifigeret a scribis et
phariseis cotra se seuientibz et videntibz lucra sua destrui potuerit
ad vnius flagelli verbera tantas eicere mensas subuertere sedes kathe
dras confringere et alia subicere que infiniti no fecisset exercitus Et
racionem subdit d. Igneu eni quid et sidereu radiabat ex oculis eius
et diuinitate lucebat maiestas in facie ppt qd cedenti no audebat
resistere h Jeronimus Et ro huius ee pt habitabat in xpo omne plenitu
do diuinitate corporalis ut dicit aplus Nam sunt aliqui diuinitate virtu
tem inter ex mediis corpis educere ut quod intus latebat foris appare
ret ondit eni diuinitatez sua in natiuitate sua dum corpus no glori
ficatum p corpus virgineu transiuit incorrupte Ondit pedibus dum super
mare ambulauit Ondit veste dum solo tactu fimbrie mulierem
a fluxu sanguinis sanauit Ondit verbo dum crucifixores suos solo
sermone prostrat Ondit saliua dum cecu illuminauit Sic nunc ondit
in facie dum ementes et vendentes sola faciei ostensione ligauit In
omnibz hijs nec ara humana nec virtus humane rone nec caro ut homo
solus sz diuinitas latens in hoie operabat ex hoie et ideo deuote
tes et cecti spu sco edocti xpm vere dei filiu proclamabant dicentes
osanna filio dd .i. obsecramus salua nos in excelsis Cui ve nulli co
petit ut saluet nisi deo z dno nro ihu xpo Et pueros clamantes
in templo et dicentes osanna filio dd indignati sunt qz videbant
illi exhibere honorem quez soli ambiebant Vn dt Sey Innumeri singulis

ciuitatibus aures et oculos habent vnde dicit Crisostomus in persona phariseorum Nos sumus
columpne templi Et ecce super eum recubuit tota ecclesia. et nos sumus sine
causa electi quia misterium perdidimus et nomen vacuum possidemus Nos
sumus qui tacentium scripturarum lingwa possibiles Et ecce ille resonat
in medio templi et nos totiens tacemus qui cithara dissipata Nos fui-
mus fere populi et iste cottidie generat nouos filios Nos autem steriles
muti sumus etc Et ideo dixerunt Christo Audis quid isti dicunt Crisostomus Non
ausi manum mittere uel inicere propter populum calumpniantur opera s. testimonium
populi et puerorum q. d. Christo. Debes eos arguere, quia honorem messie debitum
tibi attribuunt Iesus autem dixit Vtique audio et tu non phariseos Numquam
legistis quia ex ore infantium et lactancium perfecisti laudem tuam q. d. non
debetis indignari contra me sed potius confundi debetis quia scriptura in
hoc de me impletur. Crisostomus q. d. Christus Est mea culpa quod hic clamat est
mea culpa quod ante tot milia annorum hoc propheta suum predixit. quin de
hoc me arguite. arguite spiritum sanctum qui per prophetas hoc predixit Nunquam
quam legistis, quia infantes et lactantes in turba erant Nicolaus de lira Vel per
hos boni simplices sunt intelligendi quorum multi sunt quasi per explorem
predicacionem perfecisti id est perfectam habuisti Nam laus sine testimonium
Christi in pueris a natiuitate qui sancto pharisei uerum ei testimonium
sunt patientes. hec laus consummata est hic a pueris tunc passionis
suum glo. Testes miraculorum Christi infantes dicit non etate sed simplicitate
lactantes q. lactis id est miraculorum suauitate delectati Et circumspectis omnibus
cum iam vespera esset hora que erat hora declinandi ad hospicium
et nullus eum inuitaret ut colligeret. relictis illis exiit de ciuitate et
redijt in Bethaniam cum xii. ut quod in vrbe magna non inueniebat
in agro paruo haberet hospicium. ibique mansit apud martham mariam
et lazarum et docebat eos de regno dei Vbi arguitur diuicies et
ingratitudo iudeorum qui doctorem quem gloriose et honorifice ut regem
et gaudiose susceperant. et qui per totam diem usque ad uesperam eos do-
cuerat panem hospicio non susceperunt famescente non pauerunt Crisostomus
tu suspicit eum dominus qui nichil de ipso ubi hospitaretur habuit. sed omni
beniuolencia indigent si quis eum vocaret aut reciperet in domum suam
et nullus est inuentus benedictione patris apud dignus Nicolaus in hoc typi
misit eos corporaliter, ondit facto quod Christus est hoc ciuitatem esse dimittendam adeo
spiritualiter Vbi Ieronimus, hinc est intelligendum est quod Christus fuit tante pau-
pertatis et ita nulli adulatus sit ut in vrbe magna nullum hospitem
nullam quod mansionem inueniret sed inuite paruulo apud lazarum sorores
eius habitauit eorumque intus Bethania est Vbi et Crisostomus Et relictis illis
tamquam ciuitate per inuidiam abiit foras extra ciuitatem in Bethaniam
ut recedendo corrigeret quos videndo non potuit, quia malicia non
potest vinci quam videndo Nicolaus si tacendis irrationabiliter placare
et illum non placatis et tempori subditus Et mansit ibidem apud lazarum et
sorores eius ut illic refectionem corporalem ut et spiritualem repausabat
Nam sororem vxorem est non ubi queretur maior ubi clariores sunt viri
sed ubi fideliores. nec gaudet ubi epule large sunt sed ubi sanctitas florem
manat Crisostomus Inspicit quippe intimus arbiter omnium corda et in contradicentibus
resistentibus ciuitati non inuenit ubi caput reclinet. secedit ad fideles et
in eis qui obediunt uerbo maiorum sibi vnam cumque sibi facerent
et Bethania namque domus obediencie dicitur hoc Beda Nota quod gaudet
sed quod Christus tria loca intrauit s. urbem templum et Bethaniam Et primus
locus signatur nobis Bethania. que dicitur esse pacifica, et tunc est Ierosol-
lima que interpretatur visio pacis dicitur esse dei habitacio gracia et tunc est

templum dei vivi acceptum deus esse caro ad obediendum prona et
tunc est Bethania que interpretatur domus obedientie progrediente
autem domino per loca scilicet urbem tota civitas est commota quia intrante domino
animam per gratiam preuenientem omnes vires anime dantur commoueri per dolorem
et contritionem peccati Cum vero intrat templum eicit vendentes et ementes
ac mensas et kathedras euertit, quia primum Christus intrat in cor hominis
per gratiam preuenientem mouendo ipsum ad contritionem intrat postea in ipsum
per gratiam perficientem purgando illud et eiciendo per inde peccata per confessionem
et tunc Christus sanat illud dando indulgencie remissionem sicut subditur
ibi de infirmorum sanatione Deinde Christus intrans Bethaniam
que interpretatur domus obedientie quia postquam intrat cor per gratiam preuenien-
tem et perficientem inducendo ipsum ad contritionem et confessionem, consequenter
intrat per ~~gratiam preuenientem et perficientem inducit~~ gratiam perficientem
perficiendo ipsum per obedientiam satisfactionem ille vero obedit qui de com-
missis suis plene satisfacit. Ibi quoque permansit et docebat eos de re-
gno dei. In hoc loco instruit nos dominus, Primo ut contentiosos et
calumpniatores relinquamus prouerbiorum: honor est homini qui separat
se a contentiosis. Secundo ut humilium et obedientium bonorum hominum
consortia diligamus, quia dominus venit in Bethaniam ad Martham et Mariam
vnde Dilectus meus descendit in ortum suum in areolam aromatum ut
lilia colligat, Tertio ut hospites nostros spiritualiter cibo reficiamus, quia doce-
bat eos de regno dei Luce xxiv Tamquam hospites et erga mensam
Mistice Veluti illis abiit in Bethaniam. secundum hug. .i. relictis iudeis
transiuit ad ecclesiam inde gentilium seu gentem sibi obedientem Psalmus In
auditu auris obediuit michi et Ibi quoque mansit usque in fine ait vlt-
Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem seculi, Et docebat eos inte-
rius gratiam infundendo et exterius eis per apostolos predicando ysa xlviii
Ego dominus deus tuus docens te utilia. Moraliter secundum eundem Veluti
illis .i. turbis, turbationibus secularibus perturbatus transit ad Bethaniam
.i. ad penitentes vere obedientes Penitencia enim vera requirit obedien-
ciam, quia est domus obediencie quod significatur per Bethaniam. In
hac non ad horam sed semper manere debet homo Mathei xxiiii Qui perseuera-
uerit et sed perfecte quod dicit Ibi quoque mansit. Commendat constantiam que
pedes prohibet a discursu et mentem firmat contra temptationem. Sed per hoc
quod dicit, et docebat eos et datur doctrina ut perfectiorem debeamus
pro nostro modulo in hiis erudire que sunt ad salutem. Daniel xii Qui
ad iusticiam erudiunt multos et Conspice igitur nunc bene dominum quia valde
humiliter vadit per ciuitatem cum illis pannis qui sic honorifice venerat
mane cum multis Ex quo potes considerare quam parum est curandum
de humano honore qui sic transit in breui, et quia in cursu humane vite
risus dolore miscetur, et extrema gaudii luctus occupat, Potes etiam
considerare quo sui gaudebant qui honorabatur a turbis, et multo
magis quando Bethaniam redierunt illesi, quia maxime timebant quando
urbem ibat quod nunc qualibet die faciebat Communiter enim aliquando sepe
maxime tamen a precedenti die sabbati usque ad vigiliam cene locutus est
iudeis et operibus et palam in urbem Erat ergo tunc quotidie diebus
docens in templo propter autem doctrine loci celebritatem ac populi frequen-
tiam et auditorum plurium utilitatem, noctibus vero exiens morabatur
in monte oliueti scilicet in Bethania que erat in latere montis eiusdem
vigilans ac orans ac docens discipulos et confortans. In hoc
dedit exemplum predicatoribus ac doctoribus eiusdem ut diebus doceant
et noctibus sint in oratione dei, ut ibidem hauriant quod auditoribus
infundant in mane sequenti Omne enim in prosperitate sumus que per
diem significatur, sive in aduersitate que per noctem intelligitur semper
doceamus et oremus, ac bonum faciamus in quantum valeamus Vnde Sap

Mane semina semen tuum, et vespere ne cesset manus tua, quia nescis quid magis oriatur, hoc an illud. Et si utrumque melius simul melius erit. Per enim intelligi potest tempus pacis et prosperitatis, et per vespere tempus temptationis et adversitatis, in quibus semper bonum operari, ut tempore hic vel illo a bono opere cessare debemus, quia quid horum maiorem fructum nobis afferat ignoramus. Et hec facere debemus in monte oliveti, id est in culmine misericordie et pietatis, non enim meretur misericordiam impetrare a domino deo, qui non facit misericordiam cum proximo. Et est nobile quod dominus quanto morte magis instabat, tanto predicationi quod est contra multos qui in senectute dant se ocio et quieti, cum adhuc multorum possent proficere saluti. Et omnis populus attentus efficacia et doctrine sue dulcedine manicabat, id est mane festinabat ad eum in templo ut audiret ab eo verba vite, hoc est, mane cum festinatione accelerabat venire ad locum predicationis sue. Quia mane enim dicitur manicare. Ubi Cirillus: Populo autem ante lucanum venienti ad eum, cogitandum est dicere: Deus deus meus ad te de luce vigilo. Et quia dominus sic diebus et noctibus tunc precipue laborat, ideo tota illa septimana penosa dicitur, quia per totam illam laboravit, recreando sic per primam mundi hebdomadam operatus est creando. Et quia una septimana solo verbo cuncta creavit, multo labore hac septimana hominem refecit. Ubi Beda: Que verbis precipit dominus suis, confirmat exemplis. Nam qui nos ante repentinum iudicii vel sui adventum aut incertum singulorum mortem imminentem declinans simul et tunc huius vite negligentie ad vigilandum hortatur et orandum. Et ipse impendente sue tempore passionis doctrina vigiliis quoque precibus instat pariter et exemplo insinuans hic esse digne deo vigilare vel dicto vel facto proximis quibusque viam veritatis ondere et eos pro quibus passurus erat vel verbo ad fidem provocare vel pio ordine commendare. Et nos quoque cum instanti presentis seculi fabrice et iuste et pie conversamur inter adversa vero magnis de divine inde celsitudine desperantes diebus perfecto virtute in templo docentes quoque fidelibus operis boni formam prebentes, noctibus vero in monte oliveti orantes, quia in tenebris angustiarum gaudium spiritualis consolatione respiramus, nix cum qui dixit: Ego autem sic oliva fructifera in domo domini speravi in misericordia dei mei, id est sic huius qui mane fructum quibus voluit impendit ei misericordiam a domino esse non ambigo. Et ad nos quoque audiendos eos plus manifestat, cum vel distulit operibus tenebrarum, vel emitte dei gratiam nobile pressimere sicut in die honeste ambulantes, non in comessationibus et ebrietatibus, nos filii lucis imitentur. Hec Beda.

Mane autem revertens in civitatem esuriit. Et videns fici arborem unam secus viam venit ad eam. Et nichil invenit in ea nisi folia tantum. Et ait illi: Nunquam in te fructus nascatur usque in sempiternum. Et arefacta est continuo ficulnea. Et videntes discipuli mirati sunt dicentes: Quomodo continuo aruit. Respondens autem Iesus ait eis: Amen dico vobis, si habueritis fidem et non hesitaveritis, non solum de ficulnea facietis, sed si monti huic dixeritis: Tolle te et ~~mitte~~ iacta te in mare, fiet. Et omnia quecumque petieritis in oratione credentes accipietis.

Hic subditur scda figura reprobacionis iudeorum s arefacto ficus
Circa quam tangunt quatuor primo xpi clemencia 2o iudeorum cul
pa ibi Et nichil invenit 3o reprobacionis eorum sinam ibi Et aut ille
tercio reprobacionis euidencia ibi Et continuo arefacta est Clemen
cia eius ostenditur in revocacione iudeorum qr mane redijt Dicit
ergo mane aut revertens sequenti vz die scz feria scda itm mane
et diluculo exiens ihus a bethania et rediens in urbem esu
rijt scdm suspicionem discipulorum eo qr ad arborem accessit ubi no
more studiosi operatoris dum dr mane revertisse in civitate ut predica
ret et ut aliquos deo patri acquireret Esurijt no qsi ho indigens
cibum carnalem sz qsi deus misertus humana salute Vn ista esu
ries humana no fuit qmq in sero precedenti comederat nec adhuc
hora comedendi erat sz sic maledictio arboris de qua subditur
figurabat maledictionem infructuosi sic ista esuries significabat
desiderium xpi de salute populi Et ideo adhuc mane esurit qr pp
esurit qui iusticiam esurit Et videns arborem fici int Bethphage
et montem oliueti secus viam accessit ad eam et nullum in ea fructum
nisi tm folia inveniens maledixit ei dicens Numqm ex te fructus
nascatur in sempiternum et statim aruit Venit ad ficulneam dns no
ta inveniendi fructus quibus esuriens reficeretur sciebat enim qr in mar
cio tempus ficorum no erat sz credidit propter miraculum ut aplos ad fidem
confirmaret Vn sm Cris maledixit dns ficulnee no qr fructum in
ea no invenit cum no esset tempus ficuum sz discipulorum gra ut cre
derent et ut discerent qr posset eciam iudeos persequentes siccare et in
momento exterminare Ideo neqz in alia planta sz in omni humidissima
hoc fecit miraculum ut et hinc maius appareat hoc miraculum Ad hoc
eciam dns miraculum fecit ut discipulos in fide solidaret qr ut ait Orig
dns passurus in proximo et bajulaturus scandalum crucis voluit discipulo
rum signi anticipacione firmare Sed eciam in signum sinagoge ma
ledicte et arefacte ihus fecit in qua fructus iusticie no invenit
Arbor enim fici e sinagoga propter multitudinem omnes sub uno corti
ce i homines sub una lege propter conformitatem ritus que secus viam erat
qr legem habebat sz no in via qr no credebat in xpm qui e via
ad qm venit per presenciam corporalem et per doctrinam spiritualem et nichil
invenit in ea licz multum quesierat exemplis doctrine et signis et
miraculis nisi folia i verba legis et tradiciones phariseorum absqz vl
lis fructibus Sti enim hnt et folia verborum et flores morum et fructus
operum Per illam eciam arborem virentem foliis et carentem fructibus
pnt intelligi ypocrite et simulati existentes extra viam iusticie et
no iuxta positi per simulacionem virtutum foliis ornati sz a fructu iusti
cie alieni qr exteriorem apparicionem sanctitatis hnt et interius sunt
vacui ab opibus virtutis et infructuosi et ideo a dno maledicti sunt
aridi et humore devocionis privati Vn Cris folia viriditate sunt spec
tinuo sanctitatis [illegible] In hoie
aut sine fructu verba religiosa Cum aut ergo religiosus i arbor
rationabilis profitetur se esse dei et iusticiam no operatur arbor e tm mo
folia hns sine fructu Secus viam et e hic mundus Ambulans enim est
via communis per quam omnes transeunt qui nascuntur Cum autem ergo hic fidelis
i arbor racionabilis hic mundum vivit mediam pl in se fructus iusticie
tene Transeuntes enim et retransfeuntes demones vel ministri eorum
per viam i vagantes per mundum istum exarant eos Sic ergo difficile e
per

Cofolia

Ezech xlvii fructus
eius in cibum et fo
lia in medicinam

arborem iuxta viam positam fructus suos usque ad maturitatem servare
sic difficile est virum fidelem inter illud mundum commorantem in carnis et
in actibus suis iusticiam immaculatam usque ad finem servare Si ergo
fructus iusticie ad finem tenere recede de via et plantare in loco secreto
ut nec mundus tecum aliquid habeat cause quamvis nec tu cum mundo sis Crisostomus
Cum itaque esuriens dominus ficum quesivit aliquid aliud se querere significat
Non enim ficum sed fidem, neque fructus arboris sed fructus operis quesivit Et
hic ergo secundum Bedam patet quod sicut dominus multa dixit in parabolis ita et fecit
Cum ergo in ficu fructum quereret cuius tempus nondum esset quibus homo sciret
et ob id eam eterne sterilitatis maledictione dampnaret Eterna plebem quam docebat verbo tenuit facto, ne quis hinc folia id est verba
iusticie sine fructu operum mereatur eradi et in ignem proici Una que
enim arbor non de foliis non de floribus sed de fructu suo cognoscitur
sic unusquisque homo non de estimatione fame vel sermonis pompa
sed de sui operis testimonio probatur actionum, hec autem maledictio ficus
maxime nobis timenda est quia folia id est verba non vitium virtutum inopia
Iam enim securis ad radicem posita est Nota sicut prophete non solum
verbis sed etiam aliquando facto prophetabant, sicut Ysaias iuit discalceatus
in signum quod populus sic duceretur captivus Ita Christus maledixit ficum
non propter maliciam arboris vel propter defectum eius, quia non erat tempus ficorum, ut dicit Marcus, sed ad signandum quod iudei qui erant sine fructu
bonorum operum erant maledicendi a deo Et continuo arefacta est
ficulnea Sed dicitur quid meruit hec arbor ut fieret sterilis Ad hoc glossa
Non facit creator iniuriam possidenti ut arbori, sed creatura sua utitur
suo arbitrio et ad utilitatem aliorum Nam sterilitas est culpa, maledictio iniusticia, arefactio pena Dicit autem hic Numquam ex te nascatur
fructus scilicet operis meritorii in sempiternum Cum reliquie salve fient ipsa iam
Ad hoc glossa Arescit foliis et fructu caruit, sola radix vivit que in
fine mundi pullulabit, Vel aliter dicit numquam ex te scilicet sic manente in
obstinatione vel numquam ex te scilicet totaliter, quia modice reliquie salve
fient Sed arguitur Marcus dicit Cum non erat tempus ficorum ergo non meruit maledi
ci Ad hoc glossa respondet typice nondum erat tempus salvationis Israel, eo quod plenitudo gentium nondum intrasset, vel quia preterit tempus fidei, qui predicatione
ad gentes transiit Vel ut hic facto creat ne quis hinc folia id est verba habentes
sine fructu mereatur eradi et eterna sterilitate dampnari Et videntes discipuli hic prefigurat gentilis populi conversio ubi ponitur primo discipulorum
admiratio de reprobatione figurali iudeorum, secundo Christi responsio
prefiguratur, in iudeis translatione, conversionem gentium ibi Respondens autem
Iesus dixit ergo sic Et videntes discipuli mirati sunt Crisostomus Eterna quia
inconspectum erat ei prius quod nunc primo ostendit et non in aqua
plata sed in omni habundantissima Vel forte mirati sunt, quia nullum exemplum prefecerat cuiusque in veteri testamento Et ideo pugnare non dicitur
in aliis miraculis miracula quod discipuli mirati sunt Sed quo continuo
aruit scilicet post maledictionem glossa potuit cadere virtute inimicos coercere
nisi per pacientiam eorum expectaret salutem Crisostomus Non quia maledixit
arborem, fructum non dedit, sed quia fructum non dabat, ideo maledixit
Sed Crisostomus ut discas quod propter eos hoc factum est scilicet ut eos ad credendum
erigat, Audi quid deinceps dicat Respondens autem Iesus, hic subditur visio Christi in qua ostenditur commendatio fidei propter virtutem operationis et prefiguratio conversionis populi gentilis, Ad cuius questionem concurrunt duo primo virtus predicationis, Secundo virtus orationis
ibi Et omnia quecumque, predicatio enim utilis est ad movendum libidinem

Non hic factum est feria 3a post palmarum summo mane revertendo ad civitatem
ubi fuisset dominus et discipuli eius ubi maledixit ficulnee viderunt discipuli arborem aridam factam a radicibus id est a fundamento mirati
sunt

De subita arefactione arboris pret
mirum sed quomodo aruit, quia primo domini
maledicente est
flamma ad radicem
directa eius descendit

arbitrium / orō ad grām impetrandā Dicit go ihus aut ihus aut ill
Amē dico vob q. d. nō debetis mirari Si habuitis fidē et nō hesita
ueritis s. vos accepturos quod petitis s. fides .i. pfcta est sine hesitaciō
ne Jacobus po postulet aut in fide nichil hesitans Non solum facietis
de ficulnea q arescat sic ego feci Sz si monti huic dixeritis tolle te
et iacta te in mare et ita fiet De hoc sup xvij dr q hic ad lram
fecit xpi potiri cpus volens suā eccliaz ampliare Sz mistice legitur
hoc ambo et glo dicens q p pdicatōm aplorum xpus qui mons
dictus est a iudeis ablatus est et in mare gentium iactatus Qui
vero Mone appellatur diabolus qui de hominibus ab eis possessis ab
aplis et eorum similibus expellitur et mittitur in mare .i. in totam
ra vel sm glo confusionem suam ab electis amp̄ fremendo se vindi
cat in reprobis Vero latrat con nos gentilium canes asserentes
aplos nō habuisse fidem q montes transferre nō potuerunt quibus
rndemus multa facta esse signa a dno que scripta nō sunt igr
et hec credimus fecisse aplos s. ideo scripta nō esse ne infideli
bus contradicendi maior daret occasio Alioquin interrogemus eos
utrum credant omnibus signis que scripta narrantur an nō et cum incre
dulos videmus consequenter probabimus ut maioribus credituros
fuisse qui minoribus nō crediderunt Sz quare translacio montium
operacio miraculorum attribuitur plus fidei quam aliis virtutibus Ro quia
supponunt compoīm q sunt miracula Ad miracula ergo requiritur
fides vel signum fidei q etsi aliqui mali ad invocatōnem nominis
xpi legunt fecisse miracula ut dcm est sup vij ca Et q nata
e oro cum pdicatione ad quisonem pplo ideo subdit Omnia que
cumque petieritis que ptinet ad salutem in orōne credentes
a nō hesitantes accipietis s. suo tpe Vn glo accipietis et si diffe
rat ad tempus Nō sic dcm sunt supra v° ca orō sic exauditur
qui quis petit pseuerat p se et ad salutem Vn bug Noli vili
pendere orōm q dns nō vilipendit si antequam egrediatur de ore
scribit eam in libro suo Et indubitanter sperare debemus q aut da
bit nobis quod petimus aut quod nouit utilius Hic possunt esse
due dubitaciones Prima utrum in ficulnea vel in aliqua creatura
carente ratione possit esse pctm Scda qr apli semp in eorum
orōne sunt auditi Ad pmam e dicendum q questio est dubia
protinus q pena iuste nō datur nisi p culpa cum igr maledicta
dicta ficulnee sint a xpo et quia maledictione arefacta est nō
videtur q hoc iuste et ronabiliter possit esse sine culpa et sine
iniuria possidente Vn culpa est occidere aialia bruta hominis vel
asinum nisi sit dapnum et iniuria possidenti Ad hec igr videtur
dicens dns Cum aliquid reppererimus factum a xpo in plantis vel in bruti[s]
aialibus nō debemus querere qualiter hic iustum sit sed iuste factum sit
puta qualiter iuste siccata est ficus si tempus ficuum nō erat
q hec querere summe demencie est q in illis nō inueniuntur culpa nec
pena et tamen istius Aug in li iij° de libero arbi assignat
dicens q cum omnia commendare memorie nō possimus hec enim
firmiter teneamus q queuis talis sit voluntate vel appetitu si ei re
sistere nō pt sine culpa redditur q ergo cuncta aiantia carencia
rone eorum impetibus resistere nō valent q aguntur magis quam
agant ideo culpa in eis esse nō poterat et pcius nec pena culpe

du a

Rndens. quare ergo saluator fecit arescere ficulneam ysidorus dicit hec fecisse propter reproborum Iudeorum correptionem, aut enim quod quia christus voluit ondere prouocare per se salutem exemplum potestatem in huius virtute in humanis corporibus excercuit comedans per hec spem futurorum et salute anime cuius prius egritudinem Sed quia voluit ondere contumaces et rebelles forma seueritate spem futurum iudicium dampno arbore indicat Crisostomus dicit, quod hec fecit propter apostolorum instructionem instructi namque fuerunt apostoli in fide per exsiccationem ficulnee. Vt sicut christus exsiccat solo verbo arborem, sic crederent, quod solo poterat excecare eos qui crucifixerunt eum et vt discerent quod ipsi talia et maiora signa facturi erant in fide si non hesitarent. Sed augustinus dicit, quod hec fecit propter iustitiam iudeorum significationem fuerunt iudei fatua ficus, quia in synagoga eorum quam ficus exsiccata significabat, non nisi folia inueniebantur, eo quod dicente apostolo, tota obseruatio eorum erat in cibis et potibus et varijs baptismatibus nichil ad perfectum deducens Ad secundam et tertiam, quod sicut hieronymus canes gentilium contra christianos latrant per hec quod non semper in oratione apostoli fuerunt exauditi asserentes eos non habuisse fidem quia non potuerunt montes transferre vel iactare eos in mare Ad hec igitur ipse rndet quod sicut christus multa signa fecit que non sunt scripta in libro hoc, sic apostoli multa signa fecerunt que scripta non sunt Credendum est ergo vt aut quod montes fecerunt transferri, Sed ideo hec multa alia que fecerunt non sunt scripta Dicamus ergo vt dicit Crisostomus, quod si nos quandoque in oratione non exaudimur hec ideo est vel quia contra auxilium nostre salutis petimus vel quia eorum pro quibus petimus peruersitas ne impetremus obsistit. Vel quia in futurum petitionis nostre differt effectus vt nostra desideria crescant et perfectius cupiamus que requirimus Apostoli ergo, quia nichil quod non oportet petierunt, et ne dentes nigrum semper celestia petierunt ideo semper finem sit petendo exauditi

Et cum venisset in templum Accesserunt ad eum docentem principes sacerdotum et seniores populi dicentes In qua potestate hec facis, et quis dedit tibi hanc potestatem Rndens ihesus dixit eis Interrogabo et ego vos vnum sermonem quem si dixeritis mihi et ego vobis dicam in qua potestate hec facio. Baptismus iohannis vnde erat, ex celo an ex hominibus At illi cogitabant intra se dicentes Si dixerimus ex celo dicet nobis Quare ergo non credidistis illi Si autem dixerimus ex hominibus timemus turbam Omnes habebant iohannem sicut prophetam Et rnderunt ihesu dicentes Nescimus Et ait eis ipse Neque ego dico vobis in qua potestate hec facio

Superius posita est causa reprobacionis iudeorum contemnencium diuinam potestatem, et hec indignatione animi hic iam ondit contempto ex contemptione verbi. Vbi primo ponitur contemptus potestatis christi in verbo temptatorie interrogationis. Secundo subditur eorum confutatio ex rnsione saluatoris, ibi Rndens ihesus ait eis. Dicit ergo Et cum venisset in templum scilicet vt doceret, oraret, et exemplum daret, in suo loco peccare est sacrilegium committere Accesserunt ad eum non vt docerentur cum populo, sed vt docentem caperent in verbo. Docentem, quia in malicia non erat impediendus, principes sacerdotum et seniores populi. Hec ponitur scilicet feria 3a post palmarum

ad ostendendum eorum peccatum et certa malicia istos quippe nequaquam vel minus excusat ignorancia. Dicentes in qua potestate hec facis Intelligunt quasi dicat non dei sed beelzebub. et quis dedit tibi potestatem hanc, quasi dicerent. creata est non increata .i. non propria sed aliena est. Vel si dicit se ipsum ut arrogantem et superbum et sacrilegum invadentem. Glosa. Filium dei negant que non suis sed alienis viribus operari putant. Crisostomus Sacerdotes invidentes ipso diu instanter causam accusandi non invenerunt. tamen cum eum de bonis turbant stimulati invidie ardore Ad hec verba In qua potestate hec facis. dicebant enim sacerdotes apud se. nos fueramus columpne templi. et ecce tota ecclesia super eum recumbit. et ecce solus ille resonat in templo et nos contempti tacemus. Ille filios generat et nos steriles sumus. O invidia que sibi semper est inimica Nam qui invidet sibi facit ignominiam. illi autem cui invidet parat gloriam Item Crisostomus super hoc verbo In qua potestate hec facis Omnis homo secundum se existimat alterum nec potest ipse melius sentire de alio quam de se Ecce fornicator neminem estimat castum Castus non facile de fornicatore suspicatur. Superbus neminem putat humilem. humilis neminem credit superbum. sic qui non est ex deo sacerdos. nullius sacerdotium putat ex deo. Sic illi mali querebant In qua potestate hec facis an in spiritu dei vel in beelzebub. Accesserunt magistri dicentes Dic nobis quia ad officium nostrum pertinet hec inquirere et scire in qua potestate hec facis sive an proprio an aliunde tibi commissa Et quis tibi dedit hanc potestatem ut ista facias. Et dicunt Eius est quod eicis de templo quos vis cum non sis hostiarius et doces non consulentes Conveniunt sed auctoritate ista facit quia auctoritatem eiciendi habebant hostiarii et docendi in templo sacerdotes et legisdoctores adhoc a principibus sacerdotum ordinati seu assignati et non alii. Ipsius autem neutram auctoritatem videbatur habere sed magis usurpare Subintelligunt enim eum operari per diabolum et diabolicum esse quod fecit sicut supra predixerunt quod in beelzebub demonia eicit Quasi vellet dicere Ipsum Crisostomus Tu de sacerdotali familia non es senatus hoc tibi non donat neque cesar In qua ergo potestate hec facis Nisi in beelzebub principe demoniorum hec Crisostomus

Respondens autem Iesus. Hic subditur eorum confutatio. et hoc dupliciter Primo per oppositam interrogationem. 2o per responsionis negationem. Ibi dicit ille. Et ego Respondens autem Ihesus ait illis. Interrogabo vos Vel interrogabo vos et ego unum sermonem Interrogatione oportet docere temptatorem. et non veritatem misteriorum publicare. Sed quare non tradidit illis dominus veritatem Ad hoc est triplex ratio. Primo quia fecisset contra preceptum suum supra .i. Nolite sanctum dare canibus. 2o quia illi indigni erant. quia animo temptandi querebant. 3o quia inutile fuisset. quid prodest si ceco aliqua pulchritudinem quis monstrat. Crisostomus si dixisset michi sive veritatem videndo Et ego dicam vobis in qua potestate hec facio. quasi dicat. interrogate ad temptandum non ad docendum. et ideo vos interrogo ad silendum. Contingens gloria ... tandem non ... poterat confutare eos. Sed interrogat ut vel suo silencio vel sua responsione contemperent Calumnias enim melius interrogatione quam divina revelatione vel responsione ad minuendas ~~dicit~~ dicitur Ille namque est optimus modus vincendi et concludendi contra malignantes quando et sine fine verbis et responsionibus arguuntur per hoc quod ostendit ipsius quod malignantibus quia tales isti erant non sunt dei secreta revelanda sed eorum malicia prudenter est declinanda Baptismus Iohannis. hic fecit quod questio. Quo clamans clamans recte tendit. scilicet Baptismus Iohannis unde erat de celo vel ex hominibus .i. ex dei ordinatione. an ex homini fictione. At illi cogitabant scilicet stupefacti ad interrogationem ... Si repente interroget. quis videbit ei

Nos sumus quasi tacere scriptura(m?) lingua vi... sibi. et ille ecce resonat in medio templi et nos contempti quasi citharis dissipata tacemus Nos sumus frequentes Ille quasi diceret multum vivificavit et ... fecit

Int se vna tradendi s non habebat videntes ex utraque responsione sua confusionem. Nam si dixisset baptismum Jo. de celo i. ex celesti et divina institucione esse, poterat Jhesus timebat quod non credidissent Jo. dicenti ipsum Jhesum de celo venisse et perhibenti ei testimonium de potestate, quoniam non credit Jo. credit utique et Christo, quia Jo. Christo testimonium perhibuit ipsum predicando et dei filium esse indicando quod vellet dicere ille nunc testimonium perhibuit quem contemnitis habere prophetiam de celo et ab illo audistis in qua potestate hec facio, quia ille hec demonstravit testimonium perhibendo. Si autem dixisset de terra i. ex institucione humana periculum mortis incurisset a populo ut tamquam blasfemus esset lapidandus, quia populus qui pro maiori parte baptismum Jo. susceperat eum ex vite et

Intra se dicentes s. videntes suam confusionem. Si dixerimus de celo dicet nobis quare non credidistis illi, glo. qui s. michi testimonium perhibuit, et in qua potestate hec facio monstrat. Si autem dixerimus ex hominibus humana deceptione confictum, timemus turbam, que pro maiori parte eius baptismum susceperat, et ideo timebat lapidari a turba glo. timebat lapidacionem, sed magis veritatis confessionem. Omnes enim habebant Johannem sicut prophetam, et s. ex vita austera, et ex doctrina vera, et ex testimonio Christi ei perhibito supra xi. Et respondentes Jhesu dixerunt Nescimus, se nescire fatentur, sed in zelo et humilitate verbo ei captarent insidias, et sic mentitur. Crisostomus mediantes si non habent quem decipiant, sibi ipsis mentiuntur, sic autem ps. Mentita est iniquitas sibi. Ait illis et ipse neque ego dico vobis in qua potestate hec facio, q. d. non dico vobis quod scio, quia non vultis fatere quod scitis, quare nolebat eis dicere Jo. non interrogabat eum ex devocione, sed ex curiositate vel calumpnia, unde non fecisset in eis fructum, hic habemus documentum ex predicator in predicatione sua, debet semper aliquem fructum facere. Figura in libro numeri x. Moyses fecit fieri tubas que non clangebant nisi quatuor de causis, vel in multitudine congreganda vel propter castra movenda, vel propter bella aggredienda, vel festa celebranda. Sic predicator non debet clangere tuba predicatoris, nisi in multitudine congreganda ad fidem, propter castra movenda quod fit in virtutibus exercendis vel propter bella aggredienda quod fit in temptacionibus reprimendis, vel propter festa celebranda, quod fit in sanctorum virtutibus recitandis. Glo. duabus de causis occultatur veritas vel quia non sunt capaces auditores unde Jo. xvi multa habeo vobis dicere sed non potestis portare modo, vel quia sunt contemptores sicut supra vii. Nolite sanctum dare canibus, sic fuit hic Christo ad scribas et phariseos. Et Za. co. addi pro sed assiduitas predicandi cotidiana enim predicatio vilescit. Hic possunt esse due dubitaciones. Prima utrum baptismus Johannis fuerit institutus a deo vel ab homine. Secunda propter dictum fuit Christum occultare veritatem phariseis quam querebant. Ad primam est dicendum quod de institucione baptismi Johannis a quo fuit contingit dupliciter loqui. Primo a quo auctoritate seu potestate vel imperatione et sic planum quod fuit a deo, quia auctoritate et imperio dei baptisavit. Juxta illud Jo. primo Qui me misit baptisare in aqua ille michi dixit, super quem videris spiritum descendentem et manentem hic est qui baptisat in spiritu sancto. Secundo ministraliter et execucione et sic planum est quod a Johanne institutus est quia secundum Aug. Johannes hoc donum accepit a deo et a Christo quem premodum baptisavit. Ut institueret baptismum aque ad preparacionem baptismi et talis baptismus finis daretur pro auctorem ergo baptismus Johannis fuit a Christo institutus a Johanne. Ad secundam est dicendum quod questio est dubia propter duo. Primo quia ut dicit Aug. super illo verbo ps. Non abscondi misericordiam tuam et veritatem tuam a consilio multo Christus in consilio iudeorum et phariseorum veritatem non abscondit. Unde ipse dixit pilato Ego ad hoc natus sum et ad hoc veni in mundum ut testimonium perhiberem veritati. Secundo quia ut dicit Aug. Christus bis eiecit vendentes et ementes. Primo Joh. ii. Et tunc quando iudei quesierunt quod signum ostendis nobis quod hec facis. Respondit eis dicens Solvite templum hoc et in tribus diebus excitabo illud. Ac si diceret ut glo. exponit, sic templum dedicatum mundis coloribus est deturpatum, sic templum corporis nostri, mundis pollutis manibus dissolutum, tercia die excitabo illud, et hic monstravit se potestatem dei habere. Secundo eiecit vendentes et ementes iam appropinquante passione ut hic xxi. Et tunc iudeis querentibus in qua potestate hoc faceret non respondit quod videtur eis debuisse satisfacere sicut primo habita ergo dubitacione Crisostomus sic solvit. Dicit

Dominus dixit et cetera ex doctrina qua ac Christi testimonio perhibebant sensu et vita a deo missum esse reputabant et propter ea eius et facta a deo esse sentiebant Vnde ait ut ait Beda Scribe hoc sic credidisset in lapidem se casuros timentes si plebis lapidacionem sed magis timentes veritatis confessionem

em q triplex veritas est quibusdam querentibus occultanda Primo si querentes non sunt capaces ad intelligendum, tunc enim magis ducerentur in errorem quam veritatem discerent Secundo si videt quod querentes odio et temptatione veritatem querunt, unde dicit quod interrogantes oportet docere sed temptantes rationabili percussione confundere, non autem veritatem misterii ei publicare Tercio si videt se non proficere, et propter ista tria salvator noluit respondere iudeis in qua potestate hoc faceret Primo quia capaces non erant, tunc enim dicebant, quis tibi dedit hanc potestatem, manifeste negabant dei filium esse christum, ex quo eum putabant sine virtutibus signa facere ut dicit Ieronimus Secundo quia temptatione et odio hanc et temptatione veritatem querebant Tercio quia primam vitam christi eiecit de templo vendentes et ementes querentibus eis veritatem respondit, ex quo ipsi non perceperunt indignos se fecerunt amplius veritatem audire

Quid autem vobis videtur Homo quidam habebat duos filios Et accedens ad primum dixit fili vade hodie operare in vineam meam Ille autem respondens ait nolo Postea autem penitencia motus abiit Accedens autem ad alterum dixit similiter At ille respondens ait eo domine, et non ivit Quis ex duobus fecit voluntatem patris, Dicunt ei, Primus, dicit illis iesus, Amen dico vobis quia publicani et peccatores meretrices precedent vos in regnum dei Venit enim ad vos Iohannes in via iusticie et non credidistis ei, publicani autem et meretrices crediderunt ei, Vos autem videntes nec penitentiam habuistis postea ut crederetis ei

Hic per parabolam istam scribas et phariseos reos et inobedientes probare intendit, et tunc in propria causa ipsos iudices facit dicit ergo Quid autem vobis videtur, Crisostomus ut a nullo mereantur absolvi qui seipsos condempnant, magna est fiducia iusticie ubi causa ipsi adversario committitur, homo quidam i. deus qui dicitur homo, quia homo est ad ymaginem dei factus vel propter humanitatem assumptam, habebat duos filios i. duos populos gentiles scilicet et iudaicum quos diligit sicut primo affectu, Crisostomus, deus cum sit dominus, tamen magis vult diligi ut pater quam timeri ut dominus et propter se per modum patris, Et accedens ad primum, hic subdit modum provocationis utriusque populi, et primo gentilis, 2o iudaici Ibi accedens autem ad alterum, dicit ergo Accedens ad primum, glossa ad gentilem populum qui a noe incepit, frater gentilis secundum communem [illegible] primogenitus meus israel [illegible] gentilis populus primus est tempore quia de noe origine et multiplicatione iudeus vero primus dignitate familiaritate et dei cognitione, dixit sicut invitando in quo significatur impressio legis naturalis in cordibus gentilium, fili vade operari in vineam meam iusticie a tempore hominis scilicet fuit iusticia legis naturalis, que est hec facias alii, quod tibi vis fieri, glossa ex quo homo conditus est legem habuit Quod tibi non vis alteri ne feceris Nonda sunt hic 3 quasi circa opus bonum, videlicet primum intentio recta que notatur ibi fili quia filiali amore non servili timore debemus operari Augustinus Non sicut servi sub lege sed sicut liberi sub gratia constituti, et perseverancia intenta que notatur cum subdit vade operari, Crisostomus Continue per ingenium tuum instanter operare, et tempus opportunitatis que notatur cum addit hodie i. dum [illegible]

pretus vite Io. 9 me enim oportet operari donec dies est, et loci, cogni
tatis que notatur cum sequitur In vineam meam, i. in ecclesiam. Et quan
tum est locus meritorie operandi. locutus est autem ei non in facie ut homo
sed in corde ut deus ingerens intellectui sensibus, quia nunquam deus desistit
homines incitare ad bonum per occultos instinctus. Unde Crisostomus posuit duas
scientias boni et mali in hominibus, et quotienscumque peccamus, ille
insplendens quasi sanum nostrum accusat in consciencia tacite ad animam nostram loquitur
dicens, malum est hoc, et hoc bonum est. Ille autem scilicet primus filius in cogitati
tu superbe rendit Nolo, quia bonum relinquendo et malum eligendo a
parte contraria fuerit. legi enim naturali non obedivit et libero arbitrio
abusus est. Unde Crisostomus Iste non dixit nolo in cogitatu. Cum enim
habuit intellectum boni et mali, relinquet bonum et sequitur malum in co
gitacionibus suis contra deum videtur videre quia nolo, i. contra intellectum suum
creatum sibi a deo. Hec Crisostomus Set postea in adventu salvatoris ad
predicatorum Christi et apostolorum credens primam ducens operatur est in vinea
dei, et seminans gentilitatem labore correxit, quia summo deo colla
subiungit et nunc cultu fidei deo summo placet. Ipse quod dicit Ille autem
scilicet populus gentilis Primus autem Nolo. Intelli. superbe rendet cum bonum omit
tit et malum eligit, legem naturalem relinquit et libero arbitrio abusus
est. Postea autem scilicet in adventu Christi primam motus abiit in primam dei
de gentibus ad vitam. Abiit in vineam scilicet opera iusticie operando.
Accedens autem ad alterum, hec sunt sub figura Pharisaico populo iudaico
ubi pater designat legem datio domino impletione promisso et parte
populi iudaici. Ibi At ille. Unde Tercio contemptus obmissionem et apo
stasia incredulitate in adventu Christi ibi Et non ivit, Ut. Accedens
cedens autem ad alterum scilicet ad populum iudaicum, qui peior erat ge
neratione, qui incepit ab Abraham dixit similiter, qui legem dedit
moysi dedit? At ille respondens scilicet deo in persona moysi ait Eo domine
Exod. tam dixerunt moysi Omnia quecumque locutus est deus faciemus
Et non ivit Io. vii. Nonne moyses dedit vobis legem et nemo ex vo
bis facit legem hec dicit Eccles. v. Si quid vovisti deo ne moreris
reddere. Et Prover. xxv Nubes et venti et pluvie non sequentes, vir glo
riosus promissa non complens. Et sicut Crisostomus cum eius est apud deum non pro
mittere et facere quam non facere et promittere. Unde Rabbi docuerunt linguas
suas loqui grandia cum opera exigua. largissimi promissores
sed parcissimi redditores. Homo ex duobus, hec sub figura interrogatio
iudeorum prodiit ad hanc parabolam eos interrogando ut per ea insi
nue illos in impietate et ira et pro iudicio condempnare. Quis
tum de duobus filiis predictis fecit voluntatem patris? Dicunt
ei primus. Non intelligentes de ipsis dictam parabolam et nescientes
Unde intelli. vt suo iudicio condempnet iudicium ex confessione quia in confessione
exprimebat condempnationem suam intulit et ex confessione ipsa eos confutat
confirmans prelata ab ipsis sententiam, et dicens Amen dico vobis Quia
publicani ut Matheus sup. 9. et meretrices ut Maria Magdalena
scilicet non qui tales sunt sed qui fuerunt precedent vos in regnum dei, i. ecclesiam
militantem per fidem et primus et in triumphantem per gloriam vos ex de
relictum per infidelitatem. Primus enim filius quia fecit voluntatem patris
dignus est misericordia, secundus quia neglexit dignus est increpacione et pena
q. d. Non solum gentiles meliores sunt vobis iudeis fide et ipsi iudi
castis. sed etiam pessimi de gentibus scilicet publicani et meretrices qui
invenimus sunt manifeste turpissime vite. erunt maioris meriti
apud deum quam vos quia melius est non promittere facere iusticiam dei

qui promittit et mentitur Et sic secundo. Simulata sanctitas duplex est iniqui-
tas Et hoc vicium potissime vigebat in sacerdotibus et levitis legis
sicut eciam patet supra parabola ista ad eos qui nichil aut modi-
cum promittunt operibus aut ostendunt. Et tamen eos qui magna promittunt
nichil aut vel parum sicut suam promissionem agunt Nam hodie heu
ecce sacerdotes non solum legis scripte sed eciam lege naturalis iusti-
ciam derelinquunt Et ideo non magna cum filio primo sed posterius pena
cum filio secundo digni Ubi Crisostomus puto quod ex persona omnium virorum
peccatorum et ex persona omnium mulierum meretricum meretrices intelligunt
Homines enim multa sunt peccata in viris et mulieribus Sed ista sunt pre-
cipue avaricia in viris habundat, fornicacio autem in mulieribus
quia enim que in domo sua sedet inclusa facilem potest forni-
cacionis incurrit quia hoc vicium facile ex vacacia et ocio nascitur
Nam qui solitudinibus cum hiis occupatur non facile fornica-
cioni operam dat Nam diffinicio amoris ... hoc est dicere vacantis
passio Vir autem qui in actibus rerum diversarum assidue in ava-
ricie peccatum incurrit, in fornicacionem autem non facile nisi forte mun-
dus sit lascivus Nam occupacio variarum sollicitudinum suggestionem
voluptatis plerumque excludit Unde Ieronimus de adolescencia [illegible]
agentium hec ille Deinde subdit enim reprobacionem iudeorum
que est contemptus credendi, quod aggravat et sanctitas Iohannis et con-
versionis peccatorum, quia publicani et meretrices Iohanni credentibus
et ad penitenciam eius primam agentibus ipsi non crediderunt Iohanni
doctrinam eius audiendo et opera eius imitando Subdit ergo
Venit enim ad vos scilicet contendentes et superbos Iohannes scilicet baptista in via
iusticie, quia in via mandatorum dei ambulabat Item quia viam iu-
sticie et primam predicabat super quo dicit quod Christum enunciabat qui est
iusticia sempiterna ut habetur Danielis, Sed non credidistis ei
opera eius imitando, et non solum hoc non fecistis sed nec post publicanos
et meretrices credentes et penitentes vidistis confusi sunt, ut conpuncti
deberetis credere vel aliorum exemplum sequi quibus ipsi exemplum esse debe-
batis. Et quo sensus aggravacio peccati ipsorum quia nec precedere neque sequi
alios in fide et penitencia voluistis Et ideo subdit Vos autem videntes
scilicet viam iusticie quam predicabat verbo quam ostendebat exemplo et
similiter vos videntes scilicet via prime scilicet tamen publicanos et meretrices
et vel in magnis peccatoribus nec penitenciam habuistis postea scilicet imitando
eos ut crederetis ei scilicet Iohanni Nota peccator quantumque magnus si
penitere voluerit deus eius penitenciam suscipit Unde Crisostomus dicit Caritas
si ad summum quis pervenit malorum et inde velit reverti su-
scipit libenter et amplectitur eum. Est tamen sciendum quod duplex est penitencia
propter timorem vel propter aliquod incomodum corporale et illa non est
fructuosa quia illa est sola naturalis quia homo naturaliter diligit se, sic pe-
nituit Antiochus 2 Machabeorum 9. Et sic penitent dampnati in
inferno Sapientie 5. Alia est penitencia propter timorem maiestatis divine
et amorem iusticie et illa est salutifera ... nullus penitet, quum in-
penitet a deo penitenciam et graciam quia illa non est sine gracia gratum facien-
te vel sine gracia gratis data disponente ad graciam gratum facientem
Hic ponuntur due dubitaciones prima si per duos filios clerici et
laici intelliguntur Secunda utrum Iohannes venit ad iudeos in via iusticie
Ad primam dicendum quod secundum Crisostomum super hunc locum per istos duos fili-
os intelliguntur clerici vel laici vel seculares Nam per primum filium
qui venit facere voluntatem patris et postea fecit intelliguntur seculares

Per secundum vero filium qui dixit voluntatem patris facere et non fecit in-
telliguntur clerici. Non enim prius populus quam sacerdotes creati sunt sed sacerdo-
tes propter populum. Denique populus dei a tempore Abrahe cepit, sacerdo-
tes vero a tempore Aaron. Quare peccatum ut ait Crisostomus est peccato laicorum
gravius et periculosius et communius et utilius universalius. Clerici quidem
qui secularem corpore quod secularem vitam susceperunt deum negare vi-
dentur et veniunt facere voluntatem dei et obedire sibi. Clerici vero
corpore quod rectores aliorum constituuntur et ministri sacramentorum efficiuntur
dei obediunt promittunt ~~...~~ Nam qui doctor populi constituitur
sine dubio profitetur palam se fore qualem oportet esse doctorem. Sacer-
dos et omnis clericus et si specialiter non promittat tamen per hoc ipsum quod doctor
constituitur aliorum tacite promittere deo videtur in omnibus obedi-
turum se deo. Et melior est laicus qui in forma facta secularem profitetur
vitam, tenens autem studet spiritualem, quam sacerdos qui in forma quidem
facta profitetur vitam spiritualem, tenens autem completam vitam carnalem.
Et melior est laicus ... primam agens quam clericus permanens ...
laicus aliquis in die iudicii stolam sacerdotalem accipiet, ideo ...
mate se ungimur omnes in sacerdotio, sacerdos autem ... spoliatus
sacerdocii dignitate, quod habuit, erit inter infideles et ypocritas
propter quod eis dicitur publicani et meretrices precedent vos in regno dei.
Ac si diceret, matrimonio copulati qui secundum verbum ... vitam eorum disper-
sant, vincant publicanum et meretrices que desiderant carnalibus
et voluptatibus ... precedent vos in regno dei, quia
ipsi continentiam non promiserunt, vos autem ... denegatis quod vide-
mini voce profiteri. Est igitur peccatum clericorum gravius peccato laicorum secundo
et periculosius, quia ut dicit Crisostomus ... facilius post peccatum ad peni-
tenciam veniunt, quia occupati negotiis secularibus ... scripture non satis
incidunt, semper enim que in scriptura posita sunt nova et videntur. Ideo
dum audit aliquis de gloria ... de pena dampnatorum quasi novum au-
diens expavescit malum et cupiscit bonum. Ac per hoc quasi ... statim ad
penitenciam currit. Nichil autem impiis quam illum corrigere qui scit omnia et tamen co-
tempnens bonum diligit malum. Omnia enim que sunt in scripturis propter medi-
tacionem quotidianam ante oculos eius inveterata et ... vilia efficiuntur.
Nam et quamvis terribile est usu vilescit propterea clericus qui semper meditatur
scripturas aut omnino obstinatus est et erit perfectus aut si semel cepit il-
las contempnere numquam excitatur ... ut timeat. Quando aliquid videt cleri-
cus alio penitenciam agentem et se despiciens ... non ideo dolet
quia peccavit sed confunditur quia perdidit ... suam putas ne quod deus
crudelis ... clericus penitenciam denegat dicens: Si sal infatuatum
fuerit in quo salietur sed quasi vile et consideratur, quia non est qui doceat
at illum errantem qui errantes alios corrigebat. Ideo non dicit secula-
res qui secundum verbum ... vitam suam dispensant sed publicanum et mere-
trices qui desiderant mundialibus et voluptatibus carnalibus ... ma-
trimonii precedent illos in regno dei, quia illi quasi ... esse quod
erant. Vos denegatis in opere quod videmini profiteri in verbo ...
folia sine fructu habetis non pascetis dum ... deludentes ...
Crisostomus tercio est gravius et universalius, quia plures inficit et plures trahit
ad peccatum. Unde dicit Crisostomus super ... eiecit vendentes et ementes de templo
quia sicut de templo omne bonum egreditur ita de templo omne malum procedit.
Quia si clerici fuerint boni et sacerdotium integrum fuerit tota ecclesia floribunda
si vero clerici fuerint mali et sacerdotium corruptum fuerit omnium fides marci-
da erit. Nam sicut cum videmus arborem pallentibus foliis intelligimus
statim quod vicium est in radice, sic et cum videris populum indisciplina-
natum et ... cognosce quod sacerdotium eius non est sanum. Per primum
ergo filium ~~...~~ intelligi qui primo venit patris preceptum sed postea fecit

significatur predicatores qui male viuendo deo seruire negant sed per
ea penitentes velut opere per secundum vero filium qui voluntatem
patris facere promisit et non fecit signantur illi qui opera virtuosa promit-
tunt sed non faciunt, de quibus sunt multi religiosi professores seruare
magna scilicet castitatem obedientiam et paupertatem et tamen ea non obseruant precepta. propter
quod sequitur quod peccatores sed per ea penitentes sunt coram domino
promittentes. vnde dicit quod publicani et meretrices precedent vos in regnum dei. nullus
ergo peccator diffidat vllus iustus presumat. vnde peccatores per penitentiam quandoque
alios in regnum dei precedunt. Ad secundum eum dominum quod sic Crisostomus dicit super
hunc passum Iohannes venit ad iudeos in via iustitie triplici modo. primo
mo viam iustitie principaliter demonstrando scilicet christum qui est via veritas et vita quem
digito demonstrauit dicens Ioh. 1o Ecce agnus dei ecce qui tollit peccata mundi.
Secundo viam iustitie ministerialiter implendo quia per eum tanquam per ministerium
christus impleuit iustitiam. vnde super illo verbo Mt. iij Sine modo sic enim oportet
implere omnem iustitiam dicit Remigius Et superbi omne exemplum humilitatis
et iustitie discere poterunt cum videant christum a Iohanne baptizatum et de-
dignari non debent baptizari et subici humilibus membris ecclesie cum videret
deum ab homine deum a seruo baptizatum Tertio ad viam iustitie homines
preparando. vnde cum quereretur a sacerdotibus et leuitis Ioh. 1 quis esset. Respondit
Ego vox clamantis in deserto dirigite viam domini Luc. iij. Et postea ibi erunt prava
fieri plana et prava et distorta fieri recta. Quarto viam iustitie verbo
predicando. Et ita Iohannes in deserto predicans et verbum penitentie in remissionem
peccatorum ut dicitur Mr. 1. et Ioh. v. scribitur quod erat Iohannes lucerna ardens
et lucens ante deum Et Iudei voluerunt ad horam exultare in luce eius.
Quinto in via iustitie exemplariter viuendo. vnde Crisostomus super hunc locum venit
Iohannes baptista in via iustitie. dicit quod in via iustitie sic manifeste venit
vel Iohannes ut conuersatio eius venerabilis pro tota gente multi quod
publicani et meretrices crediderunt ei In quo ut dicit considerare debemus
quid conuersatio bona predicatoris super predicationem prestat virtutis, ut in Do-
minica Domet torque.

**Aliam parabolam audite. Homo erat paterfamili-
as qui plantauit vineam et sepem circumdedit ei
et fodit in ea torcular. et edificauit turrim et locauit
eam agricolis et peregre profectus est** Videmus in naturalibus
sic esse inter dominos et seruos quod domini res suas committunt seruis ut
istis bene operantibus in eis et domino fructus debitus reddatur et seruus sua
portio reseruetur Ita tamen quod si serui domini rei perueriter maliciose tunc tempore
in tempore et in re commissa praue se habeant tunc secundum culpe demeritum pu-
niri debent. et res commissa auferri Aliqua igitur conditiones requiruntur
ex parte domini rem committentis. aliqua ex parte serui commissionem
rei recipientis Aliqua ex parte iustitie seruantis obstrinxerunt considerate
Et hunc ordinem ponit presens parabola inter deum et sinagogam obseruatum
primo ponitur conditiones diuine bonitatis gratiam infundentis seu be-
neficia conferentis Secundo conditiones iudaice prauitatis gratiam et beneficiis
abutentis agricole et tertio conditiones diuine equitatis iuste pro me-
ritis retribuentis cum veniet et Circa ad primum primo ponitur domini
prouidentia in edificando homo quidem Secundo benignitas gratie
conferendo. locauit eam tertio diligentia in fructu exigendo. Cum
autem tempus Circa ad secundum primo ponit malitiam contra iudeos primos
dei 2o contra iudeos secundos dei. Tertio vnigenitum filium dei tertio
Circa ad tertium primo exigitur confessio malis iudeorum Quid faciet
Secundo allegatur scriptura prophetalis nunquam legistis. Tertio
retorquetur super eos sententia de celo iudicii Auferetur [illegible] dicit ergo hoc

quondam erat. Solent arbores infructuose et steriles eradicari fructuose
que et uberes substitui. Sed quia iudea sterilis erat fructum vite non proferens
ideo erat euellenda et reprobanda. Gentilitas vero in qua deus futuram
preuidit fecunditatem eligenda et plantanda. Utramque quidem reprobacionem
iudeorum gentiliumque eleccionem dominus in presenti ewangelii parabola declarat
homo quidam erat paterfamilias. Homo iste deus omnipotens est qui homines
in mundo sicut dominus familias suos in domo sua possidet qui dicitur homo nomine
non natura similitudine non veritate. Hic homo plantauit vineam etc. Et per
vineam sinagoga iudeorum intelligitur ysa. 5o Vinea domini sabbaoth do-
mus israhel est. Huic vinee deus pater dominus tocius creature multa exhi-
buit beneficia que hic sub parabola ewangelica enumerantur. Primo enim tan-
gitur beneficium educcionis de Egipto et hoc in plantacione, 2o protectionis
angelice in sepis circumdacione, 3o dacionis legis in torcularis fossione
4to predicacionis in cultu religionis et hoc in turris edificacione, 5to eru-
dicionis per doctores in agricolarum descripcione. Primum pertinet ad bonam colla-
cionem, 2m ad bonam conseruacionem 3m ad bonam cognicionem, 4tum ad bonam
perfeccionem, 5tum ad bonam multiplicacionem. De primo dicitur plantauit vineam
Et hic tripliciter. Primo creando Jere. 2. Ego te plantaui vineam meam
electam. Et ysa. 5. Vinea facta est dilecto meo id est filio meo in cornu olei
id est in plenitudine graciarum, 2o multiplicando Jere 12 plantasti eos et radi-
cem miserunt, 3o de Egipto in terram promissionis transferendo ps. Vine-
am de Egipto transtulisti etc. De 2o autem subiungit dominus. Et sepem circum-
dedit ei id est multiplicem custodiam seu proteccionem. Primo custodia ange-
licam ysa 62 Super muros tuos ierusalem constitui custodes. Et ps. Angelis
suis deus mandauit de te. Secundo circumdedit iudeos humana custodia
id est proteccione bellicosorum virorum ut dd regum et machabeorum Unde 1 mach.
3. dicitur machabeus protegebat castra israhel. 3o circumdedit eos munitione
murorum et forcium ciuitatum Unde ps. preuidens hanc munitorum destruc-
cionem dicit Ut quid destruxisti maceriam eius. De 3o beneficio id est legis dacione
dicitur Et fodit in ea torcular. Torcular erat lex dei que timore iudeos com-
primebat. et hic tripliciter. Primo signis Exod. xix hec dices domui iacob
et annunciabis filiis israhel Vos ipsi vidistis que fecerim Egipciis id est in signis
et prodigiis Si ergo audieritis vocem meam et custodieritis pactum meum
eritis mihi in peculium de cunctis populis et in regnum sacerdotale et gens sancta
Ecce quomodo signis propter iudeos factis lex domini eos ad obediendum sicut tor-
cular comprimebat. 2o minis Exod. xx Dixit moyses ad populum nolite time-
re ut enim probaret vos venit deus et ut terror illius esset in vobis ut non pecca-
retis Ecce quomodo minis et terrore sicut in torculari primebantur ut legem dei
seruarent. Tercio promissionibus ysa 1. Si volueritis et audieritis me bona
terre comedetis. Ecce quomodo promissis primebatur. De 4to id est religionis
institucione subiungit dominus Et edificauit turrim in medio eius. Turris
templum dicitur Primo propter altitudinem edificii, 2o propter securitatem refugii
3o propter dignitatem priuilegii respectu aliarum nacionum. De hac michee
4 Et tu turris gregis nebulosa filie syon. Turris dicitur propter munitionem, Gregis
dicitur propter populi multitudinem, Nebulosa dicitur propter altitudinem. De altitudine
habetur 3 Re. 6 domus quam edificauit rex salomon domino habebat 30 cu-
bitos in altitudine. De securitate refugii 3 Re. 9 Postquam salomon comple-
uerat oracionem suam apparuit ei dominus dicens ei Exaudiui oracionem tuam et peticionem
tuam seu deprecacionem qua deprecatus es coram me. De dignitate priuilegii
dicitur ibidem Sanctificaui domum hanc ut ponerem nomen meum ibi in sempiternum
et erunt oculi mei et cor meum ibi cunctis diebus. Hec turris munimentum
erat iudeorum. Et ideo turris gregis dicebatur. Nunc autem nebulosa est
et hoc propter iudeorum cecitatem Sap. 2. Excecauit eos malicia eorum
et nescierunt sacramenta dei neque sperauerunt mercedem iusticie. Vel
nebulosa dicitur propter figuralium victimarum multitudinem que in templo primo

labant. sub quibus veritas velud sol sub nebula delitescebat. omnia
enim in figura contingebat illis Vel turris scriptura prophetalis dici po
terit per quam omnis impulsus errorum fugari poterat Canticorum 4 Turris
david edificata est cum propugnaculis mille clipei pendent ex ea omnis
armatura fortium Prouerbiorum 18 Turris fortissima nomen domini i. verbum dei
De quinto scilicet eruditionis dicit Et locauit eam agricolis i. scribis et principibus
iudeorum quibus deus urbem templum et uniuersam plebem tradidit guber
nandam de quibus agricolis dicitur Matthei 20 misit operarios in vineam suam
ut vitia tamquam spinas extirparent de cordibus subditorum que vites
dum et insererent virtutes quasi bona semina Cum enim coloni sunt
sacerdotes populum quasi vineam cum acutissimo ferro sermonis circumfigentes
facientes quod enim bonos fructus iusticie exhibeant Sicut enim duram terram fur
emolit sic et verbum dei duriciam cordis relaxat Et sic rastro ferrato her
be nociue radicitus euelluntur a vinea sic et acri sermone vicia de po
pulo resecantur Et sic coloni quamuis de suo opere obtulerint domino munera
non tamen enim sic placat quemadmodum si redditus ei obtulerint de ipsius vinea
Sic et sacerdos rector vel prelatus non tantum propter suam iusticiam deo placet
sed etiam si populum dei in sanctitate docuerint Unde ergo multa beneficia
synagoge iudeorum exhibita scilicet collacionem bonorum in plantacione a
maritudinem malorum in defensione instructionem morum in legislatione co
gnicionem agendorum in virtutis institucione exercitacionem bonorum in locacione
cum quibus addidit libertatem operandorum que notatur in domini profectione
de qua subditur Et peregre profectus est Non mutando locum cum ubique sit
presens sed relinquens eis liberum arbitrium operandi probare volens utrum
fructum operare velint in vinea Unde ergo dicit dominus ysa 5 Quid est quod
debui ultra facere vinee mee et non feci Homo quidam plantauit etc.
In predicto evangelio exhortamur ad culturam cuiusdam vinee per quod dominus mora
liter ostendit naturam condicionem nostram exercitacionem et nostram remuneracionem
Condicio refertur ad naturam exercitacio ad graciam remuneracio ad gloriam et
hoc bene operantium sed male operantium ad ignominiam et penam primum sub
metaphora vinee 2m sub racione operacionis ubi dicit Et locauit eam
agricolis 3m sub racione mercedis ibi malos male perdet Anima ergo
christiana vinea est ysa 5 vinea domini exercituum israel est Cant ult vinea fuit
pacifico scilicet ecclesia que habet populos multos Et tradidit eam custodibus pacificus
christus cuius vinea est quelibet fidelis anima ecclesia ex diuersis populis totius orbis
congregata Christus tradat custodibus non exponat vastatoribus non negli
gentibus non fugientibus Anima vere pacifica non tradit hanc vineam custodi
endam eis quos introducit contentio litigiosa Nec eis quos trahit ambi
cio prava Nec eis quos promouet symonia Anima tales non exhibent se cul
tores opere nec custodes sollicitudine Cant 1 posuerunt me custodem in vineis
vineam meam non custodiui Anima ergo est vitis Anima statuta est similis
per humilitatem eminenciam fami flexibilis per pietatem maturos flores nobilis per boni
operis habundanciam De quo Iudicum 20 Ite et latitate in vineis quasi verus pe
nitens latet in sua consciencia Iohannis 17 Ego sum vitis vera dicit christus qui humi
litate continebat omnia creata Anima vinee umbra aptior est ad quie
scendum 1 Machabeorum 14 letatus est israel leticia magna et sedit unusquisque
sub vite sua Sarmenta ad calefaciendum racemi ad degustandum vinum
ad inebriandum hec est illa vinea de cuius vino inebriatus est Noe
Gen 9 omnia obliuiscens ad instar ebrii De 2o quia licet hec vinea hi
gens tamen de facili ad terram flectitur Leviticus 27 Sex annis putabis vineam
tuam colligesque fructus eius Sed anno septimo sabbatum erit terre requie
cionis domini Anima toto tempore vite nostre quod voluntur sex diebus operabilibus
vacando est sex operibus misericordie Et in sabbato hoc est in requie morte
colliget fructus pietatis Unde de vinea quam plantauit dominus dicitur quod extendit
palmites suos usque ad mare et usque ad flumen propagines eius Anima una propaga
da est extra usque ad eas quam usque ad eos qui nobis ingerunt accidentes

et etiam usque ad eos qui defluunt per libidinem De 20 ca. ce Ego
quasi vitis fructificaui ec Cant. 2 vinee florentes ec odor vinee opi
mo bone fame qui odor serpentes fugare d. q. prima facit cessa
re vnde illis qui ostendunt mala exempla que sunt in aliis
detrimenta et mala fama d. Cant. 2 Capite nobis vulpeculas ec
vulpes est nomen fetidum et nomen malum De quinto ysa 37 plantate
vineas et comedite fructum earum Mich. 7 Non erit sterilis vinea in
agro Quinto vinea enim que sterilis est pre omnibus aliis inmorsus est vtili
tatis Ezech. 17 Numquid fiet de lignis vitis et omnibus lignis ne
morum que sunt inter ligna siluarum nunquam tolletur ex ea lin
gnum ut fiat opus aut fabricabitur ex ea paxillus ut dependeat
in eo quodcumque vas ecce igni datum est in escam hec est vinea
in qua ficus plantata est Luc. 13 Et quia non fructificat dictum
est succide illam ut quid terram occupat habes ergo in vinee
condicione humilitatem et pietatem formositatem et fecunditatem
De hac d. dominus homo quidam scilicet deus pater qui homo d. propter hominis
amorem et familiaritatem prouerbiorum 8 delicie mee ec et est consimilis
modus loquendi quo amatare religiosorum religiosum indicamus
dicat aut confamilias qui possidet creaturas suas sicut dominus fa
pylatus perdere terrenum regnum quam facere contra suam conscientiam. fuit similiter
motiuum cupiditatis ex parte principum sacerdotum qui christum dignum morte
iudicauerunt. quia ut dicit Crisostomus super hunc passum hic est heres venite occidamus
eum. propterea eiciat vendentes et ementes de templo. cogitauerunt inter se. quare
est ut per istum populus dimittat consuetudinem hostiarum que ad nostrum perti-
net lucrum. et assuescat offerre sacrificium iusticie quod ad gloriam pertinet
dei. et sic populus iste iam non erit hereditas nostra et possessio nostra sed dei
si igitur occidemus eum deus non erit qui fructum iusticie a populo requirat
semper manebit consuetudo offerendarum hostiarum. et sic populus iste erit
nostra possessio et nostra hereditas. et talis cogitacio inter aut est omnium sacerdo-
tum carnalium. qui non sunt solliciti quo populus viuat sine peccato sed solum
aspirant quid in ecclesia offeratur. et hoc extimant sum sacerdotium lucrum Sci-
endum ergo secundum Augustinum super Gen. quod ex cupiditate ut est inordinatus ap-
petitus cuiuslibet boni non solum pecunie sed propter excellencie honoris ne-
bilitatis nascitur inuidia. quia per talem cupiditatem que dicit inordinatum
appetitum proprie excellentie homo inuidet superioribus. eo quod eis non equatur infe-
rioribus ne eis equentur. et equalibus quod sibi equantur. quia ergo quicumque cupidus
est inuidus est Ideo si motiuum occidentium christum fuit cupiditas sequitur
quod fuit inuidia Ideo doctores et sacra scriptura quando narrant tale motiuum
fuisse inuidiam et quandoque cupiditatem. Ad tercium dicendum quod condempnatem
seipsum posse ab alio absolui potest tripliciter intelligi Primo propter indul-
gentie diffidenciam Secundo propter confessionis penitenciam Tercio propter iudiciarie
sentenciam Primo condempnantes seipsos diffidentes se posse consequi a deo
indulgenciam non possunt absolui. quia deus non absoluit hominem ipso nolente
et negante eius veniam. secundum quem modum cayn condempnat seipsum dicens maior
est iniquitas mea quam ut veniam merear. et iudas qui christum tradidit
Secundo modo contrario condempnantes seipsos apud sacerdotes confitendo eorum peccata
et penitendo et de eis satisfaciendo secundum arbitrium sacerdotis merentur
a deo absolui et non iudicari nec puniri eternaliter a deo secundum quem modum

loquitur Apostolus ad Cor. xj dicens Si nosmetipsos iudicaremus, puniendo se
et confitendo peccata nostra non vtique iudicaremur. Sed 3o modo secundum Cris. super
hunc locum quando causa committitur reo si tamen iudiciaria sententia condempnat iuste
puniri et absolui ab alio non meretur. Vnde saluator quos phariseos vbi
ob proposuit in causa in parabola vt non intelligerent quod ipsi aduersus se sentenciam
darent iudices pereunt dicens Cum venerit dominus vinee quid faciet agrico
lis illis. Et hoc ideo vt dicit Cris. vt a nullo mereantur absolui qui seipsos
condempnauerunt dicentes Malos male perdet et vineam suam locabit ali
is agricolis. Est enim magna fiducia iusticie vt aut qui ipso aduersari
o causa committitur. Sic Nathan propheta de homine diuite preparate sibi in
conuiuio oniculam pauperis. conuicit Dauid quem reum esse sciebat eo quod
Bersabee ab Vria acceperat et ipsum occidi fecerat. Secundum tamen Augustinum
Non omnes dederunt contra se talem sententiam sed aliqui dixerunt quod Lucas
narrat. absit domine aliqui dixerunt quod et dicit. Crisostomus vero Cris. vero
omnes dixerunt quod dicit Lucas Absit domine corde vero dixerunt quod et Matheus

Et respondens ihesus dixit iterum in parabolis
eis dicens Simile factum est regnum celorum homi
ni regi qui fecit nupcias filio suo Et misit ser
uos suos vocare inuitatos ad nupcias et no
lebant venire Iterum misit alios seruos dicens dicite
inuitatis Ecce prandium meum paraui. thauri mei et al
tilia occisa sunt et omnia sunt parata venite ad nupcias
Illi autem neglexerunt. et abierunt alius in villam suam
alius vero ad negociacionem. Reliqui vero tenuerunt ser
uos eius et contumelia affectos occiderunt Capitulum
xxii In precedenti parabola ondit reprobandam perfidiam iudeorum in
petracione necis xpi. hic idem ondit in perpetracione necis di
scipulorum xpi. Et ad hoc introducitur parabola Et quia maiores in
deorum intelligentes de se dici parabolas. querebant dominum tene
re et occidere. hominem eorum sciens voluntatem iudeorum interpre
semper tacens, nec timore superatur, quoniam arguat perderet. hic
hec argumentis quod si predicacio tua non fuerit efficiax effectuaua
igitur desistas a predicacione et redarguicione magis sed spes et
ibi de eorum quibus predicas correctione. Econtra igitur ondetur quod
Regnum auferetur ab eis. et dabitur genti facienti fructus eius. Id
circo subiungit parabolam de inuitatis ad nupcias Regis quas
fecit filio suo. quorum quidam venire neglexerunt. quidam vero
seruos missos contumeliis affectos occiderunt. et de aliis bo
nis et malis vocatis qui venerunt et ad nupcias intraue
runt hanc parabolam inducit. vt dei longanimitatem et pacienciam
multam ad iudeos ondat. quos prestitis honorauit. et post ad
nupcias filii sui vocauit. cum carnem nostram et ecclesiam despon
sauit. et vt reprobacionem iudeorum et vocacionem gencium demonstraret
Econtra. n. iudei ad fidem vocati venire noluerunt. merito ipsis re
probatis alii introducti sunt. et implete sunt nupcie discumbenti
um, quia fides katholica diffusa est in orbem vniuersum Et diuiditur
in duas. In primo ondit clemenciam diuine maiestatis seu cari
tatis in nupciarum celebracione et iterata multiplici inuitacione,
Secundo negligenciam humane salutis que extenditur in negociorum
mundi multipharia accione ibi Illi autem neglexerunt 3o iusticiam
diuine equitatis in iudeorum reprobacione et gencium vocacione ibi

Rex aut eu audisset . Scdo sententia venabilis severitate in
malorum yniancez finali condepnatione ibi iutrauit aut rex ut
go . Et videns ihs Glo obmas pne cogitatom eorum de morte
sua . qz querebat eu tenere . dixit itm in parabol eis dicens ppter
dno xpus in suis sermonibz parabolis utebat . primo ppt gpli
faciliorem instructorem . qz ut dt phs . Nichil possumus sine fanta
smate intelligere et sine ymaginatone sensibili vere . ppt qd
ipe dt Cum caret vno sensu caret vna scia sic cecus no ht sci
enciam de coloribz . et ideo pplus audiens xpm pdicatez exempla
et parabolas ponetez . facilius intelligebat . Scdo qm talibz parabol
xpus occulte tangebat iudeos z ondebat qz ppt malicia nde
ssisent magis in eu et accelerasset occide . sic pz in multis
· et sup de locatone vinee z agricolis . Simile e regnu celo
~~pns et militans que dicit regnu celorum~~ Tercio ut status eccle militante que dr Regnu celorum ppt quinque primo qz sic deus habitat
in celo per glam . ita habitat in ecclia per gram . dicit xpm Ecce ego
vobiscum sum usqz ad consumatom seculi Scdo qz sic celum est ele
uatu a terra . ita ecclia militans p contemptum mundanorum sine terre
norum philipp 3° Nra conversacio in celis est Tercio qz sic in celo
sunt corpa magis z mi9 clara . et vnu illuiat aliud . ita in ecclia
dei vnus est maioris meriti qm alius . et vnus illuiat aliud . Et
quidam sunt illuminantes et quida illuiati Et quida magis lucet
et quida mi9 Dan 12 Qui docti fuerint eruut sic splendor fir
mamenti . Ecce mi9 lucetes . et qui ad iusticiam eru mlt qsi stelle in
ppetuas eternitates . et ecce magis lucentes . Quarto qz sic omis vtus
corpalis procedit a deo in hec inferiora p celum et corpa celestia
Ita omis virtus diuina procedit a deo p eccliam militantem in omes
homines dicit v . Vos estis lux mundi Joh xx Accipite spm sanctum
quorum remiseritis pcca z Et quorum retinueritis z hec igitur ecclia
militans in omes homines silis est regi et negotium eccie sile e tali
negocio quod sunt vel esse potuisset . Homini regi . negocio qd po
tuit fieri p homez regem qui e deus pr Crist Rex deus pr est qui
dr ho ut intelligamus qz nomie hois pindicaum no facit diuine
nature Scdo dr homo ppt conformitatem que est inter deum z ho
mine Scdo dr rex qz regnat in celo p glam in mundo p gram
in inferno p iusticiam . Qui fecit nupcias filio suo scz triplices pri
mas fecit in mundo in coniunctione xpi et eccie de quibz dicit
Aplus Sacramentum hoc magnum est ego dico in xpo et eccia
Scdas fecit in fideli aia scz in coniunctione xpi z fidelis aie de qbz
Osee . Desponsabo te mi in fide Tercias celebrauit in virginis
utero in copulatone diuine nature z humane scz xpi p incarnacio
nis misterium filio suo humanam copulauit naturam Et est sensus Re
gnum factum est in ecclia militante circa filii dei incarnacionem
simile est tali negocio quod esse potuit in celebracione talium
nupciarum Nondum qz ille nupcie no pnt intelligi de btitudine eter
na in ecclia triumphante . qz hic infra dr sicut qd vocauit ad nup
cias bonos et malos . et quod inuentus est ibi vnus ho qui no
habuit vestem nupcialem . et ppt hoc proiectus est in tenebras exte
riores Ad btitudinem aut celestem no admittuntur mali cum bo
nis sed solum boni Nullus aut ibi receptus eicit Et ideo p istas
nupcias intelligit verbi incarnatio Cum ergo deus pater fecit
nupcias filio suo cui naturam humanam copulauit diuine in

supposito verbi. Et hee nuptie sunt solempnissime et mirabiles
Primo ratione nuncii qui fuit Gabriel. Secundo ratione principalis domini
qui fuit deus pater immo trinitas tota que has ordinavit nup-
tias. Tercio ratione sponsi qui fuit filius dei qui humanam sibi
univit naturam. Quarto ratione sponse que fuit natura assumpta unita-
te suppositi divini. Quinto ratione thalami in quo fuerunt hee nuptie
celebrate qui fuit uterus virginis. Unde omnia pater luc. i. Missus
est angelus. Hee sunt ille nuptie de quibus Apoc. xix. Et
quibus ad leticiam provocamur. Gaudeamus inquit et exultemus quia ve-
nerunt nuptie agni et uxor agni preparavit se. Profecto gaudere de-
bemus quia per has nuptias redempti et liberati sumus. Cassiodorus de vir-
gine benedicta. In tuo utero hec sponsalia sunt facta, tu patrona
magna humani generis, tu medica omnium singularis, quis non indigeat
tuo subsidio que copulasti hominem deo federe sempiterno. Iste nup-
tie fuerunt indicate patriarchis et hic per figuras, edificate in virgi-
nibus et prophetis et hoc per promissiones, et consummate in temporibus novis-
simis, et hoc per exhibitionem rei. Sed quia ex duabus personis solet fieri
nuptiarum contractio. Absit hic ab intellectibus nostris ut personam redemptoris
nostri ex duabus personis credamus esse unitam. Ex duabus quippe
atque in duabus naturis hanc existere dicimus, sed ex duabus personis
credere compositum ut nephas vitemus. Gregorius igitur potest dici quod hoc
rex pater regi filio nuptias fecit quod ei per incarnationem seu per incar-
nationis mysterium sanctam ecclesiam sociavit. Uterus autem genitricis virgi-
nis huius sponsi thalamus fuit. Ubi nota quod incarnatio filii dei assimilatur
matrimonio quantum ad septem. Primo propter consensum qui requiritur in ma-
trimonio qui similiter fuit ibi. Unde beata virgo que gerebat personam to-
tius humane nature consensisset dicens Ecce ancilla domini. Filius dei non
fuisset incarnatus. Secundo propter magnum amorem qui est in matrimonio. Quia
sicut homo relinquit patrem et matrem et multa patriam et parentes, sic filius
dei descendit de celo ad terram in laboribus plurimis cum sponsa
sua vixit diu, et tandem pro ea redimenda mortuus est in cruce. Unde
amor filii dei ad humanam naturam omnem alium excessit. Tercio quia sicut
uxor maximum et ultimum honorem consequitur in matrimonio, sic humana
natura in unione et incarnatione filii dei etenim summe exaltata
fuit, et propter hoc eciam angeli recusaverunt adorari ab hominibus
ut patet Apoc. quia Ioh. volenti adorare angelum dictum est sibi vide ne feceris. Quarto quia sicut
duo conveniunt ad unum hominem generandum, quia erunt duo in carne una,
sic generanda, sic ad generationem spiritualem filiorum dei conveniunt Christus et ecclesia
et per baptismum in utero ecclesie fit talis generatio. Et ideo baptismus dicitur
christianus id est filius Christi et ecclesie, quia baptizati Christus est pater et mater
ecclesia. Quinto quia sicut in matrimonio sponsus donat sponse multa
donaria, sic deus personam assumpsit humanam naturam, maxima donaria
sponse sue donavit. ii Petri i. quia maxima et preciosa nobis dona
donavit. Sexto quia sicut nullus potest ad vitam nature pervenire nisi per
virum et feminam generetur et nascatur, sic nullus potest venire ad vitam gratie
vel glorie nisi per baptismum in Christo et ecclesia renascatur. Ioh. iii. Nisi quis
renatus fuerit etc. Septimo quia sicut uxor inseparabiliter adheret viro, nec
unquam ab eo separari debet, sic filius dei a natura humana nunquam fuit separa-
tus nec in vita nec in morte. Ad has nuptias id est ad fidem incarnatio-
nis filii dei fuerunt iudei principaliter invitati, quia de hoc eis promissio facta
est Gen. xxii. In semine tuo benedicentur omnes gentes et ad ipsos prophete missi sunt
ut per fidem venirent credendo. Et misit servos suos scilicet prophetas et
patres veteris testamenti. Christus xxiii. Ecce mitto ad vos prophetas. Vocatis
Christus ergo primo rex servos suos vocare invitatos scilicet iudeos quibus data erat

lex, quibus data est promissio de incarnacione christi, ut Gen. xlix Non
auferetur sceptrum de iuda donec veniet qui mittendus est. Et Deutro.
xviii prophetam suscitabit eis de medio fratrum suorum. Secundi autem qui missi
sunt ad invitandum illos invitatos sunt prophete, qui clarius indicave
runt ea de christo que obscurius posita erant in lege, hortabantur populum
iudaicum expectare adventum et credere in christum per fidem et opera bona. Et
nolebant venire, quia nolebant verbis credere et audire prophetarum
ut patet discurrendo libros regum et paralipomenon. Iterum misit alios servos. Isti servi
secundi missi sunt illi qui de proximo ut primi denunciaverunt adventum christi ut
Iohannes baptista et discipuli christi missi ab eo in omnem civitatem et locum quo
ipse erat venturus ut habetur Luc. x. Misit ergo alios servos suos i. apostolos
dicens dicite invitatis scilicet iudeis vocatis a tempore Abrahe. Ecce prandi
um meum paravi scilicet sacramenta ecclesie et doctrinam evangelicam quibus
reficitur anima et potissime in sacramento eucaristie in quo datur nobis
caro christi in cibum et sanguis eius in potum. Secundum beatum Greg. Prandium
meum paravi i. misterium incarnacionis implevi, hec credendo homo reficitur.
Secundum Crisostomum prandium est doctrina iusticie et verba celestium misteriorum de
filio dei que animam madidans (?) homo i. audiens acquirit sibi vitam eternam.
Prandium ergo offertur in incarnacione quod fit mane in die gracie, sed cena
in eterna refectione cum non succedit aliud prandium. Apoc. xix Beati qui
ad cenam nupciarum agni vocati sunt. Tauri mei. Hic allicit exemplo
[illegible] tu addit, tauri mei et altilia mea occisa sunt. Tau
ri sunt patres veteris testamenti qui sub iugo legis laboraverunt. Altilia
quasi altilia dicta ab alendo sunt patres novi testamenti pinguedine ca
ritate saturati, plenius virtutum allevata ad superna mente erecti qui in
erunt occisi propter fidem confessionis. Secundum Greg. patres novi testamenti
sunt altilia, quia aves mentis internis et nutriuntur quasi pinguiores fide
devocione et bonis operibus; quia patres veteris testamenti. Crisost. pro salute
populi occiderunt sancti, memoria martirum facit iusto quoniam (?)
Sed quia apostoli nondum erant occisi ergo ut altilia erant occidebantur nullo
contumeliose ad persecucionem [illegible] Io. [illegible] afficiat et vos, vel occisa
quia occidi parata sunt. Ps. Quoniam propter te mortificamur tota die. Vel
tauros qui sunt feroces et in capitibus primos sunt intelligi [illegible]
qui de peccatis conversi sunt. Per altilia vero homines qui sunt virtutibus tamquam do
mestici sunt nutriti. Et omnia parata, cibus, locus et vestes. Cibus
quo ad sacramenta et maxime quo ad sacramenta eucaristie, locus
quia eciam in quo est locus merendi, vestes i. dona, que copiose ema
nant tempore gracie. Omnia parata sunt omnia ad esse faciendum. Nam
parata sunt medicine contra omnem morbum, et nullus per impotenciam non
accedat, hec nupcie publice predicantur ut nullus per ignoranciam se ex
cuset, spiritus sanctus in magna copia in linguis igneis est donatus
ut nullus frigiditate pigrescat, caritas in cordibus nostris fervidissime
est diffusa, que omnia facit levia, ut nullus propter difficultatem lente
stat, diabolus est in inferno religatus et virtus peccati est diminuta ut nullus
propter impugnacionem tremescat, celum est apertum et locus est paratus, ut nullus
propter impossibilitatem diffidat indulgencie dantur, et peccata relaxantur
ut nullus propter omnes debitores subsistat. Recte ergo omnia sunt parata ut
ad has nupcias venire debeamus. Venite ad nupcias credendo
diligendo operando, ecce quanta instancia vocati, sed ista instancia
non obstante, illi autem neglexerunt, illi enim iudei predicatores christi et apostolorum
non receperunt, sed contempserunt quia deum non timuerunt, qui enim deum timet
nichil negligit. Et abierunt alius in villam suam quantum ad
avariciam in possidendo, alius vero ad negociacionem suam quantum ad ava
riciam in acquirendo, vel in villam ad male delectandum in parte
i. in habitu rerum possessarum, ad negociacionem inhians et nimium sollicita
batur in acquirendo. Causa ergo quare iudei et precipue sacerdotes
christum non crediderunt, fuit cupiditas rerum temporalium, propter hoc eciam sacerdo
tes conspiraverunt in mortem christi ne perderent civitatem et templum in
quo quidem templo hauriebant pecuniam populi ut visum est talo predicti

Alius //

Aliter secundum Crisostomum in villa intelligitur opus terrenum sive in agro sive
in vinea sive in ligno, et quecumque manuum labore fit. Quod autem non ma-
nuum labore sed alius lucrum homo concupiscit, hec negotiatio appellatur
Ad id Crisostomus O miserrimus mundus, et qui eum sequuntur miseri, semper enim
mundialia opera homines exclusit a vita. Reliqui vero, hic subditur
crudelitas aliorum quam habebant aggravat tria, violentia detentio
iniuriarum, illatio iniustaque occisio. Dicit ergo reliqui tenuerunt servos eius
scilicet qui post ascensionem domini et contumeliis affectos occiderunt. Ecce
infelix qui non credit, sed negligit, infelicior qui contempnit et abutitur,
felicissimus qui predicatores opprimit et occidit. Crisostomus Sicut ignis quanto ligna
ampliora susceperit, in maiores flammas erigitur, sic anima mala quanto
magis veritatem audierit, eo amplius in malitia excitatur. Sed et mundi
amatores si non corpore tamen mente ac contemptu et displicencia interficiunt
servos dei et predicatorum verba confundunt. Subiectiuntur quia celestis
vitate et vocationis doctrina que spiritualis est interfectio divine
vocationis. Nota quod potest hic apparet quadruplex de causa invitati ad
istas nuptias venire contempnunt. Primum est defectus cognitionis ad quod
pertinet illud Nolebant venire, id est per fidem istas nuptias cognoscere, quia
intellectus per bonum cognitum movet voluntatem, et voluntas mota
ab alio movet cetera membra ad operandum. Unde est quod quia quidam
non cognoscunt bonum ideo non pergunt ad illud. Et ideo isti nolebant
venire quia non cognoscebant, cognoscere autem nolebant, quia nolebant intel-
lectum suum humiliare ad credendum ea que per rationem humanam probari non
possunt, contra quod dicit Apostolus 2a Cor. In captivitatem redigentes omnem huma-
num intellectum in obsequium Christi. Secundus est defectus amoris veri boni,
ad quod pertinet illud Illi autem neglexerunt. Causa ergo huius neglige-
ntia est parvo amore veri boni. Nam omnia vera bona sunt virtutes
que contempnuntur, et etiam bona celestia que pro nichilo habuerunt
terram desiderabilem. Hec autem negligencia est multum reprehensibilis
ex tribus. Primo, quia pro salute humana miracula facta sunt. Nam deus
est factus homo, et mortuus, et tamen et alia occisa sunt veteris
testamenti et novi testamenti occisi sunt ut homo perveniat ad salutem, et homo
nichil vult ut hanc salutem consequatur. Secundo est reprehen-
sibilis, quia hic ille qui omnia sunt parata ut dictum est. Non sic fuit veteri
testamento, et ideo non restat aliud nisi ut manus apponamus ad ope-
ribus nostris. Preterea illi qui undecima hora, id est ultima mundi etate si forte
tempore in qua nos sumus, ociosi et negligentes sunt multum a patre fami-
lias multum sunt reprehensi. Quid hic statis tota die ociosi? Ite
et vos in vineam meam. Tercio est reprehensibilis ex bonitate
et perpetuitate bonorum istarum nuptiarum. Cor. 2o Quod oculus non vidit
nec auris audivit etc. Tercia causa est inordinatus amor boni transitorii
scilicet divitiarum honorum et dignitatum etc. et hoc est et abierunt unus in villam
per divitias honores et dignitates intelligitur. Alius vero ad negotiationem
suam per quam divicie acquiruntur. Plus enim amant mundum quam celum, plus
nummum quam deum, plus corpus quam animam, plus amicos quam sanctos,
plus possessiones quam virtutes, plus gratiam hominum quam dei. Joh. Dile-
xerunt magis gloriam hominum quam dei. Quarta causa est appetitus alieni
mali, et hic est Reliqui vero tenuerunt servos et contumeliis affectos occiderunt. Tales
sunt homines diabolici peiores omnibus supradictis qui deligunt et
persequuntur homines veritatem et corrigentes vicia nec patiuntur se argui de malis suis.
Legitur ... Quis te constituit iudicem super nos? Tales
fuerunt iudei qui ex magna malicia et pravitate cordis persecuti sunt
apostolos Christi et eius imitatores qui veritatem predicabant et eorum vicia
corrigebant. Nam Stephanum lapidaverunt, Jacobum ad crucem capite occi-
derunt, Petrum incarceraverunt, Paulum virgis ceciderunt, et ceteros
apostolos contumeliis affectos de suis finibus eiecerunt. Ait Christus Jerusalem
Jerusalem que occidis prophetas, et lucas dicit Nam quia et ... et homicida
non sunt persecuti patres vestri et occiderunt eos qui de adventu iusti
prophete cecinerunt. Et sic patet secundum

Dubia

Hic possunt esse due dubitaciones Prima utrum negligencia sit mortale peccatum Secunda utrum occupatio rerum temporalium excuset hominem a peccato Ad primam est dicendum quod secundum quosdam negligens dicitur non legens uel non eligens Non autem legere uel eligere aliquid tripliciter contingit Primo quod pretermittitur legere uel eligere quod est necessarium ad salutem et sic negligencia est mortale peccatum Secundo modo quod pretermittitur debitus modus legendi uel eligendi nam cum voluntate sit eligere Si voluntas sic sit remissa circa illa que dei sunt quod quod cum caritate non agat uel quod ex contemptu illa que sunt dei pretermitteret adhuc esset peccatum mortale Tercio pretermittatur feruor legendi uel eligendi que dei sunt tunc non puto quod sit peccatum mortale sed veniale secundum quem modum scribitur Eccli vii De negligencia tua purga te cum paucis Nam ut dicitur libro eodem qui timet deum nichil negligit quia non pretermittit aliquid ad salutem necessarium nec modum debitum legendi uel eligendi eorum que dei sunt et que ad salutem spectant

Ad secundam est dicendum Quod bona temporalia sunt nobis necessaria ut per ea tamquam per quedam instrumenta consequamur bona spiritualia que perfecto cibo prandium uel cena nupciarum christi ad quas suos fideles vocat intelliguntur Unde eciam ipse philosophus dicit quod temporalia non sunt per se appetenda nisi ut quedam organa consequendi felicitatem propter quod et philosophus dicit quod homines nesciunt orare uel nesciunt petere Nam petunt homines ditari in bonis temporalibus habundare quod non sic deberent orare sed magis quod deberent dictis bonis bene uti ad consecucionem bonorum spiritualium aliter melius esset carere Igitur occupacio bonorum temporalium potest dupliciter intelligi Primo ut aliquis occupetur circa talia non tamquam circa finem nec tamquam principalia bona sed sic circa organa et instrumenta perueniendi ad pregustanda spiritualia bona et ad nuptias ad quas christus vocat et talis occupacio excusat hominem a peccato saltem mortali et posset esse talis et sic modica occupacio et sollicitudo quod excusaret a veniali Secundo ut aliquis occupetur circa talia tamquam circa finem et tamquam circa bona principalia et talis occupacio non excusat a mortali peccato quia nichil est diligendum tamquam finis nisi trinitas preponendum Unde Luce xiiii Saluator excusantes se de empcione et de probacione boum et de tradicione uxoris non sunt excusatos habere sed durissimam sentenciam contra eos protulit dicens Amen dico vobis quod nemo virorum illorum qui vocati sunt gustabunt cenam meam Ut per empcionem ville secundum Augustinum ibi intelliguntur occupati circa honores mundi per elacionem superbie et per probacionem vero boum qui terram versant intelliguntur occupati circa diuicias mundi per cupiditatem auaricie Per ductorem uxoris intelliguntur occupati circa delectabilia carnalium per feditatem luxurie Nemo enim talium gustat cenam christi quin ymmo secundum sentenciam datam hic per exercitum suum ut per angelorum ministerium perdit et dampnat omnes tales eo quod vocati sunt a christo negligunt venire

Rex vero cum audisset iratus est Et missis exercitibus suis perdidit homicidas illos et ciuitates illorum succendit Tunc ait seruis suis Nuptie quidem parate sunt sed qui inuitati erant non fuerunt digni Ite ergo ad exitus viarum et quoscumque inueneritis vocate ad nuptias Et egressi serui eius in vias congregauerunt omnes quos inuenerunt bonos et malos Et implete sunt nuptie discumbencium Intrauit autem rex ut videret discumbentes et vidit ibi hominem non vestitum veste nupciali Et ait illi Amice quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem At ille obmutuit Tunc dixit rex

ministris, ligatis manibus eius et pedibus mittite
eum in tenebras exteriores Ibi erit fletus et stridor
dentium Multi autem sunt vocati pauci vero electi No
dicat quid audivit, et quo iniunxit quia manifesta probatione non indi
gent Et ideo dicit cum audisset Glo. suplet vocem sanguinis et est
argumentum quia manifesta signa homicidii virtutem habent testimonii
prout habetur Genes. vox sanguinis fratris tui abel clamat ad me de terra
Et Apoc. vidi sub altare dei animas interfectorum qui clamabant
voce magna dicentes usque quo non vindicas sanguinem nostrum
Iratus est i. per modum irati se habuit per exhibitionem vindicte quod non significat
perturbationem in ipso sed inflexibilitatem Prov. 16 Zelus et furor non parcet
in die vindicte Nonduque quatuor sunt commendabilia in rege scilicet immen
sitas potentie, profunditas sapientie, severitas sapientie iustitie, levitas
clementie Talis est iste rex celestis, quia nec terrore concutitur sicut leo quia
nec errore seducitur quia sapientia dei patris, nec amore corrumpitur quia sapientia
summa, nec furore subvertitur quia clementia immensa. Et missis exercitibus
suis ad literam suum Glo. suorum Romanorum sub Tito et Vespesiano qui a dominica
incarnatione venerunt contra Ierusalem Quadragesimo Anno post Christi passionem Ecce dominus
non statim recipit vindictam quia patiens est et prestabilis super malitia
perdidit homicidas illos scilicet penitere nolentes quia in ultione sanctorum prophetarum
Christi, et suorum discipulorum ab exercitu Romanorum sunt trucidati et captivati
de iudeis usque ad decies centum milia ut dicit Iozephus in libro de
iudaico bello Et civitates illorum succendit scilicet ad literam Ierusalem templum
et alia circumiacentia sic predixerat dominus luce 19 videns Ihesus civitatem
flevit super illam Vel in futuro perdidit quantum ad penam dampni succendit
quantum ad penam sensus Tunc ait servis suis post iudeorum repulsam invitatorum iudeorum suc
dit hic invitatio gentium ad fidem incarnationis Ubi ostenditur primo libe
ralitas regis invitantis ad nuptias 2o severitas regis distribuentes
in nuptiis discernendo ubi intravit autem rex ut videret Invitatio est
in presenti predicatione Districtio in futuro examine liberalitas invitante
non facit discrimen bonorum et malorum severitas distribuente facit discrimen
Prima inchoata est quantum ad ecclesiam presentem in fide Secunda post quantum ad
futuram retributionem Dicit ergo Tunc ait servis suis i. apostolis et discipulis
suis quia iudeis repellentibus fidem Christi ab apostolis predicatam Apostoli de
mandato dei transierunt ad predicandum gentibus per totum mundum et ipsi
devote susceperunt fidem Christi ad predicationem apostolorum Et hoc est quod dicit
Act 13 Ubi Apostoli loquentes iudeis indignate dixerunt Vobis oportebat
primum loqui verbum dei sed quia repellitis illud et indignos vos iudicatis
Ecce convertimur ad gentes sic enim precepit nobis deus Et hoc est quod dicit dixit
servis suis i. apostolis suis et aliis discipulis per divinam revelationem Nup
tie quidem parate sunt i. misteria Christi completa sunt. ut nativitas passio
resurrectio Greg. ascensio et cetera Sed qui invitati erant scilicet per legem prophetas
et apostolos Non fuerunt digni i. reddebant se indignos propter suam crude
litatem Actus ubi supra Vobis oportebat primum loqui verbum dei Sed
quia repulistis illud et indignos vos iudicastis Ecce convertimur
ad gentes Con sequitur Ite ergo ad exitus viarum i. ad gentiles errantes
extra viam Nota triplex est via que ducit ad creatorem Natura scriptura
tura et creatura Natura per instinctum rationis, Scriptura per mandatum
legis creatura per vestigium creationis Augustinus omnia clamant deus
me fecit Gentiles autem non erant in istis viis sed exorbitaverant et
deviaverant Ideo dicit Ite in exitus viarum ubi fuerant gentiles
qui tunc prevaricabantur legem nature, ignorabant legem scripture
Non attendebant libro creature colentes creaturam pro creatore
Et quoscumque inveneritis vocate ad nuptias i. ad fidem incarnationis

Ecclesia nullus volens recipere fidem catholicam repellendus est, quia non est
personarum acceptor deus Act. 10. Et egressi servi eius hic subditur
obedientia predicatorum. Dicit ergo Et egressi sunt de iudea servi eius id est apostoli
et apostolici viri in vias. licet missi erant ad exitus viarum per vias tamen
egressi sunt, quia hiis hominibus qui erant in exitu viarum predicarent, ipsi tamen
in via manentes se illis non conformabant. Congregaverunt omnes quos
invenerunt bonos et malos, quia in ecclesia militante admixti sunt boni
cum malis, sic in figura in archa noe fuerunt diversa animalia quedam
munda et immunda. Sic in vase petri diversa genera reptilium, sic
in area grana mixta sunt cum paleis. Et implete sunt nup-
tie discumbentium, quia fides catholica diffusa est per universum orbem.
Glossa implete sunt nuptie id est quotquot erant ordinati ad vitam eter-
nam, et in fine mundi complebuntur iste nuptie perfecte, quando ad im-
pium id est iudicium plene lucis id est ecclesie, que recipiet illuminata a sole iusticie
fructus sui operis ad iudicium. Intravit autem rex. Supra ostensa est liberalitas
regis quantum ad gratiam in presenti, hic ostenditur eius severitas quantum
ad iusticiam in futurum. Et hec severitas ostenditur in tribus scilicet in di-
strictione, in obiurgatione, et in condempnatione. Districtio ergo
notatur in visitatione regis, obiurgatio in increpatione hominis
ibi Et ait illi. Condempnatio in sententia mortis ibi Tunc dixit rex
ministris. Dicit ergo Intravit ergo rex ad iudicium veniens non quod
non ubique sit, sed ubique vult aspicere ibi se presens esse per aliquem
novum effectum. Et Christus primus dominus appellatur est homo, quia in primo adven-
tu venit in humilitate et mansuetudine. Nunc vero appellatur
rex, quia in secundo adventu venturus est cum districtione et maiestate.
Ut videret discumbentes id est videri faceret credentes manifestando sum-
me glorie merita, qualia sunt et fuerunt, primo ad Corinthios 4º Illuminabit ab-
scondita tenebrarum. Infideles enim pertinent ad iudicium, quia Qui non cre-
dit iam iudicatus est Ioh. 3. Intravit autem duplicat: Generaliter in futuro
iudicio, Specialiter in morte cuiuslibet hominis. Et non quod discumbebant in nuptiis
Christi est sacramenta ecclesie percipere sine participatione fidei Christi habere et bene-
ficiis dei atque gratiis eius frui. Et diligenter attendit, orare tenerentur
cum gratiarum actione vivamus in eternum. Et attendendum quod deus intra nos est
et intimior nobis in nobis ipsis secundum Augustinum Tu eras ingressus domine omni
secreto intimior. licet autem sit intra nos, et sit nobis semper presens, et tamen
esse videtur dum dissimulat suam presentiam. Tunc vero intrare dicitur quando per effectum
eius presentia patet. Intravit autem videt qualiter recumbimus. Ecclesia oportet
fidei cibum quem in corde gestamus in opere demonstrare ut ad nostram altitudinem
alimentum convertatur. Sicut dominus fuit beato Augustino libro 7º Confessionum Nec tu me mu-
tabis in te sed tu mutaberis in me. Ecclesia ergo sic attendit deus quid
agamus. Magna nobis secundum Boetium necessitas probitatis indicta est nisi
dissimulare velimus cum agamus omnia ante oculos iudicis cuncta cernentis.
Et tanto diligentius debemus bona agere in conspectu iudicis quanto
videt nos pro posse et non videtur a nobis Iob 10 Si venit ad me
non videbo eum. Et vidit ibi hominem non vestitum veste nuptiali. Hic
homo unusquisque fidem Christi habens, sed opera non, iste ad nuptias ecclesie por-
tat os et dentes obmittens vite compositionem. Et vidit ibi hominem
id est totum cetum malorum qui malicia sociati sunt invicem, non vestitum veste nup-
tiali id est non habentem fidem Christi non opera. Nam secundum Ieronimum vestis nuptialis
precepta sunt domini et opera que complentur ex lege et evangelio, novumque
hominis efficiunt vestimentum. Iste homo habens fidem sine operibus ad nuptias ecclesie
portat os et dentes obmittens vite compositionem et mores. Vel non ve-
stitum veste nuptiali id est habentem fidem sine karitate. Dicitur autem karitas
vestis nuptialis quia tegit turpitudinem peccatorum, quia protegit a frigore
temptationum, quia ornat animam decore et virtutum. Et ut dicit Augustinus

inter filios regni et perdicionis Ubi Greg Recte karitas nupcialis
vestis vocatur quia hanc in se conditor noster habuit dum ad sociandam sibi ecclesie
nupcias venit Unigenitus enim dei per karitatem venit ad homines. eandem karita-
tem innotuit vestem nupcialem Sciendum vero est quod sicut in duobus
lignis superiori videlicet et inferiori vestis texitur ita in duobus preceptis
karitas habetur in dilectione scilicet dei et dilectione proximi. Unde ergo necesse
est ut karitate precepta custodiat quisquis habere in nupciis vestem
nupcialem curat Quatinus nec ex compassione proximi contemplacionem
relinquat dei nec plus quam debet inherens contemplacioni dei compassi-
onem abiciat proximi Sciendum quoque est quod ipsa dilectio proximi in duo-
bus preceptis subdividitur cum quidam sapiens dicat. Omne quod tibi
oderis fieri alteri ne facias. Et per semetipsam veritas predicat dicens
Queque vultis ut faciant vobis homines et vos eadem facite illis Ca-
ritas autem vera est cum et in deo diligit amicum et propter deum diligit
inimicum Magna sunt hec alta sunt hec et multe ad exhibendum
difficilia sed tamen ista est vestis nupcialis Quisquis hanc recumbens non
non habet iam sollicitus metuat ingrediente rege quia mittetur foras hec
Greg. Et ait illi. Unicuique homini in iudicio particulari tunc moriens
unusquisque iudex interrogat quo in fide xpiana se habuerit sed in
fine mundi loquitur toti humano generi Amice fidei participacione sed
non operacione debiti obligacione sed non solucione nomine non re. Vocatur
ergo peccator amicus propter fidem informem que noticia quedam est et dei dono
nunc licet non sufficiat ad salutem Vocatur eciam amicus propter naturam quia
ad ymaginem dei est factus vel quia fuit invitatus Quomodo huc intrasti
congregacionem fidelium sacramenta ecclesie suscipiendo fidem ecclesie confitendo
Non habens vestem nupcialem scilicet opera sine quibus fides mortua est Vel
vestem nupcialem scilicet karitatem quia absque tali veste nemo ad commu-
nionem fidelium debet accedere quia dignum est ut convivatores ipsi sponso
in habitu sint conformes quia vestem induit karitate Caritas dicitur veste
tum quia operit delicta tum quia calefacit desideria tum quia sine ea deo non
placent opera nostra. Dicitur autem nupcialis quia matrimonia fiunt propter amici-
ciam reformandam confirmandam vel augendam In matrimonio igitur filii
dei quod fecit tunc notatur humana amicicia inter deum et nos est formata
precio confirmata et cotidie augmentata Vel non habens vestem nupcialem
totum facte negando Ad titum ii Confitentur se nosse deum factis autem
negant. i. ad Cor. xiii Si linguis hominum loquar et angelorum karitatem autem non habeam etc
Non karitas omnia opera bona ordinat in deum vel ad laudem dei actum vel
habitum quia est sicut pondus trahens ad centrum Sic peccator refert opera sua
ad seipsum et ad commodum suum opera autem ex genere bona non sunt deo
accepta nisi ordinentur in debitum finem hinc est quod nullum opus est deo
acceptum ad vitam eternam sine karitate At ille obmutuit propter
timorem accusacionis propter erubescenciam iniquitatis propter ignoranciam
excusacionis non habens quid indicat quia deo nullus videtur resistere ipsa
arguente consciencia convincitur et mutus efficitur propter erubescenciam ipsius est
et i. Reg. v. impii in tenebris conticescent Unde Crisostomus Omne argu-
mentum excusacionis cessat quia foris ille increpat qui teste consciencia intus
animam accusat. Iere. Ego sum iudex et testis dicit dominus Unde glossa quod
ille obmutuit ostendit quod in illo ultimo examine omnis excusacionis
cessabit tunc enim actus peccatorem excruciant in examine cur se non
emendaverit non erit quid debeat videri non enim ibi interna.

Desinit

inspiracio / scriptura docens / predicator clamans / exemplum provocans / misericordia
dei expectans / et opportunitas se specialiter offerens / ad hec omnia cessat
insolens / quod convictus est peccator / cum non potest deo respondere unum pro mille /
Amice quomodo huc intrasti / huius autem admiracionis tres possunt esse cause
prima est quia christus ita care hanc vestem emit / et tot et tanta pro ea
sustinuit / et eam gratis homini baptisato contulit / et ipse pro nichilo eam
dedit / forte pro uno denario / Alie vestes fiunt de pilis animalium vel
corticibus herbarum / puta de lino / vel de visceribus vermium puta
de serico / huic autem vesti christus materiam ministravit de visceribus suis
quia cum lateris sui apercione amorem suum ondit Bernhardus Clavus pene-
trans / clavis reserans factus est michi ut videam voluntatem domini
Archanum cordis per foramina corporis / Secunda est quia hanc vestem summe et super
omnia placet deo / unde christus elegit mori / sed vestem consutibilem que erat
figura huius vestis nullo modo dividi permisit / et pocius voluit mori quam
divideret / Et peccator pro nichilo hanc eam / frequenter dividere eam intuitu
et precio cuiusque temporalis / homo iam indicati in cruce pendente carnem
fretes pylati non sunt ausi scindere / et tu intelligis karitatem dei sive
karitatem que deus est separare / Tercia est quia vestis hec super omnia
valet / hec enim operit multitudinem peccatorum / prouerbiorum x / universa delicta operit
karitas / et facit hominem filium dei / et in deo manere / i Johannis / Qui ma-
net in karitate in deo manet et deus in eo / Et facit dignum impe-
rio regis eterni / et sine ea nullus potest intrare / Si enim non licebat
aulam assweri indutos sacco / multomagis aulam celestis regis / Mora-
liter autem ad maiorem edificacionem nota / quod per istum non habentem vestem
nupcialem intelligitur omnis malus christianus / qui habet fidem / sed non habet
opera karitatis / de quo dicit Amice / pro quo tanta feci tibi / tanta dura
tanta sustinui crudelia / ego verus amicus fui tibi / sed tu fuisti mihi
amicus fictus et verbalis / quod patet quantum ad tria que ad veram ami-
ciciam requiruntur / Primum est quia amicorum est idem velle et idem nolle
ut dicit Tullius / Sed tu in nullo voluntatem tuam mee conformasti / immo
michi in omnibus rebellasti / Job / Ambulavit adversus deum erecto collo
Secundum est quia amici habent omnia communia / Ego autem omnia mea tibi communicavi
sive communicavi / et bona mea et fortune / et gracie et glorie / ro-
manorum viii / Cum illo omnia nobis donavit / tua autem bona tua mihi non
communicasti / quia nudus fui et non cooperuisti me / hospes fui et non colle-
gisti me / Ita dicet christus impiis in die iudicii ut habetur matthei xxv / Tercium est
quia inter amicos est ita fervens dilectio quod admodum transformat / Nam diligens
transformare amantem in amatum / hugo de sancta victore Scio anima
mea quoniam dilige in eius similitudinem transformaris / Unde quidam dicebat
de quodam amico suo / quod mihi erat in ipsum transformatus quod credebat
unam animam esse / Ego autem mihi te dilexi quod sum transformatus in te / et
factus homo / tu autem non es / neque factus es deus et filius dei / sicut illi qui
perfecte me diligunt psalmus Ego dixi dii estis et filii excelsi / Et sic patet quod tu es
amicus fictus / et ideo huic eius presumpcio redarguitur / Quo ingenui huc intra-
sti etc / quo nomine christianitatis usurpasti / et rem non habuisti / quia cari-
tatem in qua religio christiana vivit amisisti / et cum deo non habuisti
Ergo non assumas nomen dei tui in vanum / talis est ut ficulnea illa
que non habebat nisi folia / cui christus maledixit que statim aruit matthei
xxi Et non habet quod super tunicam inconsutilem christi / quam hanc vestem significat
milites pylati miserunt sortes Sic multi super hanc vestem periculum
mittunt sortes dum exponunt eam fortune dicentes Si debeo salua-
ri salvabor / statutum est quid debeat esse de me / Tunica autem
hanc vestem significat / sic dicitur quod pylatus filius est tunica inconsutilem

xpi Et hi sunt ypocrite qui hanc vestem habent ficte ut Jacob s
et manus habuit ezau Gen xxvii Nonduz aut questa qto pt fieri multe quibus
pponere Et pmo plato Quo hunc intrasti ad platuram hanc · a quo
introductus es · an a mundo an a deo Si a mundo p symoniaz et c
qz sz Geneam et non vestez nupcialez obmitteret et apprehendet
eum dapnacio Sequens Si a deo tunc habet vestez caritatis Non enim
dominus comitteret petro curam pastoralez nisi prius ab eo ter si eum
diliget Et tunc pt respondere ad qtom id Cant i Introduxit me
rex in cellaria Scdo pt fieri qto hec cuilibet xpiano Quo hunc in
trasti · p quam portaz hunc intrasti · quo facto es xpianus et anima
tua fidelibus in ecclia Constat quippe quod quilibet xpianus intrat per
ianuam baptismalez · Debet aut seruare ea que ei in introitu
huius ianue promisit · vzt renunciare dyabolo et pompis eius et fidez
xpi confiteri · et sm ea in karitate operari · tunc potest inde ad qtonem
illud ps Introiui in domum tuam sz ecclesiaz in holocaustis me totum
offerendo reddidi tibi vota mea que distinxerunt labia mea · Tercio
pt hec qto fieri aie in purgatorio Quo hunc intrasti ad locum torm
torum Que pt inde hec i Regl xvi Ad ymolandum dnm veni
et expecto hic donec veniet immutacio mea Job xiv Et reuera ideo
aia in purgatorio ut satisfaciat dno p pctis de quibus contrita fuit
sed remansit reatus pene · et ibi expectat donec immutacio sua veniat
et inde transeat in vitam eternaz Quarto hec qto pt fieri aie dap
nate Quo hunc intrasti o misera aia · non habens vestez nupcialez Et
tunc aia p nimia confusione non pt inde ad qtom s obmutesceret ut
hic dicit Et si loco responsionis diceret inde posset illud ii psalm
xxx Quo intraui iram tuam et malum coram te feci · veni in altitu
dinez maris et tempestas dimersit me ps · Quinto pt fieri h qto aie
bte Quo hunc intrasti · non enim caret magna admiracione Quo taz
vile plasma ad tam magnum fastigium perueniat quod dei fruatur visione
Et hec felix aia in promptu habeat quid letatur videat Pt enim dicere
illud Cant i Anima dilexit me rex et introduxit me in cubiculum suum
Et si vlterius queratur Quo introduxit te Respondere pt per caritatez ad
veniendum me instigauit p fidez viaz michi illuminauit et semetipsum ia
nuaz michi reseruauit De pmo ii Cor v Caritas xpi vrget nos De
2o in ps Anima in lumine tuo videbimus lumen Glo in lumine fidei vide
bimus lumen glorie De 3o heb vi propositam spez habemus sicut anchoram
aie tutam ac firmam Et post sz ut precursor p nobis introeat ihc xpus
ordinez melchisedech factus ineternum Item notandum quod tres qtones faciet dns
platis in die iudicii · pma Quo hunc intrasti · quis te huc introduxit
xpus an deus Et de hac qtone dcm est supra Scda qto erit Quo vxi
sti an sicut pastor an sicut pecus Ezech xxxiiii° loquitur dns de pastori
bus Non quesierunt pastores gregez meum · s pascebant semetipsos Tercia
qto erit Quid te rexisti an sz habuisti te sicut ydolum Zach xi o pastor
et ydola derelinquens gregez · quo gregez · Narum tuum plebe habes
Judith viii Vbi sacerdotes dam dicit sacerdotes michee Quis te huc
adduxit · quid hic agis · quam ob causam huc venire voluisti Et satis
competit visio cuius tractatus moderni tpis · hoc et hec nisi pstitit mi
thicas et intercedere gdunt Et heu vnum quod dico pauci sunt mi sacer
dotes qui deo gratis seruiret in ecclia sua malach i Quis ex vobis est
qui claudat hostium et incendit altare meum gratuito Non est michi voluntas
in vobis Item non quod centurio in iure tuo xpi plurimi sunt induti satte
auaricie / s non est licitum indutum sacco aulam regis introire ut d

Hester .i. Aliquem induit purpura superbie. Aliquem auro et armis ytie. Aliquem pellibus ovium simulate iusticie. Aliquem armis iracundie. Aliquem habitu sordido vestimento peccato luxurie. Aliquem centones negligentia accidie. Aliquem mole incantu complacentie. Aliquem nimis affluens voracitate gule. De quibus omnibus Sophonie .i. visitabo super omnes qui induti sunt veste peregrina. Tunc dixit rex hic pro omnia predicta scilicet condempnacio durissima ubi datur sententia primo possessionis 2o generalis ubi multi autem sunt vocati dicit ergo tunc dicit rex iustus id est angelis eterne iusticie executoribus et isti ministri sunt maligni spiritus qui deputati sunt ad penam dampnatorum sicut dicit Aug. super lib. Iudicum. Merito ipsi sunt pene auctores qui fuerunt culpe suggestores. Ligatis manibus et pedibus id est ablata potestate bene operandi et ad salutem redeundi et ad gratiam recipiendi. Vel pedes sunt facultas liberi arbitrii manus vero sunt opera et potentia operis et utrumque istorum est ligatum in dampnatis quia post mortem potestatem non habet bonum operari nec ad salutem redire. Ligat pena quos hic a bonis operibus ligavit culpa. Pedes qui visitare pauperes negligunt manus qui nihil indigentibus tribuunt a bono opere iam ex voluntate iam ligati sunt. Qui ergo nunc in vicio ligantur sponte in supplicio ligabuntur invite. Et mittite in tenebras exteriores a visione dei et qui sunt ex omnes dies et ex ambitu domine meae. Vel exteriores id est corporales et localiter extra ipsum positas quia habuerat in seipso deum quia vincit interiores id est mentales tenebre enim ignorantie ducunt ad tenebras culpe et hec ad tenebras pene. Unde Greg. interiores tenebras dicit cecitatem mentis exteriores vero tenebras mortis dampnationis. Qui ergo nunc in vicio ligatur sponte tunc in supplicio ligabuntur invite et ligabit ibi pena quos hic a bonis operibus ligavit culpa. Et quid ibi sustinebit quod fuit bonum et vincere contempsit subiungit dicens. Ibi erit fletus scilicet oculorum pro illicitis concupiscenciis in penitentie quod hic neglexerunt. Et stridor dentium de edacitate quod gaudebant et singula membra supplicio subiaceant que hic singulis viciis subiecta serviebant. Vel fletus et stridor id est dolor intus et corporis ad que reducitur omnis pena infernalis. Fletus enim a tristicia originatur. Et stridor dentium causatur a contrariis causis scilicet ex ardore durissimi ignis et frigore infernali. Unde de illo Iob. Ad nimium calorem transibit ab aquis nivium. Per fletum ergo et stridorem magnitudo tormentorum et dolorum diversitas significatur. Vel certe stridor dentium prodit ex indignante affectu eorum sero unusquisque peniteat sero ingemiscat sero sibi irascatur quod tam pertinaci improbitate deliquerit. Non ibi erit fletus et stridor. Fletus eternus pro bonis eternis perditis. Stridor pro inflictis eternis et interminabilibus penis. Vel stridor torquet pro obmissis et te cruciat pro commissis. Et quia in convivio nupciali non intravit sed simul quidem consequenter repulso vero in quo omne malorum corpus exprimit generalis sententia et est parabole conclusio infertur. Multi autem sunt vocati ad fidem catholicam pauci vero electi ad gloriam scilicet comparatione respectu illorum qui vocati sunt ad fidem quia inter multos fideles habentes fidem pauci sunt electi qui habeant fidem formatam. Rursus omnes homines vocantur ad fidem sed pauci sunt electi quia pauci sunt fideles respectu infidelium. Tale est quod dicit Non omnis tamen de vocatis electis est de imperio sed intelligendum est de multis quia

p illu unu intelligit universitas malorum qui habent fidem sine operibus caritatis. Nam secundum Augustinus homo ille qui inde proiectus est non unum hominem sed plures multos quia ille unus corpus multorum est. Unde alibi dicitur Lata est via que ducit ad perditionem et multi sunt qui ingrediuntur per eam. Et arta est via que ducit ad vitam et pauci sunt qui inveniunt eam. Et hoc multum deberet nos terrere et ad humilitatem movere quia est nobis incertum utrum simus de illo parvo numero electorum. Unde Gregorius Tanto ergo sibi unusquisque metuat et de humilitate se deprimat quanto si sit electus ignorat. Extrema ergo sepe dicenda est et sine oblivione retinenda. Multi sunt vocati pauci vero electi. Secundum Gregorium Nonnulli enim bona incipiunt sed in bonis minime perseverant. Alii vero econtra tanto solicitius sibi metuat quanto ignoret que restent. Hoc significatum fuit in filiis Israel qui etsi magno numero de Egypto educti sunt in parvo tamen in terram promissionis introducti sunt. Solum enim duo de illa multitudine intraverunt Num 20. Et in illa significatur innuitur quod erunt pauci de fidelibus salvabuntur quia licet multi fidem suscipiunt tamen plures et per maiori parte facti Christum negant. Et notandum quod hoc verbum Ibi erit fletus et stridor dentium in septem locis ewangelii legitur et hoc contra septem vicia maxime prelatorum secundum quod ubique in precedenti litera reddit causam. Prima causa est quia male intraverunt scilicet per mundum non per deum per cupiditatem non per caritatem. Unde dicitur hic: quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem et sequitur ibi erit fletus et stridor dentium. Secunda quia male vixerunt non sicut pastores sed sicut predones, non sicut episcopi sed sicut epicurei. Unde supra de Sagena dicitur Malos autem foras miserunt et sequitur ibi erit fletus et stridor dentium. Tertia quia alios scandalisaverunt sicut lapis occurrens subito pedi facit ipsum resupinare et offendere. Unde supra Et colliget de regno eius omnia scandala et sequitur ibi erit fletus et stridor dentium. Quarta quia in docendo et regendo inutiles fuerunt. Unde infra Servum inutilem proiecite in tenebras exteriores et sequitur ibi erit fletus et stridor dentium. Quinta quia subditos et superbia verbi et avaricia sua oppresserunt. Unde infra Si dixerit servus malus moram facit dominus meus et partem suam ponat cum ypocritis et sequitur ibi erit fletus et stridor dentium. Sexta quia magis de se presumpserunt credendo et maiora iactando ut supra Nonne manducavimus coram te et bibimus et sequitur ibi erit fletus et stridor dentium. Septima quia non penituerunt. Elacio enim superbie repugnat humilitati penitentie. Unde supra de centurione filii enim regni eicientur foras in tenebras exteriores et sequitur ibi erit fletus et stridor dentium. Has ergo Christi et ecclesie nuptias tota mente diligamus, harum gaudiis celestibus indefessa bonorum intentione inhereamus. Has quia per fidem vocati intravimus modo dilectionis habitu celebrare curemus. Necesse est quod actiones simul et cogitationes maculas cum dies examinis distinguat ipsius sollicitius examinando diluamus ne forte tunc ingrediens rex si videat nos nuptialem caritatis vestem non habere eiciat nos et ligatos a facultate bene agendi manibus ac pedibus mittat in tenebras exteriores. Si quis in hoc iudicio fuerit inventus sub nomine christiani non habens opera christiani status corripietur et audiet a rege sibi istud dici Amice quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem. Quasi dicat Utquid christianus es factus cum opera tua non sunt christiani status. Nullus itaque de vocatione presumat donec de adeptione finis securus existat. Omnes quidem vocat deus voluntate antecedente secundum quam vult omnes homines salvos fieri et tamen pauci sunt electi quia pauci beatitudinem consequuntur respectu eorum qui dampnantur. Nonnulli quidem vocati nec incipiunt. Nonnulli vero in bonis que inceperunt minime persistunt et multi fidem recipiunt sed respectu malorum pauci sunt qui in gratia usque in finem perseverant. Nemo autem christianum se iudicet nisi qui ipsius doctrinam sequitur et imitatur exemplum. Cum male vivunt et christiani vocantur iniuriam Christo faciunt. Unde Augustinus Nemo sine causa quodcumque nomen sortitur. Sutor ut dicatur necesse est ut calciamenta conficiat

Vocet quis faber aut alius artifex artis perita facit / sic hom exemplis
cognoscimus / nullus sine actu nomen est omne nom ex actu / xpianum ergo nom
ille frustra recepit qui xpm no imitat. Quid n tibi potest vocari quod
no es et nom vsurpare alienum. Sed si xpianum te esse delectat que xpiana
sunt gere et merito tibi nomen xpianitatis assume. Cum ergo quo
xpianus dicitur in quo nullum xpianum est actus / xpianus iusticie bonitatis
veritatis pacis castitatis pudicicie pietatis humilitatis innocencie est nomen
et tu istud nom quo tibi defendis et vendicas / cum de tam pluribus modo
nec pauca subsistunt / xpianus ille est qui no noie tantum sed ope est qui xpm
xpm sequitur qui xpm in omnibus imitatur sic scriptum est / qui dicit se in xpo
manere debet sicut ille ambulavit et ipse ambulare / xpianus est qui die no
ctuque deo deservit / qui indesinenter eius precepta meditatur et cogitat
sit pauper mundo efficitur ut deo locuplex fiat / qui inter homines habet in
gloriis ut coram deo et angelis gloriosus appareat / qui in corde suo nichil
simulatum videtur habere ne fictum cuius simplex et immaculata est anima / cuius con
scia fidelis et pura / cuius tota in deo mens / cuius omnis spes in xpo est
qui celestia pocius quam terrena desiderat / qui humana spernit ut possit habere
divina. hec Augustinus. Unde et Leo papa. Frustra appellamur xpiani si imitatores
non sumus xpi / Cum ideo se viam dixit ut conversacio magistri esset forma disci
puli / et illam humilitatem eligeret servus quam secutus est dominus. Unde et Crisostomus
xpianus nemo recte dicitur nisi qui xpi moribus incedit. Unde et Cyprianus
infideles reputantur qui que vouerunt non implerunt. Ceterum Anshelmus sunt
no sequitur no solum xpiani nomen amittit sed et antixpus dici meretur
Unde Augustinus Antixpus facie negat / ideo mendax quia aliud loquitur et aliud
agit. Antixpus est qui no credit quod ihesus sit xpus. Cum no vivit quo precepit
xpus. Multi enim dicunt / credo. Sed fides sine operibus non salvat / et ideo
omnis negat xpm in carne venisse / qui violant caritatem. Ideo enim no
opus erat ut veniret nisi propter caritatem / amorem / hanc dilectionem no
mo habet quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Antixpus violat
caritatem / quamvis licet dicat diligo ligna / vita ipsius negat xpm in carne
venisse et iste est antixpus. Ubicumque sint quotcumque intrant. hec Augustinus. Sunt
sic ergo male nos xpiani gentiles scandalisamus / propter caritatem et vitam vitu
operam no habemus. Unde Crisostomus. Nichil aliud est quod scandalisat gentiles
quam quod no amor est. Cum enim multiplicata sunt iniquitas frigescet amor
vitam aut nichil ita facit vera ut amor. Nichil enim ita convertit gentiles
ut vita eorum / nichil scandalisat ut malicia. Cum enim vident avaricia
ut feris viventes / qui eius inimicos amare deliberant dicit ea
que dicta sunt. Cum autem vident trementes mortem / qualiter suscipiet eos
qui de immortalitate sunt sermones. Cum videns diligere principatum
et aliis serviletes passionibus / firmius in suis manent dogmatibus / inter
magnum ymaginantur. Nos enim sumus causa manendi eos in errore. Nam
dogmata quidem que apud ipsos sunt olim totaliter sunt / sed et nostra sunt
amittunt / et vita autem nostra perhibent. Nam per verba quidem preparant facile
est / multi enim et apud eos hoc fecerunt. Ingrediunt ad eam que per opera
demonstratio. Unde enim in fidem tuam aut per opera tua. Cum autem magis
fera dimicamus pro amore. Sancta sacrata nos vocat cebis tentare
cenare et nos hore vindictam dabimus no pro quibus male agimus
solum / sed et pro quibus blasfemare nom dei usque pertinere et volup
tati et aliis sumus alligati passionibus / desistamus ergo derelinquo et vir
tutem capiamus ut futuris fruamur bonis. hec Crisostomus.

Amice quomodo huc intrasti non habens vestem

nupcialem. Verba ista parabolice dicta sunt cuiusdam regis filio suo
nupcias celebrantis ad quendam hominem indigne et irreverenter se
huiusmodi nuptiis immiscentem. Sed in rei veritate sunt verba dei patris filio
suo xpo ecclesiam desponsanti ad quemlibet hominem pro xpiano se gerentem
et xpiana opera no habentem quem in iudicio taliter alloquitur. Ami
ce quo huc intrasti. In quibus quidem verbis tria tanguntur. Primum
est dei ad nos amicicie gratissima dignatio. Secundum est actuum

Nostrorum adeo districta grauacio. Tercium est sponse religionis
mistica designacio. Primum tangitur in amici appellacione Amice
Secundum notatur in modo intrandi inquisicione. Quomodo huc intrasti Tercium
innuitur in vestis nupcialis explicacione Non habens vestem nupcialem
Quantum ad primum sciendum Et licet secundum philosophum ix Ethicorum Amicicia at-
tendit inter equales et licet secundum augustinum creature ad deum sit fini-
ti ad infinitum nulla possit esse proporcio Nichilominus tamen deus excessiua
dignacione bonitatis sue ut possit habere amiciciam cum homine condescende-
re dignatus est homini et factus est homo ut attendat quod dicit Tullius de a-
micicia Amicicia est diuinarum humanarum que rerum summa cum beniuolen-
cia consensio Et inde est quod deus eciam homines peccatores amicum vo-
care non dedignatur Amice quomodo Ad cuius euidenciam pleniorem
est notandum quod secundum philosophum viii Ethicorum aliquando dicuntur amici simpliciter
vnos simpliciter Alios secundum actum Prima amicicia est conuiuencium et
gaudencium adinuicem et bona tribuencium mutuo Alia vero amicicia
que est secundum actum hec est ad propositum hec plerumque ex alternitate per-
tinet claudicat et propter diuiciarum absenciam multas enim amicicias non dis-
soluit appellacio uel propter non redonacionem uel propter aliud tamen dicitur tamen amicicia
per quanto amacio remanet ab vna parte et talis amicicia inter deum et pec-
catores Deus vero ex parte sui vere amat homines ut patet quia ab eterno
mente sua preordinauit que in tempore messis produxit quos ymagine sua
insigniuit pro quo semetipsum incarnauit et demum morti tradidit qui
ad fidem vocauit et ad nupcias suas inuitauit et eterne beatitu-
dinis capacem fecit Ecce quomodo deus amiciciam ex parte sui ad ho-
mines seruat faciendo totum quod in se est Iohannis 3 Deus sic dilexit nos
Iohannis 3 ... Sed heu plerique nostrum de tanta amicicia et amore dei in-
grati existunt cum tamen secundum philosophum Sine amicis nullus viuere eligeret etc-
iam si habet reliqua bona alia Merito queritur que sit causa quod homo
non potius habet amiciciam cum deo qui eum in amicicia preuenit et tot be-
neficiis ut dictum est attraxit quam cum homine corruptibili et mortali
participari voluit Ad quod dicitur quod Tria sunt que inducunt homines
ad amiciciam alicuius Primum est similitudo Ecclesiastici xiii Omne animal diligit
sibi simile Aliud est presencialitas plus enim mouent presencia que vides
quam absencia ...sa Iohannis iiii Qui fratrem non diligit fratrem suum et Tercium est
appeticio boni Bonum autem est triplex secundum philosophum i de anima delectabile
vtile et honorabile quorum quodlibet mouet appetitum licet plerumque bonum
sit apparens et non existens igitur per corrupcionem appetitus sensualitatis ex
causis premissis multo magis inclinamur ad humanam amiciciam quam diuinam
Sed fallunt si bene consideret ex eisdem causis pocius cum deo amiciciam face-
rent quam cum homine vt quilibet dicere illud Canticorum v Dilectus meus candidus
electus ex milibus Si enim homines diligis ex causa similitudinis nature Con-
sidera quod propter hoc deus factus est homo Vnde eciam filium hominis in ewangelio
sepe se appellauit Magis est tibi diligendus quam aliquis alius homo
propter tria Primo quia ex ea causa es amicus hominis quia tecum est homo potius
debes esse amicus illius qui propter te factus est homo vt te redimeret ac cor-
pore et sanguine suo te enutriret Vnde dicit Augustinus Tu domine intimior
es intimo meo Sed dicet aliquis audis Si deus in presencia est nec
video nec audio nec sencio ipsum quod ergo possum eum habere amicum
Audeo Attende quid vides in homine amico tuo vtique nomen corpus
quod si solum animam tibi presens esset tu nolles adesse ex quo probatur magis
te amare animam amici quam non vides sed ex motibus corporis presentem in-
tellige quam corpus quod vides Sic habet Si deum qui in te est oculis
corporis non vides per effectus tamen eius presenciam cognoscere potes Ema-
nuel dicit Ambrosius super Lucam li. 1o Co iiii Non in loco deus videmus sed in mun-
do corde sed oculis corporalibus queritur nec circumscribitur visu nec tactu te-
netur nec auditur affatu nec sentitur in incessu et cum absens putatur

videtur et tamen prius non videtur Et subdit Denique ut dicit apostolus omnes homines
videbant nisi secundum carnem et tamen anima eius erat Qualis deus in nobis
esse per effectum cognoscatur videbant publice docet Bernardus in quodam sermone
Cogita inquit qualem te deus secundum corpus egregiam creaturam fecit atque
magis egregiam utpote ymagine creatoris insignem, rationis participem
beatitudinis capacem Considera ergo dignitatis potestatem Tercio enim homo
super cuncta creatura divine creavit Considera ergo largitatem divinam
Quanta tibi largitus est ad sustentationem quanta ad recreationem
quanta ad emendationem quanta ad consolationem quanta ad delectationem Hec
Bernardus Ex quibus evidenter cognoscitur divina presentia circa nos Item si habes
amicum ex tercia causa scilicet propter appetitum alicuius boni quod ab eo speras
consequi Considera quam multa bona ex amicicia dei consequeris Si
enim optas bonum delectabile considera quod omnis delectatio quam hic habere
potes ab amico est transitoria Vera delectationes in dextera dei in ami-
cicia illius delectatio bona Non enim habet amaritudinem eius conver-
satio sed leticiam et gaudium Sapientie viii Si queris bonum utile deus
incomparabiliter maiora bona tibi tribuit quam quicumque amicus ho-
mo ut patet per auctoritatem Bernardi inductam immo ecce ipse omnia donat Iuxta
illud Romanorum viii Qui enim etiam proprio filio suo non pepercit etc Quomodo ipse omnia
simul nobis donavit Sicut et Quis vero habebit amicum Deo propicium
Donum est datum credibilius hoc autem in illo solum amico habebit locum
qui bonorum nostrorum non eget Rursum si queras in amico bonum hono-
rabile Considera quod omnes honores et dignitates huius seculi ad suos
amatoribus sic sicut cito evanescunt honor autem et gloria quam dat amatoribus
suis manet in seculum seculi Unde petrus Damiani in quadam sua epistola Au-
di inquit pompa et favor seculi fumus est et aura cito evanescens
que si plerumque placet penitudinem inducunt et si delectant ad modicum
producto temporis spatio displicebunt Et hugo in libro de arra sponse
sic omnia bona mundana complectens sic ait Dic michi ubi sunt ama-
tores huius mundi qui ante pauca tempora nobiscum fuerunt nichil ex eis
remansit nisi cineres et vermes Quid profuit illis inanis gloria
brevis leticia huius mundi potentia carnis voluptas false divitie et
mala concupiscentia Et subdit Quicquid illis accidit tibi accidere potest
quia homo es de humo id est de terra venis et in terram redibis Hec ille Faciamus
ergo nobis amicum permanentem Teste ergo augustino super Iohannem qui ait deus
tibi totum est si esurias panis tibi si sitis aqua tibi est Cum ipso
Amico fideli nulla comparatio et non est digna ponderatio auri et
argenti contra bonitatem fidei illius Cum illo igitur debemus inire ami-
ciciam ut tunc merito ipse dicat verbum propositum Amice Sermo

Quomodo huc intrasti non habens vestem nupcialem

Ubi non attendo morum a deo districta examinatio et cum hec christiane reli-
gionis mistica designatio que attenditur in veste nupciali et quia tota
examinatio dei versatur circa vestem nupcialem ideo de utroque simul
tractandum est Sciendum igitur quod duo omnibus obmissis peccatis commissio-
nis istius solum examinat eum de peccatis obmissionis quod non habuit vestem
nupcialem Non enim obiecit sibi de malis que fecit sed solum quod non
habuit bonum quod habere debuit Nam ut dicit augustinus in quodam ser-
mone multi sunt qui putant quod eis solum hoc ad vitam eternam suffi-
ciat si mala opera non fecerint sed seipsos illa falsa securitate decipiunt
Vera ille qui dixit Declina a malo statim adiunxit et fac bonum
Spem enim in eternis tribuit amonet dicens Omnis arbor que non
facit fructum etc Non dicit que non facit fructum bonum malum sed que non facit
fructum bonum Similiter in proposito dominus non dicit Quomodo huc intrasti qui
tale vel tale peccatum perpetrasti sed aut non habens vestem nupcialem id est ca-
ritatem cum operibus Nobis diligenter est considerandum quod vocati ad nup-
cias christi et ecclesie religionis christiane sunt in triplici gradu diversi
status Vera quidam sunt in statu incipientium et simplicium christianorum

Alii sunt in statu proficientium et religiosorum Alii sunt in statu
perfectorum Et singuli pro statu suo debent habere vestem nuptialem
Quemadmodum videmus in statu mundi quod quidam ob insigne excellen-
cie et dignitatis portant vestes deauratas ut prelati et milites Alii
vestes deargentatas ut mulieres et divites Alii vero communes et
simpliciorem vestes Sic in proposito sunt status diversi in ecclesia dei et
multitudo eorum fiet quando hec Amice quomodo huc intrasti cum quilibet eorum debet ha-
beat vestem nuptialem statui suo congruentem Primo ergo videndum
est que sit vestis nuptialis Et unde dicatur vestis et unde nuptialis
Deinde qualiter quilibet secundum statum suum vestem huiusmodi debeat sibi comparare
Quantum ad primum sciendum quod vestis nuptialis est karitas que dividit
inter filios regni et perdicionis ut dicit Augustinus Sunt enim nonnulli in ecclesia
habentes solum fidem informem Et hii quamvis per deformitatem vestis prandeant
nuptias ecclesie sunt filii perdicionis et mittuntur in tenebras exteriores
ut in principio evangelii dicitur Alii habent fidem formatam scilicet karitate ad quos
bus Et hec est vestis nuptialis et hii sunt filii regni Dicitur autem
karitas vestis propter tria officia vestis Sicut enim vestes cooperiunt
nuditatem et turpitudinem sic et karitas operit multitudinem peccatorum
prima Petri iiii° et Iohannis v Et proverbiorum x Universa delicta operit karitas Beatus
inquit qui custodit vestimenta sua ne nudus ambulet Apocalypsis xvi° Secundo
habet etiam vestis fovere et protegere contra adversa scilicet contra estum frigus
et imbres Et ecce talis vestis scilicet karitas protegit nos contra estum temp-
tacionis contra frigus desperacionis contra imbres persecucionis et contra ven-
tos tribulacionis proverbiorum ultimo Non timebit domui sue a frigoribus nivis
omnes enim domestici eius vestiti sunt duplicibus quia duo sunt precep-
ta karitatis scilicet dei et proximi Tercio habet etiam vestis ornare membra sic
et karitas est ornamentum omnium virtutum Unde Bernardus super Cantica Et in medio
strati erant karitate prestrata Omnia omnes virtutes que consistunt in
medio substrata karitate ordinantur Que scilicet ornamenta Paulus enumerat
dicens Karitas paciens est benigna est non emulatur non agit per-
peram non inflatur non est ambiciosa non querit que sua sunt non irritatur
non cogitat malum non gaudet super iniquitate congaudet autem veritati
omnia suffert omnia credit omnia sperat omnia sustinet Karitas nun-
quam excidet Dicitur etiam karitas non solum vestis generalis sed etiam vestis
nuptialis racione sue singularis preciositatis Nullus enim contractus preciosior
est nupciis In ceteris enim contractibus pecunia vel res alia traditur
In nupciis autem utrorumque sponsus scilicet et sponsa tradit quod preciosius
habet scilicet se ipsum Et hinc convenit bene convenit karitas De qua Cantica viii°
Si dederit homo omnem substanciam domus sue pro dileccione quasi nichil re-
putabit quia vestit hoc precium eius sed Christus dei filius indutus fuit
qui ad nupcias veniens per nimia karitate voluit incarnari Et iam
eandem vestem sponsarum suarum scilicet karitatem qua singula membra induere voluit
Et ob hoc racione vestis nuptialis dicit hanc minimum vestes de pilis
caprarum seu ovium vel aliorum animalium vel de visceribus vermium vel serici
sericee vestes sed de suis visceribus contextam esse voluit ut ad
amorem eius intimum attendentibus latus suum aperiri ut amorem
quem intus est effundere permisit Unde Augustinus in libro de contemplacione domini secreta
patent inquit per vulnera in viscera per foramina corporis in per archa-
num cordis scilicet magnum pietatis misterium patent viscera domini
dei nostri plena dulcedine et karitate

De veste nuptiali Viso que sit vestis nuptialis Super-
est videre qualiter quilibet secundum statum suum vestem huiusmodi sibi debeat
comparare Unde sciendum quod karitas nullo alio precio vel simili potest
comparari nisi karitate eterna ut dicit Bernardus super Cantica Amor est
sibi ipsi meritum et premium amor autem preter se non requirit causam
nec fructum aliud extra se Nam fructus eius usus sive ipso quod
amat amo ergo quod amo ut amem Et subdit Magna res est amor

Sed tu retrat ad suu pncipiu hec ille Pncipiu quo nre karitate
dei karitas est quia ipe pcr dilexit nos vn no nisi ista karitate pos
sim9 nobis compare vestem nuptialem que est triplex sm triplicez
statu Nam incipientes dnt hre vestez strangulatam pficientes dnt
hre vestem deargentatam pfecti dnt hre vestem deauratam
Primo igr incipientes dnt hre vestem strangulatam i diuersoru coloz
varietate vermistam vn de mulere forti per quam etiam intelligitur
ul quelz fidelis anima dr ps vlt strangulatam vestem fecit
sibi sm ysi in ethie tco vrem strangulm est vestis discolor et
inde strangulata vestis vestis coloru varietate manu artificis
contexta Et sm glo signat facta opa caritatis et diuisa virtutum
eius ornamenta quasi coloru varietate distincta Per hmoi aute
colores quib res repntant visui possim9 intellige opa virtuo
sa ex quib pendet an aliquis habeat vestez nuptialem si karitatem
Sunt em qi quedam insignia karitate que sut septem
Primu insigne karitatis est madata dei custodire i Joh v hec
est karitas dei ut madata eius custodiam et Joh xiiii Si dili
gitis me ꝛc Scdm est de deo libent cogitare Nam vbi amor
ibi oculus et ubi thezaurus ibi et cor. ait vi vn fulgenciu in quo
dam sermone Nate eni quo pcesserat dilcionis thezaurus illuc
eciam sequat cogitacionis affectus Ideo vitas aut vbi thezaurus
tuus ibi et cor tuu vt igr in celis thezaurizaris eius celestia di
ligamus Vis nosce vbi thezaurizas attende quid amas atte
de quid cogitas Ita fac ut cor tuu ex tuo amore cognoscas et
amorez tuu indicio cogitacionis tue intelligas Terciu e de deo
libent loqui Ex habundancia n cordis os loquit ait xii Pris
Amatuu mos est hic ut amore suu silencio tege solent Quartu
est loqui libent cu deo aut loquit in oracione sm Augo Et hec
ex amore procedit libent quis loquit cu dilecto Can i Indica m
que diligit anima mea ꝛc Et ps En dilectus meus loquit michi
Vn exod xxxiii legit q moyses loqueba cu dno qsi amicus cu amico
suo Talis aut oracio ex amore prumpens libent pdeum audi
a deo Eccl iiii Qui diligit deu in oracione exaudiet Quintu est
verbi dei libent audicio et auditi memorie retencio Joh xiiii
Qui hz madata mea et seruat ea ille est qui diligit me vnde
de virgine maria dr luc ii Et conseruabat omnia hec vba Sextu
est domu dei frequentare Vn Andreas cu alio discipulo cu inci
pent nosse ꝛ amare deu querebat ei hospicio Joh i magr
vbi habitas Et de Anna pphetissa dr luc ii q no discedebat
de templo Et ipe xpe cum esset annorum xii inuetus e in templo
Septimu est libent p deo dare dare em elemosina e karitatis
effectus vn i Joh iii Qui hmit sbam huius mdi ꝛc hec sut septem
insignia strangulate vestis que e vestis nuptial simplicium xpianez
qtitu ad incipientes Quantu vo ad pficientes supaddunt duo
alia in argento designata vn isti dnt hre vestem deargentatam
Primu horu est verbo et exemplo alios ad karitatem attrahere
ut pficiens no tm sibi s eciam aliis karitas em actiua est Je in
In karitate ppetua dilexi te Et ose xi Traham vos in funiculo
karitatis Scdm est aduersa amore dei paciens tolerare Cari
tas em paciens est et omnia suffert i Cor xiii vn Greg pe
na quippe integrat si quis deu pfecte amat Et istud sm natura
exigit ad sm Cima sic dt Grege Non pt quis veracit bona
docendo impende si vincendo equanimiter nesciat tolerare ma
la hec sunt due penne columbe de argentate de qua dr
in ps per columbam intelligit fidelis aia de qua dr in Cant
vna est columba mea hec columba sm glo est deargenta
ta diuinis eloquiis erudita per argentu em designat di
vinu eloquiu vn in alio ps Argentu igne examinatu ꝛc

inter omnia metalla, nichil est quod dulcius tinniat argento (superet) sic inter omnia eloquia sermo divinus dulcius insonat menti. Et hoc quantum ad primum. Et requiritur quod tale argentum sit igne tribulationis examinatum, et hoc quantum ad secundum. Debet etiam esse purgatum septuplum, includendo videlicet in se septem insignia incipientium premissa. Oportet enim proficientes in se per sumptionem illa septem et ultra illa supererogare hec duo quibus et etiam ipsi pertingunt quodammodo ad actum perfectorum. Nam et ipsi perfecti eadem duo complectuntur sed excellentius. Unde subiungitur de ista columba deargentata quod posteriora dorsi eius in pallore auri. Anteriora quippe columbe scilicet in collo et pectore sunt pulcre decolorata quantum ad incipientes. Penne vero eius sunt deargentate ut dictum est quantum ad proficientes. Sed posteriora dorsi eius in ultimata scilicet perfectione sunt in pallore auri quantum ad perfectos de quibus sequitur. Tertium autem ad perfectos. Ultra omnia premissa superaddunt alia tria quibus veste eorum nuptiali de eis explanatio insignita. Primum est voluntatem dei in omnibus beneplacitis suis tam in preceptis quam in consiliis adimplere. Joh. xiiii. Si quis diligit me sermonem meum servabit. Non dicit solum mandata sed sermonem meum ut comprehendat etiam consilia que continentur in sermone domini in monte Math. v. Secundum est non solum sufferre patienter mala, quod est proficientium, sed etiam in tribulatione gaudere ut dicit apostolus In tribulatione gaudentes. Luc. v. Cum vos oderint homines etc. Unde Gregorius v. moralium. Mens inquit mens amorosa si forti inquit intentione in deum dirigitur quicquid in hac vita sibi amarum sit dulce estimat esse ut quod estimat requiem putat. Tertium est divine sapientie fulgorem in contemplatione sentire. Joh. xiiii. Qui diligit me diligetur a patre meo. Et hec tria designantur in auro. Per aurum enim intelligitur perfecta caritas que se extendit non solum ad precepta sed etiam ad consilia. Cant. i. Murenulas aureas faciemus tibi etc. Murenule secundum glossam sunt catenula aurea per quas significatur perfecta et omnimoda completio virtuosa omnium divinorum preceptorum et consiliorum, que bene dicuntur auree. Sicut enim aurum inter omnia metalla et obedientius lenius malleis et usque ad consummationem se malleari et extenuari patitur. Ita verus obediens ita ductibilis est ad quelibet mandata et consilia quod etiam in minimo non resistit. Dicuntur autem iste murenule vermiculate argento id est divini eloquii et tolerantie varietate distincte pro statu videlicet perfecti et contemplativi secundum temporis varietatem. Nonnumquam redeunt ad exteriorem actionem et ergo. Et hoc signatur hic dicitur quod columbe deargentate posteriora tendunt in aurum per quanto in actionem tenditur ad contemplationem. Murenule auree vermiculantur argento per quanto a contemplatione virtus summi reddunt ad actionem. Et hoc quantum ad primum. Per aurum etiam intelligitur perfecta patientia. Nam sicut aurum in fornace probatur Sap. iii. Sic homo perfectus per tribulationem clarior efficitur. Et hoc quantum ad secundum. Per aurum etiam intelligitur sapientia divina. i. Mach. vi. Refulsit sol in clipeos aureos et resplenduerunt montes ab eis. Clipei aurei sunt viri contemplativi in quos refulget sol divine sapientie et resplendent eminentes virtutes ab eis. Et hoc est aurum quod magi obtulerunt domino. Unde ut dicit Leo papa primum fulgore mediam intenta contemplatione eminentes ad agnitionem veritatis greve splendore ducuntur. Huius itaque tribus auri signatis insignitur veste nuptiali perfectorum. Unde de statu eorum ut qualis [illegible] decore et apparatu. Unde illud psalmi Astitit regina a dextris tuis etc. Licet enim quelibet fidelis anima in quocumque statu existat possit dici regina et sponsa et stare a dextris quia de numero electorum non tamen omnes sunt in vestitu deaurato sed incipientes sunt in vestitu stragulato, proficientes sunt in vestitu deargentato, sed soli perfecti sunt in vestitu deaurato ut visum est. Et hoc unicuique regina circumdata varietate omnium virtutum donorum et beatitudinum et fructuum spiritualium que omnia in premissis xxi insigniis vestium nuptialium implicantur. Quibus vestibus nuptialibus nos vestire dignetur qui est benedictus in secula seculorum. Amen.

Hic possunt esse quatuor dubitationes. Prima

Utrum per vestem nuptialem intelligatur karitas Secundo utrum in inferno sint tenebre corporales Tercio utrum certus sit numerus electorum Quarto utrum numerus electorum sit maior quam numerus dampnatorum Ad primum est dicendum quod secundum Gregorium per vestem nuptialem karitas intelligitur quia hanc ipse habuit cum nostram humanitatem assumpsit et totam ecclesiam sibi copulavit dicente apostolo propter nimiam karitatem qua deus dilexit nos misit filium suum in similitudinem carnis peccati omnes autem vocati ad fidem sine karitate dicuntur non habere vestem nuptialem et merito Nam vestis nuptialis triplex est Primo sponsi comitatione non enim conveniunt induti veste nuptiali nisi qui sunt intimi amici sponsi et iuncti sibi Secundo luctus et tristitie expulsione non enim veste nuptiali induuntur gravati doloribus et tristitia sed leti et gaudentes Tercio reproborum a probis distinctione Nam per vestem nuptialem distinguuntur et discernuntur approbati et reprobati a sponso Ista ergo tria facit karitas Primo ipsi sponsi coniunctionem quia qui sibi adheret per karitatem unus spiritus efficitur cum eo nulla enim virtus coniungit hominem ipsi sponso nisi karitas Secundo luctus et tristicie peccatorum expulsionem dicit enim Iacobus quia karitas sola operit multitudinem peccatorum Nam mens que est plena karitate est quasi iuge convivium ... quod peccator sed est tristis et de se ipso non gaudet secundum quod philosophus dicit sed existens in karitate sed est letus Tercio reproborum distinctionem dicit enim Augustinus xv de trinitate quod nisi alicui tamen impartiatur gratia spiritus sancti ut eum faciat dei et proximi amatorem a sinistra nunquam transfertur ad dextram et subdit quod sola karitas est illa que dividit inter filios regni eterni et perditionis eterne Merito ergo karitas vestis nuptialis est appellata Augustinus enim dicit quod veste nuptiali ille caret qui in communibus operibus bonis gloriam propriam quesierunt et non sponsi quibus dicet per salvatorem nescio vos Ad secundum est dicendum et videtur quod non sit bonum videbunt aliquos electos ad suam gloriam ingredi illos quos contempserunt ergo similiter si mali videbunt in morte confundi maxime quos alios exemplo malo dederunt Sed contra ergo similiter dicit eos videre quod non sit sine luce ergo et ... lux naturaliter sequitur ignem ergo ubi est aggregatio ignis ibi est et congregatio lucis sed hoc est in inferno ergo et Contra hic dicitur ligatis manibus et pedibus proicite eum in tenebras exteriores super quo verbis Gregorius Si illic lucem haberet qui repellitur in tenebras exteriores mitti nequaquam diceretur Dicendum est quod ignis est in triplici differentia Est enim ignis purus ut est in spera sua Et est ignis incorporatus ut est in materia aliena ut in terra vel aerea et est ignis non tantum incorporatus sed est permixtus ut ignis sulphureus et fumosus Primus est lux et pure lucet Secundus est ignis carbo et flamma hic autem lucet et tenebras expellit Tercius est ignis fumosus potest ergo illuminare ad videndum delectabilia vel ad videndum incerta ut ad videndum tristia et horribilia Et quia conclusio hec in inferno est ignis fumosus et permixtus patet per id quod dicitur pluit super peccatores laqueos ignis sulphur et spiritus procellarum ergo ibi est ignis sulphureus et per consequens fumosus et permixtus Secundum ergo in inferno est lux que illuminat ad videndum tristia et horribilia patet per illud Ysidori in libro de summo bono quod dicit ignem gehenne lucem habere ad aliud et non habere veram lucem lucebit enim ad desolationem ut habeant unde doleant non ad consolationem ut habeant unde gaudeant Sed contra dulce est lumen et delectabile ad videndum ergo si sit in inferno lucem habent delectationem videtur lux pura est delectabilis sed lux fumositatibus grossis permixta potius est tristabilis et illi grossissimi fumi causant tenebras horribiles Sed tunc investigandum an in dampnatis sint tenebre spirituales quantum ad actum cognoscendi videtur quod sic triplex est actus lucis corporalis scilicet manifestare dirigere et delectare sic et in luce spirituali Si loquimur quantum ad primum actum qui est manifestare sic per non oppositam conclusionem Et non sunt simpliciter extra lucem spiritualem quia aliqua sunt eis manifesta hoc patet quia aliquibus sunt remota cognita sed cognita non removet nisi de peccatis que cognoscit Si autem loquimur quantum ad secundum actum lucis qui est dirigere sic dico quod erunt extra lucem spiritualem quia non po-

terunt dirigi Erunt enim extra omnem viam tempus loci boni agendi Erit vero
Enim nec opus nec racio ut dicitur est apud inferos quo tu properas Sic
tu ad tercium actum lucis qui est delectare sic erunt extra lucem spiritualem omnino
quia nichil cognoscent actu in quo delectentur Erunt enim omnino absorpti a
magnitudine penarum ita ut non liceat eis cogitare aliqua delectabilia
Ex hiis patet quod in dampnatis est memoria peccatorum preteritorum ad mesticiam et
dolorem et confusionem non ad aliquam directionem vel consolationem quia non erit
eis memoria dei ut convertantur vel reuertantur ad ipsum aut delectentur in ipso
Unde Abraham legitur dixisse diviti epuloni Fili recordare quia rece-
pisti bona in vita tua et lazarus similiter mala luce xvi Sed tunc oritur
dubium an beati recordentur suorum peccatorum remissorum Dicunt aliqui quod
recordentur peccatorum commissorum nec tamen est eis ad penam sed gaudent de misericordia
divina remittente et liberante a pena et hoc probatur per illud psalmi Mise-
ricordias domini in eternum cantabo Ubi beatus gregorius Quomodo misericordias domini
in eternum cantabit qui miserie non meminit Sed contra hanc recordationem qua
recordatur quis se peccasse sequitur velle sive complacere aut nolle sive
displicere aut nec placet nec displicet Si primum tunc beatus malus
est quia complacet in peccato Si secundum miser est quia nolitum evenisse quod scit
evenisse causat tristiciam tristicia est de illis rebus que nobis nolentibus acci-
dunt Si tercium nec sic nec sic vero malus est Si enim viator non potest cum plena
deliberatione recordari peccati commissi quin detestetur vel displiceat alioquin
admictit peccatum obmittendo quanto magis ad hoc tenetur beatus Secundo enim
caritas magis ligat beatum quam viatorem que est perfecta dei dilectio
que semper impellit ad odiendum illud quod est contra deum quod actu
cognoscitur et cogitatur Quod autem adducitur de psalmo et ex hoc arguitur
Respondeo in ubi meminit mise-
riam non causabit qui miserie non meminit possibile est totaliter deleri a memoria
quia iam scit se beatum Dico tamen quod possibile nec in hoc derogat beato ymmo videtur ad bea-
titudinem peccatum quod ipse commisit nec in hoc Si enim innocentes gaudent de innocen-
tudine accidentalem eius pertinere Si enim gaudet de innocencia
spirituali gaudio licet iste qui peccavit non potest gaudere de innocencia
tamen potest esse eius secundum gaudium tamen potest innocencia de eius memo-
ria tunc esse eius secundum gaudium habeat aliquam memoriam tristicie potest-
tia deleri ut de illa non habeat aliquam memoriam tristicie propter peccatum commissi nec vin-
cit deus stante memoria habituali peccati commissi propter illud commisisse et hoc tamen sufficeret
quam erat in actu considerandi se illud commisisse Ex natura tamen noticie habitualis
ad excludendum occasionem proximam tristicie quia et secundum philosophum Quecumque
vel actualis non facit illud in aliqua impressione quia et secundum philosophum
oblivisci et turpius melius est quam remisisti quod maxime unde est loquendo de 10
qui turpe commisit enim penale est remisisti Nullum ergo inconveniens est
peccata preterita esse abscondita vel oblita beatis Sed si hoc non placet sed cum
remanebit in eis memoria habitualis peccatorum et quamquam exibunt in actualem
recordationem tunc ad vitandam tristiciam in beatis dicendum est quod deus suspendit
causalitatem illam quam recordatio nata est habere respectu tristicie et
hoc quidem possibile est Sic suspendit naturalem actionem ignis respectu trium
puerorum in camino Sed tunc erit miraculum quotiens recordatur quod non tristetur
vel si fugit miraculum oportet dicere Est causa naturalis potest impediri per contrarium
excellens ne causaret effectum et maxime quam contrarium totaliter replet
capacitatem passi Ita in proposito gaudium de opposito beneficio totaliter
replet capacitatem beati et ideo non est capax tristicie quia nata esset
consequi istam recordationem quia secundum philosophum i ethicorum delectacio vehemens
excludit quamlibet tristiciam non solum contrariam sed etiam contingentem Con-
sequenter nolle respectu istius recordationis seu recordati ergo non habet quamquam
vult ergo non est beatus Secundo beatus habet quicquid vult et quicquid vult hoc est
velle eciam non fuisse non habet hoc arguit miseriam Ad idem arguitur
quod ille arguitur quod in inferno est lux obscura et fumosa et sic est ad augen-
dam miseriam eorum Ad tercium est dicendum quod numerum electorum esse
certum dupliciter potest intelligi Primo secundum collacionem presentis vite secundo quantum
ad consecucionem eterne glorie Primo modo numerus electorum non est certus quia omni
die augetur et diminuitur secundum amissionem et recuperationem gracie Aliquis
enim nunc est in gracia et caritate et sic electus est per graciam et caritatem
aliquis deo eligitur et cras cadet in peccatum et perdit caritatem et non

erit electus Nam Judas quidem fuit unus apostolus et autem diabolus intravit
in cor eius ut traderet magistrum in gratia erat et electus erat unde dicitur
nonne xii vos elegi et postea subdit unus ex vobis diabolus intrat in cor
eius perdidit gratiam et non fuit electus Igitur secundum collacionem presentis vite
numerus electorum non est certus quia potest augeri et minui et potest homo
eligi et non eligi quemadmodum est in hac presenti vita sic potest gratiam perdere
et recuperare ymaginatur enim Anselmus omnes homines esse nudos quia sunt
sic sunt omnes expoliati gratia deus ergo sua pietate et gratia et misericordia
porrigit vestem ut recipiant gratiam et caritatem Aliqui igitur recipiunt
hanc vestem et acceptam quia in potestate possunt homines illam velle
recipere et non recipere et illorum qui recipiunt aliqui bene utuntur et perseverant
aliqui vero male utuntur et dimittunt Similiter illorum qui non recipiunt
nunc possunt sic se disponere ut postmodum recipiant et sic quantum ad recep-
cionem gratie numerus electorum non certus non est Ut dicit Augustinus in libro de predestina-
cione et gratia Nam deus eligit homines ad eternam gloriam et certa noticia
et presciencia cursus eiusdem variacionis presentis temporis et variacionis sta-
tus et condicionis hominis elegit enim deus hunc hominem consecuturum eternam
gloriam mediante collacione sue gratie et usu sui liberi arbitrii in bonum
et mediante operacione bonorum et detestacione malorum mediante ob-
servacione suorum mandatorum et mediante casu in peccatum et penitencia
et recuperacione gratie Ita quod ista electio totum ordinem cursus presentis
temporis et totum statum variacionis status et condicionis hominis includit principa-
liter cognitum et prescitum a deo ante mundi constitucionem Et de ista electione
loquitur salvator Johannis xiii dicens Et ego scio quos elegerim non enim
sicut angeli dei scit res quia sunt sed ideo sunt quia novit eas Ad ceterum
eciam quod nunc imperatorem incomparabiliter excedit unum electorem duplicit-
er potest intelligi vel probari Primo autem Christus dicit Mathei vii Arta et stric-
ta est via que ducit ad vitam et pauci intrant per eam Et lata et spaci-
osa est via que ducit ad perdicionem et multi intrant per eam Ex racione
quia iste bonus homo dupliciter est bonum nature proporcionatum non excedens limi-
tes nature Et respectu istius boni inveniuntur in paucioribus sic hic suf-
ficienter cognicionem ad regimen vite que convenit pluribus et deficit a lu-
mine et omnia excedit limites nature sic hic scit omnium rerum intelligi
bilium videns quod paucioribus convenit et deficit a lumine scit quod convenit pluribus
non obstante quod iste bonum non excedit limites nature quantum ad magnitudinem
sed quantum ad aliquam difficultatem Unde dicit philosophus primo Ethicorum quod omnium rerum sa-
piencium limitem ostendere et principium scire investigare quamplurimum honorare
et super omnes homines homini admirari Cum igitur respectu boni eterni
omnino excedit limites nature respectu eius convenit paucioribus et de-
//respectu fieri a perseverancia eius convenit pluribus

**Tunc abeuntes pharisei consilium inierunt ut ca-
perent eum in sermone Et mittunt ei discipulos
suos cum herodianis dicentes Magister scimus
quia verax es et viam dei in veritate doces et
non est tibi cura de aliquo Non enim respicis
personam hominum Dic ergo nobis quid tibi videtur
licet censum dare cesari an non** Hic ostenditur iudei
contradicentes divine veritati ipsam impugnando Et dividitur in
duas partes Prima primo impugnaverunt ipsum de veritate iusticie
secundo de veritate doctrine ibi In illo die tercio de veritate vite ibi
Pharisei autem audientes Prima in duo Prima primo ponit phari-
seorum fallax interrogacio secundo ponit Christi prudens responsio ibi Cognita
autem ihesus nequicia eorum dicit ergo Tunc abeuntes pharisei discessi
a Christo ad herodianos Non aliud est ire aliud quam abire Nam

ne dicat accessum ad tm̄ Abire ait di recessum z elongacōm a
termino Signat aut de istis dt circanta q abierut q̄ a dei
gracia, a veritate, et a deo, ymo et a semetipis abierut Joh viii
Abierut retrorsum z ceciderut in terram pharisei qui sunt diuisi z.
ideo abierut ab vnitate pacis et concordie Consiliu inierut
Dei penit Symeon quo ad phariseos, et leui quo ad sa
cerdotes fuerut p concordiam in malo. vasa bellancia con xpm
in consiliu eorum no veniat anima mea Isti pharisei plurics
con xpm consiliu inierut Primo vt xpm cesari censum redderent
ut sic Scdo ut eius nome extingwerent Joh xi Collegerunt
pontifices et pharisei consiliu Tercio ut eum morti traderet
mt xxvi Et statim mane facto consiliu faciebant z Vt cape
rent ihm in sermone, vt audiret eu aliquid dicente vnde
cius posset eu cape in verbis ut haberet mam eu accusandi
apud cesarem q̄ no poterat eu cape in malo ope, et q̄ faci
lius ho capit in verb q̄m in facto Ideo volebat eu cape in
sermone Ecce iniquu consiliu Quia illu volebat cape qui
a cathenis pctorum opm diaboli venerat nos liberare Ja Joh
iii In hc apparuit virtus dei ut dissoluat opa diaboli, illu vo
lebant cape et occide, qui volebat nos vitam dare Joh x Ego
veni ut vitam habeant Illu volebat cape qui venerat nos
in dei filios adoptare I Joh iii videte qualem caritem dedit
nobis dns ut filii dei vocemur z simus ppt hc no nouit mundus nos
q̄ no nouit eu Illu volebat cape, qui de tenebris miserie
huius ad celeste regnum venerat nos transferre Colos Qui eripuit
nos de ptate tenebrarum, et transtulit in regnum filii dilectionis
sue Et iniquum consiliu volebat facere Ideo ad iniquos consiliarios
se contulerut Non enim venerat ad sapientes z timentes deum
Ecce stulticia ineffabilis, demencia desperabil, z presumpcio irreprehensi
bilis, q̄ sicut no pt errare summa sapia ~~no pt errare~~ in sermo
ne, nec verbum eternum in vbo transitorio inplicari volunt sapienciam
summam cape in sermone Vn Crisostomus Statim erat qui volebat capere
ihm in sermone, q̄ sic albedo no pt esse nigredo sic qui essencial
verbum est no pt capi in sermone Ecce totiens confutati ab im
pugnatione no cessat Vn Crisostomus, licet omis malicia confundatur
aliquotiens rone veritatis, corrigitur aut nunquam, maxime eius qui
ex malo proposito et no ex ignorancia peccat sic hc ceteri Ecce
pessimi eni sacerdotes parabolare rone constructi. ecce nunquam corripuit
eos timor no vtique, sed quid abierut et consiliu fecerut, quemad
admodum si aliquis claude volunt aq meatum, que si ibi inclu
sa fuerit aliqua violencia, aliunde sibi semitam rupit Sic eni no pt
fieri ut lingua dimittendo extingwas intendum, sic no pt fieri
ut rem dicendi placeas homini malo Et infra habuerut consi
lium cum herodianis, quale est consiliu, tales z consiliatores qui in
sticiam tenet nullus indiget, Qui autem diaboli vias ambulat du
abolum proximum necesse est Et mittunt ei discipulos suos Non acces
serunt pharisei p seipsos ad xpm ut dicit Crisostomus ppt duo Primo q̄
aperti erant inimici xpo z sibi noti non cogitabant, q̄ coram eis
caueret sibi de verbis Scdo q̄ apud omnes psim notum erat pharise
os pregrinu xpm ppt quod mis credendum fuisset eis. Discipulos vo
miserut Crisostomus q̄ incogniti facilius deciperet eum ut ipsi hosti minus
erubescerent, sicut et Crisostomus aptatur discipulos etate minores

Cam

malicia parer. Nam pulli serpentum statura breviores sunt, ve
neno tamen equales. Sic et catuli luporum et si venacione nocere non possunt
iam tamen sanguine gaudent et morsibus ludunt. Cum herodianis
etc. Cogitabant si nos soli cum eis interrogaverimus christum et si eius
dixerit quod non licet dare cesari, tamen nemo credet nobis dicentibus
contra eum. Nam enim omnes sciunt quod inimici eius sumus. Etc. Dicit
herodianos milites esse herodis vel ministros. Quos ideo miserunt
ut si quando diceret ipse cesari non dari tributa statim a ministris
regis comprehenderetur. Jeronimus vero dicit herodianos esse iudeos qui
bus videbatur cesari solvenda esse tributa, quos pharisei de
rysorie vocabant herodianos eo quod de voluntate et parte
essent herodis. Et non quod illud mirum esset secundum sunt feria tercia
ante passionem. De herode legitur quod ipse tunc erat in urbe propter so
lempnitatem pascalem. Sic ergo milites herodis missi sunt cum
discipulis ut in sermone statim caperent eum ut punirentur.
Postea ponitur adulacio simulati proemii, licet et proemium laudis
quod sibi dicebant fraudulenta et corrupta intencione dicebant,
vera tamen dicebant. Et primitus in hanc laudacionis proemio titulus ve
nerabilis. Venerunt eum dicentes Magister, ipse enim singularis
est magister in celo et in terra, qui illuminat omnem hominem venientem in
hunc mundum, sic dicitur. Qui novit artes et maiore statione veneran
dus est magister artis vero dei patris omnipotentis, qui sua arte hunc
mundum produxit et nichilo, celos et sua virtute formavit, fixit sidera
claritate vestivit orbem, elementa distinxit. Sic de primo vero eum pre
parabat celos aderam etc. Sed propter hoc ingenium creacionis aliud ma
gisterium attulit nobis veritatis et virtutis. Prospiciens enim hic supre
mus artifex de celo super filios hominum, vidit quod non erat intelligens
quisquam aut requirens deum, omnes declinaverunt a veritate et inutiles
facti sunt usque ad unum non erat qui bonum faceret. Sic hic magister de
scendit ad herrantes ut scolas congregans humilium. Discite ergo
a me quia mitis sum et humilis corde. Joh. xiii. Vos vocatis me ma
gister et domine etc. Deinde quod omnis magister profitetur veritatis
triplicem in eo veritatem commendant scilicet vite, doctrine et iusticie.
De veritate vite dicunt Scimus quod verax es in vita tua non
simulator. In ipso enim nichil fuit falsum, verus enim deus est
verus homo, vera anima, vera caro, vere passionis nece mortis
vere resurreccionis, vere ascensionis, vere virtutis et non ficte. Ysa.
xxxviii. Memento quomodo ambulaverim coram te in veritate etc. Ipse enim
de se dicit Joh. xiiii. Ego sum via veritas et vita. Secundo commendat
in eo veritatem doctrine. Et viam dei et qua scilicet pervenitur ad
deum, hec via arta paupertas est, hec via despecta est humilitas
hec via laboriosa est penitencia, hec via caritas est ut dicit Apostolus.
In veritate doces. Docet magister in veritate qui non mentitur, et qui
veritatem non abscondit, et qui propter solam veritatem non alia
intencione docet. Christus autem non est mentitus ut dicit Ysa. liii. Cum peccatum
non fecit etc. Sic et qui veritatem abscondit psalmus Non abscondi veri
tatem tuam a concilio multo. Joh. xviii. Ego in hoc natus sum ut testimonium perhibeam
veritati. Docuit quod non quesivit gloriam mundi. Joh. viii. Si veritatem
dico vobis quare non creditis michi. Ego enim gloriam meam non quero.
Tercio commendat in eo veritatem iusticie. Cum triplici via dei in veritate
docetur. Primo qui vere et non false viam dei docet. Nam

Quia verum fidem via dei non in veritate docetur sed in falsitate
sicut docent iudei et sarraceni et omnes qui veram fidem non habent
Sed fundamentum et principium ingressus vie dei est fidem habere. Crede-
re verbum oportet accedentem ad deum. Christus cuius est tota fides
in qua doceri oportet et quem credi est necesse. Et ideo recte docuit
viam dei, quia se ipsum docuit esse viam dei per quam ad deum venitur
Joh. x Ego sum hostium per me si quis introierit salvabitur. Quarto
qui quod docet opere adimplet, ut si contempnit mundana doceat
ipsa predicator contempnere. Christus enim erat doctor verbo et opere
et erat lucerna ardens et lucens ut Joh. baptista. Sic docuit apostolus
Actuum i. Cepit facere et docere. Et docuit apostolus qui dicebat Ro-
manorum xv Non enim audeo aliquid loqui eorum que per me non efficit christus
Quinto qui doctrine que docet deus perhibet testimonium. Marci ultimo
Illi autem profecti predicaverunt domino cooperante et sermonem confir-
mante sequentibus signis. Sic doctrine Christi deus testimonium red-
didit et verbo et signo. De primo Mat. iii Hic est filius meus dilectus.
De secundo Joh. x Opera que ego facio in nomine patris mei hec sunt
que testimonium perhibent de me. Sexto commendat in eo veritatem insti-
cie ubi: Et non est tibi cura, id est sollicitudo, timor vel pavor de aliquo nec
propter veritatem taceas ut non exequaris. Et licet ei sit cura de omni-
bus quantum ad gubernationem et providentiam Sap. vi Cum omnia per ipsum omnia
facta sint, tamen non est ei cura de aliquo propter pecunias vel divitias
vel dignitatem vel aliquid aliud, non dicat verum et faciat quod
iustum est et bonum est. Malach. Ego deus et dominator. Et hoc
est quod subdit: Non enim respicis personas hominum. Non enim respexit
dignitatem angelice nature qui eos de celo ad inferos precipitavit
nec respexit paucitatem humane nature qui duos tantum scilicet virum et mulie-
rem de paradiso eiecit et morti condempnavit propter inobedientiam et
gulam, nec respexit multitudinem hominum quos omnes preter octo propter
luxuriam in diluvio delevit. Et ideo recte dicunt: Non enim respicis,
id est non attendis personas hominum sed merita potius. Ideo scimus quia verax
es et quod non dimittis propter maiestatem Cesaris quin iuste diffinies
quod verum est. Non est ergo in te defectus vite vel defectus sciencie
nec defectus iusticie sed indistincte dicis veritatem maioribus et mino-
ribus sine acceptione personarum. Ad Ro. ii Non est acceptio apud deum
personarum. Sed heu multi moderni faciunt qui pauperes delinquentes publice
arguunt et confundunt, sed divitibus maiora peccantibus parcunt
aut minime corrigunt. Dicit Crisostomus super Mat.: Circa peccata sacerdotum maxi-
mum est quod personas considerat et non causas, videlicet iustos et paupe-
res despicientes, iniustos divites promovet et exaltat. Greg. in pasto-
ralis: atque est honor non quia hoc sed propter aliquid quod circa ipsum est hono-
rare. Et intelligitur de honore qui fit in medio ubi nec paupe-
tas nec divicie sunt in medio respicienda. Vel ut ait glossa Crisostomi:
magistrum eum vocant et veracem magistrum ut quasi venerando eum decipe-
rent, et ut quasi laudatus et honoratus misterium sui cordis simplici-
ter eis aperiret, tamquam volens eos habere discipulos. Hec est impotentia
prima simulatio laudatio. Laudat enim quos perdere voluit ut per
delectationem laudis paulatim corda hominum ad simplicitatem beni-
gne confessionis incluet. Et ponit exemplum de thauri ferocis
quos qui vult capere mollibus nodosam stringit cervicem omnibus
manibus, et quem virtute tenere non possunt, per blandimenta com-
prehendant, sic et isti cathenam sub dolo laudis portantes

in ore et malitie gladium abscondentes in corde. Thanatum callasti
grege dolo laudis deprehendere festinat. Hic Crisostomus super Mattheum plures sunt qui
hominibus in presentia adulantur, et in absentia detrahunt. O quam
plenus est mundus huius et illis pestiferis hominibus, a quibus custodiat
nos deus. Commentator super Augustinus super psalmum Duo sunt genera persecutorum scilicet vitu
perancium et adulancium, et plus persequitur lingwa adulatoris
quam manus interfectoris. Debent igitur vitari adulatores propter
pericula triplicia scilicet primo quia sunt sicut aucupes animas capientes. Secundo sunt
sicut Syrene dulces animas in peccatis dormire facientes. Tercio
sunt sicut scorpiones et apes. Quarto sunt sicut fricatores. Primo igitur
adulatores sunt aucupes animas capientes Proverbiorum xxix homo igitur
qui ficte blandisque sermonibus loquitur amico suo rethe expandit
gressibus eius. Sed debemus esse oculati ut eorum fallacias preui
deamus Proverbiorum i Frustra iacitur rethe ante oculos pennatorum. Unde quidam
philosophus nepos platonis cuidam adulanti ait Desine adulari michi
perficias ut te intelligam. Secundo sunt sicut Syrene dulces animas in peccatis
dormire facientes Ysaias xiii Syrene in delubris voluptatis. Sy
rene sunt pisces marini habentes speciem mulieris que ita dulciter
cantant quod nautas obdormire faciunt, et sic naufragium patiuntur.
Sed sapientes naute aures claudunt et sic euadunt. Syrenes iste
sunt adulatores qui peccatores dormire faciunt in peccatis Ysaias iii Populle
meus qui te beatum dicunt ipsi te decipiunt. Sed dicit quod sibi claudere
aures spinis a dulcis reprehensionibus Ecclesiastici xxviii Sepi aures spi
nis et noli audire lingwam nequam. Jeronimus Nos autem ad pa
triam festinantes mortiferos Syrenes cantus surda debemus au
re transire. Tercio sunt sicut scorpiones et apes. Scorpio enim blan
ditur facie et cauda pungit. Apis mel portat in ore sed pun
git a parte posteriori, sic et illi in facie laudant, et in absentia
vituperant. Ideo illi apes et scorpiones et serpentes sunt expel
lendi. Jeronimus in epistola ad matrem et filiam Cuius virginis nam serpe
ntem securum prope caput, quem si non penetrat saltem sollicitat
securus est cum pure non posse qui nam pro tua non perisse. Seneca
sed suum venenum blanda adulatio. Quarto sunt sicut fricatores
fricant enim sermonibus blandis quem non possunt vincere minis. Sic
ponit exemplum Crisostomus in Thanatos: quem si non potest per quemvis viribus subiugare
fricat manibus eius carnem et sic ipsum apprehendit. Sed non debet
aliquis sustinere ut quis eum fricet oleo adulacionis impingwet.
Psalmus Corripiet me iustus in misericordia et increpabit me, oleum autem pec
catoris non impingwet caput meum. Unde enim dicit Proverbiorum xxvii Me
liora vulnera diligentis quam fraudulenta oscula odientis. Ecclesiasticus
autem adulando sic eum laudamus preuenti ... quibus esse
nigri falsitate quatuor modis Primo mendacium asserendo Romanorum i Com
mutaverunt veritatem in mendacium. Secundo veritatem tacendo Augustinus Uterque
reus est apud deum, qui veritatem occultat et qui mendacium dicit,
ille quia prodesse non vult, iste quia nocere desiderat. Tercio veritatem
peruertendo sicut faciunt mali iudices qui munere vel timore ve
ritatem iusticie corrumpunt Proverbiorum xviii Accipere personam impii non est
bonum in iudicio ut declinet a veritate iudicii. Quarto veritatem
non defendendo que est desideranda usque ad mortem Ecclesiastici iiii
Usque ad mortem certa pro iusticia. Cristus autem fuit niger veritatis
primo quia veritatem semper in ore habuit. Ideo dicit Gregorius quod veri
tax es Non enim aliquod mendacium dicere poterat quia erat deus. Hebreorum vi
In quo impossibile est deum mentiri. Secundo veritatem non tacuit. Ideo dicunt
Et viam dei in veritate doces. Johannis viii Ego autem quia veritatem
dico vobis non creditis mihi. Tercio veritatem iusticie nec timore

nec minime in iudicio pervertaret Ideo dicitur Et non est tibi cura
de aliquo Job xxxvi Numquid timet te et veniet te in iudicium pro
ut non recipiat pro redemptione dona plurima Certo veritatem defendit
Ideo dicitur ei Non enim accipis personam hominum defendit eum usque usque
ad iniuriam irrogationis quia verbis iniuriosis fuit lacessitus usque
ad rerum expoliationem quia fuit vestibus denudatus usque ad verbere
percussionem quia fuit ad columpnam ligatus et flagellatus usque ad
mortem quia fuit morte turpissima condempnatus **Dic ergo nobis**
Hic evanta ponit illorum illaqueationem questionem de tributo cesari
solvendo an non Ad cuius noticiam est sciendum quod sub cesare
Augusto iudea subiecta et tributaria facta fuit ut testatur
Lucas circa tempore nativitatis hanc legem iudeorum populo data desc-
ribit Luc ii Exiit edictum a cesare Augusto Et subdit Et ibant
omnes ut profiterentur singuli in civitatem suam Similiter cum edicti
executione cesar Augustus herodem antipatri filium iudeis pre-
fecerat et ut tributa exigeret ac romano pareret imperio Ex quo
suborta est magna contencio pharizeis scribis et sacerdotibus
et ceteris primatibus asserentibus populum dei qui decimas et pri-
micias dabant que in lege scripta erant servabat non debere
legibus humanis subiacere nec regi fore licitum talia tributa ab
eis exigere et qui primiciis et decimis eciam regi servabat et non
Sed e contrario romani milites qui dicebantur herodiani allegabat cesa-
rem iudeam defendere rempublicam augere defendere patriam
que non nisi manu militum foret nec militares res absque stipen-
diis perficere poterat Ideo iustum est dare tributa eis per quorum
tutela erat imperium Itaque hinc inde allegationibus deductis non
absque violencia exigebant tributa Cuius rei causa ierosolima post
ascensionem domini subversa est que legibus subici noluit tributarie
Ergo quodam tempore circa festum azimorum herode ierosolimis existente
dum hec questio ageretur in populo pharisei odium habentes adversus christum
cum herodianis id est cum militibus herodis secundum Crisostomum vel cum iudeis qui par-
tem fovebant herodis secundum Jeronimum miserunt ad christum sub hac questione
eum interrogantes ut eum caperent in sermone vel questione utralibet parte
districta scilicet si quidem diceret tributa non esse solvenda adduxerunt
herodianos qui eum tamquam rebellem cesari putarent Si autem
diceret iuste tributa exigi tamquam legali libertati eum contrarium odio
sic populo demonstraret Ne igitur in hac dissonantia recusaret
proprias suas laudes premiserunt quod veritatis esset observator doctor
et defensor laudibus ergo de talibus premissis subiecerunt Dic ergo nobis
Sicque enim tantum amas veritatem quod non tacebis Quid tibi videtur
neque enim aliud credis aliud doces licet censum dare cesari ut
aliquibus videtur et quod defensor sit patrie an non Dicunt plurimi qui
asserunt deum loci esse protectorem cui dantur primicie decime oblaciones
et sacrificia ex lege Ideo ipsi soli et non alteri homini sunt tributa sol-
venda Est autem census tributum quod unicuique censetur vel imponitur
Iste autem census est communis denarius argenteus valens decem nummos
usuales completum erat in eis aliud tributum per principem Judee scilicet capitis tributum

Sed hic possunt quatuor dubitationes Prima
Utrum consilium iudeorum contra christum fuit peccatum mortale et peccatum sacrilegii
Secunda utrum dicentes christo scimus quod verax es et viam dei in veritate
doces fuerunt adulatores Tercia utrum phariseorum adulacio fuit peccatum

Cam

mortale Certa h' semp simulacio z ypocrisis sit pctm mortale

1 Ad pma d(icendu)m Et s(e)c(undu)m ph(ilosophu)m iij° ethi(corum) Consiliu no e faciendu de re certa · stultu esset dice(re) welle c(on)siliu h(abe)re · an debeat quis deos vel parentes honorare Et an debet alteri face(re) quod sibi ipi nollet fieri hoc est eni certu et notu · nec cadit sub c(on)silio Illa igit(ur) solu sut c(on)silia dubia que p nos sut agenda / sic q(ue) possint contingent(er) evenire Vn(de) d(icit) j. ethi(corum) q(uod) de v p(ro) (con)servac(i)o(n)e civitatis c(on)gregacomis c(on)siliu habendu est Primo de provent(ibus) sufficiencia / expense eni faciende sut s(e)c(un)d(u)m mensura redditu(u)m Vn(de) consiliu est faciendu / q(uia) s(e)c(un)d(u)m q(uod) sut p(ro)vent(us) fiant expense / ne cives collecte g(ra)vent(ur) Sc(d)o de alimeti et victualium habundancia / ne n(on) p(o)p(u)l(u)s paciat(ur) fame p(ro)videndu e p prudenciaz consiliu vt alimeta et victualia no deficiat Tercio de civitatis custodia / ne n sub tyranno civitas veniat p(ro)videndu est p prudenciaz c(on)siliu bonu · ut civitas bn custodiat(ur) interius et exterius Q(ua)rto de civiu adinvice(m) concordia et rigida custodia iusticia · vt vnus ne opprimat(ur) p aliu Judei g(o) dupplicit(er) peccaverut · congregando consiliu c(ontra) xpm Primo q(uia) sup re certa fecerut c(on)siliu incotrarium p(ro)pt(er) Naz xpm honorare tamq(uam) deu erat notu / et ipi fecerut c(on)siliu quo eu capent in sermone et q(ua)lit(er) p herodianos possent eu morti adiudicare Vn(de) sacrilegiu c(om)miserut / q(uia) inferre iniuria reb(us) sacris et p(er)sonis sacris sacrilegiu e Et d(icitu)r xvij · ca q iiij Xristus aut(em) erat sacr(us) sanctus Sc(d)o q(uia) sup re c(on)siliabili fecerut c(on)siliu in c(ontra)riu ta p(ar)tem quam debebat · debebant eni c(on)siliu face sup civiu et civitatis custodia et victualiu habundancia et c(ontra)riu fecerut / q(uia) ut d(icit) Aug(ustinus) sup illo v(er)bo Joh xj Collegerut pontifices et pharisei c(on)siliu adv(er)sus ihm dicentes Quid facimus q(uia) hic ho multa signa facit / si dimittim(us) eu sic veniet R(oman)i et tollet n(ost)rm locu et gente(m) Judei inq(ui)t t(em)p(or)alia p(er)de(re) dubitaver(un)t et vita et(er)naz no cogitaverut et ipi utrumq(ue) amiserut Naz Ro(man)i p(ost) ascensio(ne)z domini venerut et locu destruxerut et gente(m) gladio occiderunt p(ar)vulos au(tem) et mulieres fame et siti et inedia affixerut

2 Ad sc(d)a(m) e d(icendu)m q(uod) q(uest)io e dubia p tanto q(uia) laudare hoie(m) de vero no videt(ur) q(uod) sit adulacio vl blandicio s(ed) magis v(er)itatis manifestacio / Planu e e(ni)m q(uod) discipli phariseoru de vero laudaver(un)t xpm Nam applicavit eu v(er)itatis cognitorez dicentes Domine q(uia) verax es et no eni ipse solu verax est ymo e ipa v(er)itas Ego inq(ui)t sum via vita et v(er)itas Sc(d)o applicaverut eu v(er)itatis doctorez dicentes / et via(m) dei in v(er)itate doces / multi eni v(er)itate(m) sciut z cognoscut no t(ame)n ipa(m) docent / s(ed) magis timore dei postposito ipam errore maculant et infuscant elati sup(er)bia / vl obcecati avaricia Tercio applicaverut eu v(er)itatis defensore(m) dicentes / No est tibi cura de aliq(uo) q(uia) no respicis p(er)sonas hoim Nam multi v(er)itate(m) sciut et docet / v(er)u(m) t(ame)n loco et t(em)p(or)e ipam defendut timore humano male humiliante vl amore male inflamante · q(uia) igit(ur) de vero laudavit no videt(ur) q(uod) fuit adulacio Sciend(um) g(o) q(uod) laudare aliquez de vero dupl(icite)r (con)tingit Primo p(ro)pt(er) laudati ad v(ir)tute(m) p(ro)mocio(ne)m Et 2o p(ro)pt(er) laudati p(ro)dicio(ne)m Primo no e adulacio Sc(d)o v(er)o mo sic Vn(de) d(icit) Crys(ostomus) q(uod) p(ri)ma ypocritare simulacio h(ec) e ut laudet que(m) p(er)de(re) volut / q(uia) igit(ur) isti pharisei xpm laudabat / no p(ro)pt(er) eius v(ir)tute(m) p(ro)mocio(ne)m s(ed) magis p(ro)pt(er) eius p(ro)dicio(ne)m ideo d(icendu)m e q(uod) fuit adulacio Ad tercia(m) est d(icendu)m q(uod)

3 tribus modis p(otest) adulacio peccatu mortale dici Primo ex parte eius que(m) laudat(ur) / vt si aliquis laudat(ur) de vicio z p(e)cc(at)o vel

Falso repugnat enim hoc veritati et caritati. Secundum quem modum dicit
ypocrita quod laudatur peccator in desideriis anime sue et iniquus benedicitur.
Secundo modo ex parte laudantis, ut si quis aliquem laudet ut ei fra-
udulenter noceat spiritualiter vel corporaliter. Secundum quem modum dicitur contra (?) Et
ypocrite non laudat ut promoveat sed ut perdat. Tercio ex parte cause
propter quam laudat, ut si quis laudet aliquem ut tunc laus prestet
sibi causam tumoris, puta quod dicat aliquam displicenciam aliena vel quod ta-
ceat quod esset dicendum. Primo igitur modo adulatores isti non sunt peccatum
mortale, quia ut dictum est de vero non de falso laudaverunt eum. Sed secundo
et tercio modo est peccatum mortale, quia ad hoc laudabant ut ipsum no-
cerent, et per laudes intendebant sibi nocere vel causam dare, ut vel verita-
tem de deo taceret propter timorem, vel iniuriam inferret cesari prohibendo
sibi tributum dari. Ad questionem est dicendum quod ypocrita dicitur ille qui simulat
sanctitatem quam non habet. Hoc autem tripliciter contingit. Nam primo propter aliquam
simulare sanctitatem, quia ipsam non curat habere sed solum eam apparere, et
ypocrisis est peccatum mortale, quia caret sanctitate odiendo ipsam et vilipen-
tando de ea sine carencia sanctitatis esse non potest. Secundo propter aliquam simula-
re sanctitatem, quia peccatum intendit occultare et signum hoc faciat propter
malum finem, puta quod in falso sibi credatur, et quod ad prelaciones et officia
reipublice ex hoc assumatur, quia isto modo repugnat caritati peccatum mor-
tale est; si vero non propter malum finem, est peccatum veniale. Tercio modo propter
quis simulare sanctitatem ad quam intendit alios provocare et puto
quod non est mortale nec veniale. Ypocrisis ergo primo est peccatum mortale,
aliquo mortale et veniale, secundo nec mortale nec veniale.

**Cognita autem iesus nequicia eorum ait. Quid me
temptatis ypocrite. Ostendite michi nimisma
census. At illi obtulerunt ei denarium. Et ait
illis iesus. Cuius est ymago hec et suprascriptio.
Dicunt ei. Cesaris. Tunc ait illis. Reddite ergo que
sunt cesaris cesari et que sunt dei deo. Et audi-
entes mirati sunt. Et relicto eo abierunt.**

Sed quia prudencia carnis et mundi que inimica est deo volunt
sapienciam dei comprehendere et devorare, sed mentita est iniquitas
sibi, quia sapiencia dei prudenciam carnis et mundi detexit et
confudit, sicut virga moysi in serpentem conversa devoravit virgas
magorum egipti similiter in serpentes conversas, ut in exodo vii. Iob
qui dissipat cogitaciones malignorum ne possint implere quod ceperant
manus eorum et consilia impiorum dissipet, sicut dissipavit consilium
achitofel contra david, ut ii Reg. xv. Propter quod dicit Cogni-
ta [illegible] in qua parte ponit prudenciam christi responsionem. Et duo facit, quia
primo premittit que faciunt ad claram questionis solucionem, que sunt quorum
primum est nequicie eorum cognicio. Cognita autem ihesus eorum nequi-
cia. [illegible] prima [illegible] ita tridentis est intrrogancium mentes a-
gnoscere. Nichil enim latet propter deum qui scrutatur renes et corda. Ipso
ipse agnoscit eorum animi fraudes et sermones. Neque enim est abscon-
dita propter eum simplicitas proferencium neque adulacio verborum, sap.
viii. Scit versucias verborum et dissoluciones argumentorum. Deo

Ut dicitur proverbiorum xxi in fine capituli Non est fortitudo non est consilium non est prudencia contra deum. Secundum est fraudis reprehensio Ait quid me temptatis ypocrite. quasi diceret Non quero veritatem addiscere sed me in verbis capere Et propterea hic eos vocat ypocritas. quia aliud pretendebant et aliud intendebant Christus non tradit sed eorum sermones patefactos blande corrigit sed secundum eorum tortitates aspera dixit Anima domini plerumque alloquitur animam vel mentem non ad corporis voluntatibus non verbis Unde ergo quia pharisei blandiebantur ut perderent, ipsius autem eos confundebat ut salvaret quia utilior est deus hominem irato quam homo propicius propter Ieronimum ... sunt vulnera ab diligente quam fraudulenta diligentis oscula Et ideo qui blande ficte loquitur amico suo rethe expandit pedibus Et ideo ipsius asperitatem tradit ypocritas omnes vocans quasi diceret ipsius Vos dicite quod ego non respicio personam hominis sed omnibus dico veritatem Iustum est ut ego de vobis veritatem inveniam, et hec est veritas de nobis. quia vos estis ypocrite et tota vita vestra est ypocrita et venenosa. quia munda autem quod deforis est calicis et paropsidis. intus autem pleni estis rapina et omni inmundicia Et ideo eos ypocritas appellavit quia sub simulato sermone abscondere se volebant Sunt enim quidam qui abscondunt sub simulato amore fingentes se amare celestia cum diligant terrena propter possunt in celo os suum etc. Alii sub simulato timore fingentes se timere deum cum tamen potius timeant mundum Contra tamen dicitur Matthei x° Nolite timere eos qui occidunt corpus Alii sub simulato sermone habentes mel in ore et venenum in corde. propter Mollitis sunt sermones eius super oleum et ipsi sunt iacula Alii sub simulata conversacione fingentes se habere conversacionem ovinam cum habeant lupinam Matthei vii Veniunt ad vos in vestimentis ovium intrinsecus autem sunt lupi rapaces Omnium talium intenciones divina sapiencia prognoscit Unde dicit psalmista Si ascendero in celum tu illic es .i. si fixero me amare celestia tu illic es .i. tu indicas cor meum Si descendero ad infernum .i. si fixero me amare tua indicia ades .i. intencionem meam vides Si sumpsero pennas meas diluculo. Sicut enim sectorum sunt virtutes sic penne ypocritarum sunt simulati sermones qui etsi videntur habere aliquam apparentiam et aliquam apparentem veritatem Ideo dicit diluculo Si ergo me fixero habere celestes sermones veritatem aliquam pretendentes manus tua illuc deducet me et falsitatem meam ondet Rursum Si habitavero in extremis maris etc. Mare enim est mundus in cuius medio conversantur homines mundani. Sicut autem habitant in extremis maris qui in mundo conversantur ad necessitatem non ad superfluitatem Si ergo me fixero habere conversacionem celestem dextera tua tenebit me et falsitatem meam tunc in iudicio demonstrabit Tercio ipsius laudes eorum respuit et dure eis tradit dicens Quid me temptatis ypocrite Non enim intendit ad eorum blanda verba sed ad eorum prava corda Christus pharisei blandiebantur ut perderent, sed ihesus confundit ut salvaret quia utilior est deus iratus quam homo propicius In hoc autem quod ipsius laudes sic respuit dat intelligere quod nullus velle laudari respiciendo ad vitam suam preteritam presentem et futuram Nam si respicit ad vitam preteritam inveniet se ibi multa commisisse. de quibus etiam coram deo erubescere Romanorum vi Quem ergo fructum habuistis tunc in illis in quibus nunc erubescitis

Ypocrita est qui aliud est et aliud se esse simulat qui aliud opere agit
et aliud voce pretendit. Hii in verbis sunt sunt dolosi nequiciosi et temptatores
insidiosi dolosi quia excogitata fraude nocendi in corde fucata .i. decepto
ria verba emittunt ex ore suo dicente domino commiscebant labia dolo. Nequiciosi
quia ex inserta mentis iniquitate plus appetunt male agere quam possunt efficere
ideo omnis ypocrita nequam. Temptantes quia tales frequenter volunt experiri
de homine quantum sapiat aliquis velut non causa discendi sed insiliendi et conde
nemendi. Xpus igitur hec omnia in ypocritis cognoscens dure invehit eis dicens. Quid
me temptatis ypocrite. Ypocrite simulantur serpentibus quia sicut astuti sunt ut mor
deant et cum momorderint fugiunt et se occultant Sic ypocrite plerumque no
cent ambulantes ac si nichil nocuissent. Eccl. x. Si mordeat serpens in
silencio nichil minus habet eo qui occulte detrahit. Secundo serpentes sunt varii
et ypocrite variores quia nunquam os consonat cordi sicut scorpio. Tercio serpenti
dicitur Gen. 3. pectore et ventre super terram gradieris quia omnia ypocrite faciunt
propter ventrem et inanem gloriam quod designatur per pectus repere phil. 3. Quorum deus
venter est. Et eidem dicitur terram comedes omnibus diebus vite tue. quia ypo
crite nichil aliud quam terrena concupiscunt. Quarto serpentes venenum portant
in lingua. sic ypocrite verba detractoria ps. Acuerunt linguas suas
sicut serpentes. Quinto serpentes umbras colunt. sic ypocrite latibula
Ioh. 3. Qui male agit odit lucem.

Si respicit ad preteritum inveniet se esse in loco exilii de quo mi-
rum debet dolere iuxta illud psalmiste heu michi quia incolatus meus
prolongatus est etc. Si respiciet ad futura inveniet super se multa
dei iudicia de quibus debet timere psalmista a iudiciis enim tuis timui.
Nullo ergo in hac vita debet quis laudari qui habet causam tanti ruboris
doloris et timoris. Beati autem secure laudari possunt quia nec de pre-
terito habent unde possint erubescere cum sint in plena felicitate. Nec in
presenti unde debeant dolere cum sint in omnimoda iocunditate. nec de fu-
turo unde debeant timere cum sint in eterna securitate. Secundo quod ypocrisis
est summopere detestanda multiplici ratione. Prima quia deum provocat Job
xxxvi Simulatores et callidi provocant iram dei. Secunda quia proximum decipit
quia non simulator ore decipit amicum suum. Tertia quia se ipsum proximum inhono-
rat. secundum Mach. vi dixit eleazarus propter meam simulationem decipientur
et ego mee senectuti maculam relinquam etc. Quarto quia virtutibus omnibus
expoliat Job xv Congregatio ypocrite sterilis ipsa non omnis ypocrita
erit nequam. Quinto quia excludit a gloria Job viii Spes ypocrite peribit
Sexto quia ligat in pena Job xx Gaudium ypocrite ad instar puncti
quod quasi sterquilinium in fine perdetur. Unde Bernardus ypocrite
volunt esse humiles sine despectu pauperes sine defectu bene vestiti sine
sollicitudine delicate pasti sine labore adulantes ahe detrahentes
mordaces ut canes dolosi ut vulpes superbi ut leones rapaces ut
ursi. solent esse sine auctoritate mundi iudices sine visu testes. postremo
falsi accusatores et omni veritate carentes. Tertium quod premittitur
est numismate requisito. Ostendite michi numisma census. i. nummum que
pro censu capite datur. Volens autem dominus videre questionis materiam ut nos
cautius informaret ne simus precipites in sententiando sed mature inqui-
ramus antequam diffiniamus Job xxix Causam quam nesciebam diligentis-
sime investigabam. At illi obtulerunt ei denarium qui valebat
decem nummos et pro tributo dabatur ut dictum est. Tertium est de numismate
examinato. Et ait illis Cuius est ymago et superscriptio. Non interrogabat
ex ignorancia quia bene videre potuit quod erat ymago cesaris impressam
nomen eius inscriptum sed interrogabat disputative ut dicit Ieronimus. Quatenus ut
illi videant quam convenienter ad eorum verba rendit. quia ex eorum responsione
veritatem questionis apperuit. Dicunt ei cesaris. Erat autem tunc imperator Tibe-
rius nepos vel pronepos octaviani. Sed a Iulio Cesare omnes imperatores
dicti sunt cesares. et ab octaviano Augusti. et sub eodem tiberio
dominus passus est. Deinde ex premissis infert questionis determinationem ibi Red-
dite ergo que sunt cesaris cesari et que sunt dei deo etc. Quasi ex quo
profitemini illius numismate superscriptionem et ymaginem esse cesaris.
Cesari vos suum tribuite scilicet tributum et pecuniam. Et que sunt dei deo
scilicet primicias decimas et victimas. Verum quemlibet bene competat ut alterum
alteri preiudicat. Cum enim regna constituunt nos celi regnum determinamus. i.
Reg. viii Nam ipse dominus tributum reddidit cesari pro se et petro Dixit
enim petro Mat. xvii Ut autem non scandalizemus eos Vade ad mare et
piscem qui primo ascenderit tolle et aperto ore eius invenies staterem
et illud sumens da pro me et pro te. Item reddi deo que dei sunt Ioh. vi
descendi de celo non ut faciam voluntatem meam sed voluntatem eius
qui misit me. qui ideo non solum deo sed et potestati superiori subiecti esse
debemus. Unde apostolus Ro. xiii Omnis homo potestatibus sublimioribus
subiectus sit. Non est enim potestas nisi a deo. Nota dominus amplius quam ad
interrogata rendet. Nichil enim de deo in questione propositum erat. et dei
votum per exactionem cesaris servitur. eo intuitu quod inde falsum sunt

Et de ista questione pro denario imperatoris vide in uno folio sequenti circa tale signum △

Si primati si cesari tributa persoluerent, deo non possent suas graciās
persoluere, decimas vz̄ diffinitas, proinde vtrumque decreuit parter
Et cesaris pro qua interrogatus erat, et dei de cuius ipse curabat hono
re, ac per hoc ostensum est, dei placitum esset post corruptam naturam
quod mundi cursus in hominibus per dominari et sibi dirigatur igitur si rumpitur
cuta inter homines vita, et improbitas hominum per vnum arceri non possit, opus
est cesare ad arcendum et puniendum infestos Nō indei iurauerunt
seruare fidelitatem, et reddere tributum romanis a tempore pompeij, qui iu
deam fecit tributariam romanis Notandum autem quod duplex potestas est Supi
seculares, quibus seruire debent eorum subditi tamquam institute a deo
qui dicit prouerbiorum viij per me reges regnant, et legum conditores iusta discer-
nunt Ro. xiij Qui enim potestati resistit dei ordinacioni resistit
Vel debemus reddere mundo suos honores eos despiciendo, suas
delicias eas abhorrendo et suas diuicias eas contempnendo, deo autem
decimas et primicias et oblaciones Vel secundum Ambrosium, Sicut cesar exigit
impressionem sue ymaginis, sic et deus animam voltus sui lumine insi
gnitam Sicut enim denarius ymagine regis, sic signatur homo ad yma
ginem et similitudinem dei, quam peccando corrupit Et vnum est alia sit
ymago dei alia mundi, si non vis esse obnoxius cesari noli habere que
sunt mundi, Si vis tiene regi mundi debere, omnia tua relinque et
ipsum sequere Et bene prius que sunt cesaris reddenda decreuit, neque
enim potest esse quis discipulus domini nisi prius renunciauit mundo, neque
omnes renunciamus mundo verbis, non renunciamus affectu Nam sacra
menta sumimus renunciamus Quia humana sunt vincula quando dimittere deus et
non soluere Maior est contractus fidei quam pecunie Redde promissum dum
in hoc corpore es, priusquam veniat exactor et mittat te in carcerem
Vos ergo Nummum habentes cesaris ymaginem reddite, coacti cesari
vos met ipsos libenter deo, Signatum est enim super nos lumen voltus
tui domine non cesaris hec ille Relicte ergo que mundi sunt corpus animam
intellectum voluntatem cum et omnia que in nos sunt deo a quo ac
cepimus non dico debemus sed tamquam debitum reddamus, ut nec copati be
stijs sed racionabiliter in omnibus procedamus, Quia secundum hylarium condignum
est ut eius nos totos reddamus, cum debemus nos recolimus et originem et pro
fectum Non est autem inconueniens nec contrarium quod homo sit subditus homini
in temporalibus, et deo inmediate in spiritualibus, vtraque enim bene se compatitur
nec alterum alteri preiudicat Sed magis felix est et beatus qui a temporalibus
et principatu seruitute eorum est erutus, et deo soli subiectus, quia sic
maxime est liber et princeps et regibus regalior, et neque diuiciarum
timet tyrannidem, neque principatus timorem Mistice autem deo debemus
reddere triplex tributum sine censum quod postulat scilicet de corde perfecte
dileccionis, de ore seruentem et frequentem graciarum accionem, de corpore
voluntariam vicorum mortificacionem In primis ergo tria mistice notantur
primo quis census denarij, secundo interrogatur superscripcio oblati tercio se-
quitur diffinicio cui debeatur reddi In denario sunt tria materia pon
dus et superscripcio cum ymagine Materia est operacio bona vel mala
argentea vel stannea pondus est intencio recta vel praua ymago at
tenditur in affectu interiori, et superscripcio in affectu exteriori, ymago enim
diaboli est culpa, ymago dei gratia superscripcio est exterior conuersacio vel hu
milis ad imitacionem christi vel superbia ad imitacionem diaboli, huius dena
rij census fit in morte, O quam metuenda quando, ostendite in vniuersa
lesa hominis scilicet interiorem, sacco carnis velatum exteriori simulacione
obumbratum, dum ad primam expectatum, fecer quam potest dicere conci
disti saccum meum et circumdedisti me leticia Sed interrogacio fiet in in
dicio de ymagine O quam horrenda interrogacio vnde inceptacio
malorum, cuius est ymago hec et superscripcio Quibus portat ymaginem

Tunc enim hec opera sive ut dei vel imperatoris mundi et diaboli secundum differ-
entiam fiet in retributione. Reddite ergo que sunt cesaris cesari et que
sunt dei deo, quia ibunt hii in supplicium, illi in gaudium. Notandum
autem quod duplex est potestas superior que est secularis qua funguntur
cesares reges et alii principes et domini seculares quibus parere
debent eorum subditi tamquam a deo institutis, qui dicit proverbiorum viii°
per me reges regnant et legum conditores iusta discernunt.
Ro. xiii° Qui enim potestati resistit dei ordinationi resistit. Et subdit
Ministri enim dei sunt in hoc ipsum servientes, i. per tributum ser-
viunt nobis, cui vectigal vectigal, cui timorem timorem, cui ho-
norem honorem, que omnia sunt consona determinationi huic
quantum ad primum articulum, quo dicitur Reddite ergo que sunt cesaris cesari.
Principi ergo terreno debemus reddere tributum, maxime quia vide-
mus ipsum rem publicam strenue gubernare. Est enim ad instar
capitis, et ceteri ad instar membrorum. Unde dicit Plutarchus philosophus insti-
tuens per epistolam Traianum: princeps capitis obtinet locum, cui tamen sub-
iectus sit deo. Cordis locum senatus tenet, a quo bonorum et ma-
lorum sunt initia. Oculorum et aurium et lingue officia sibi vendi-
cant iudices presides provinciarum. Officiales vero et milites ma-
nibus coaptantur. Qui vero semper assistunt principi lateribus assimi-
lantur. Pedibus autem solo adherentibus agricole coaptantur. Quia
igitur princeps locum capitis tenet, ideo totum corpus, i. universum populum
sibi subiectum utiliter regere debet. Ut autem bene et utiliter regat quinque
debet habere. Primo debet se populo mitem et amicabilem exhibere.
Secundo rempublicam debet zelare. Tercio leges quas condidit debet serva-
re. Quarto contra hostes debet victoriose existere. Quinto debet iustum et hone-
stum semper utili sive utilitati proponere. Primo quidem debet princeps
bene et utiliter populum regere, debet se populo mitem et amabilem exhi-
bere. Eccli. xxxii° Rectorem te posuerunt, noli extolli, sed esto in illis
quasi unus ex illis. Unde dicitur in Policratico: Et Iulius cesar nunquam
dixit militibus suis ite, sed venite. Dicebat enim quod partitus labor
cum duce videtur militibus minor. Et dux qui non laborat ut mi-
litibus carus sit, milites nescit amare. Unde eciam dicit Seneca in lau-
dem Augusti cesaris: Et non est opus regi altas edes construere
nec munire ne turribus se sepire. Inexpugnabile est enim munimen-
tum civium. Secundo rempublicam debet zelare, quod comoda propriis debet
anteponere. Unde dicit Seneca in laudem Augusti Cesaris: Ex quo
cesar se orbi terrarum dedicavit, se sibi eripuit et siderum more
que cursus suos explicat, nunquam sibi licebat subsistere nec quicquam
suum facere. Omnium domos illius vigilia defendit, omnium ocium illius la-
bor, omnium delicias illius industria, omnium vacacio illius labor occu-
pacio. Sicut ergo rempublicam debet zelare, quod pro ea salvanda morti
se debet exponere. Unde refert Valerius: Et cum Codrus rex Athe-
niensium ab hostibus urgeretur, accepit ab Apolline responsum
quod exercitus suus victoriam obtineret si ab hostibus suis se occidi
permitteret. Quod responsum cum hostibus innotuisset, preceperunt
ne quis Codrum tangeret. Tunc ille mutato habitu ad hostes
processit et quendam ibi militem falce percussit. Qui percussus

Tcio d' ptate p totu

Mox in eu irruit et occidit Cognito vero corpore codri, continuo ho
stes oraculi memores territi fugierunt Quintum ex rempublicam
debet zelare, quod nec filius patri debet parcere si videret eum
contra rempublicam aliquid agere Unde tullius in libro de of
ficiis inquit Si pater patriam velit prodere vtrum filius debeat
silere Et videtur quod filius primo patrem debet rogare ut desistat
Si non vult preces audire debet minas addere quod ipsum populo
publicabit Si nec preces nec minas vult recipere, debet salu
tem patrie saluti patris anponere Tercio leges quas condit
debet seruare Unde refert valerius Ex cum Zarencus princeps legem
statuisset ut quicumque thorum alterius violaret oculos ambos per
deret Et filius eius in adulterio deprehensus fuisset, pater eius
legem seruare volebat et nichilominus filio condolebat Sed inuenit
remedium per quod legem seruauit, et filio visum reliquit Nam
sibi vnum et filio alium oculum erui fecit Sexto contra hostes victo
riosus debet existere, Dicitur autem in pollicratice Ex tria fecerunt ro
manos victores existere scilicet fides sciencia et exercitacio Serua
bat enim fidem omnibus illibatam Unde cum quidam ab Anibale cap
tus romam venire promissus fuisset, et iurasset se rediturum si
precium habere non posset et vlterius reddire nollet Senatus eum de
prehendi fecit, et ad carcerem hanibali destinare fecit Utebantur
etiam romani multa maturitate et sapiencia in agendis Unde ro
mulus centum de populo seniores elegit quos etiam senatores ap
pellauit, quorum etiam consilio res publica regebatur et gubernabatur
Nemo iuuenes elegit duces, ut dicitur in libro Ethice Eo quod non co
gnoscat eos esse sapientes, habebat etiam romani continuum exerci
cium preliandi Et ideo in preliis docti erant Nam sic dicitur Eccli primo
Uir in multis expertus cogitabit multa et qui multa didicit narra
bit intellectum, qui non est expertus pauca recognoscit Iudicum iiio
Dereliquit dominus gentes ut erudiret in eis ysrahelem, ut postea
discerent filii eorum certare et haberent consuetudinem preliandi
Sexto iustum et honestum semper debet vtili siue vtilitati preponi, et su
per hoc plura exempla adduci possunt Primum est quod narrat va
lerius et Ambrosius in libro de officiis Ex cum macedones contra
Athenienses magnam classem duxissent, quidam de exercitu venit
ad eos dicens Ex si classem incendio aduerent totam incendere posset
Sed illi nullatenus acquiescere voluerunt dicentes Et si huiusmodi victoria
vtilis fuisset tamen non esset honeste quesita Et subdit Augustinus cha
luerunt vincis posse honeste, quam plus turpiter Aliud exemplum
narrat Augustinus de ciuitate dei dicens Ex cum marcus regulus cap
tiuus a carthaginensibus detineretur, et romani multos iuuenes
de karthaginensibus detinerent missus est dictus marcus regulus
romam pro commutacione fienda iurans quod rediret si commutacio fieri
posset Cum autem romam venisset suppdicti commutacionem fieri suasit
eo quod ipse senex esset et parum viuere posset illi autem iuuenes
multa habentes plura romanis nocere possent, et dum rogaretur
ut saltem ipse remaneret nullatenus acquieuit, rediens vero crude
li morte interiit Utile quidem sibi remanere fuisset sed propter iniu
randum non fuisset honestum Tercium exemplum legitur in hystoriis

Romanorum et recitat Ambrosius in libro de officiis Et cum medicus
pirri regis ad fabricium ducem romanorum venisset, asserens quod por-
ro medicinam toxicatam daret et sic rege mortuo ipso victoriam
obtineret Iussit eum ligari fabricius et ad dominum suum remitti Et subdit
Ambrosius Venerari preclarum est ut qui virtute certamine accipet nollet
fraude vincere Tunc pirrus dixisse fertur Iste est fabricius qui difficil-
lius a legalitate quam sol a cursu suo averti posset Et cum eo ad
libitum composuit Visum quid debeamus dare terreno principi videamus
quid debeamus reddere principi deo Super hoc autem olim fuerunt tres
opiniones Quidam enim dixerunt quod sufficit deo dare obsequium
personale quod consistit in genuflexione prostratione et manuum ele-
vatione Alii dixerunt quod non sufficit deo dare officium personale
sicut sunt genuflexiones etc sed etiam requiritur obsequium reale scilicet ele-
mosinas dare et opera pietatis et misericordie facere Tercii dixerunt quod non
sufficit dare deo obsequium personale et reale nisi sibi demus
obsequium carnale scilicet nos vel aliquem nostrum ad cultum dei perpetuo de-
dicemus Unde quidam bonus homo venit ad micheam prophetam et eum
super hiis tribus opinionibus interrogavit ut habetur Michee vi° Et
primo interrogat Si sufficit deo facere multas genuflexiones dicens
Quid dignum deo offeram curvando deo excelso Et propheta nichil re-
spondit Deinde interrogat Si sufficit dare multas elemosinas
dicens Numquid offeram illi holocaustomata in milibus arietum et agnos
anniculos et propheta nichil respondit Deinde interrogat Si sufficit ad perpe-
tuum dei cultum filium primogenitum in religionem ponere dicens Nu-
mquid dabo filium meum pro scelere meo fructum ventris mei pro peccato
anime mee Et tunc propheta ad ista tria retrograde respondit dicens
Indicabo tibi o homo quid sit bonum et quid dominus requirat a
te utique facere iudicium diligere misericordiam et sollicitum ambulare cum
deo tuo Dicit ergo utique facere iudicium Ac si dicat Interrogasti si
tibi sufficit ad salutem filium tuum in religionem ponere Et ego re-
spondebo et dico tibi quod non nisi iudicium facies de corpore ut sic-
caro tua delectata est in peccatis sic iudicetur et affligatur in penitencie
lamentis non enim esset equum quod tu peccata faceres et filius tuus penam
portaret Et ideo oportet quod carnem tuam iudices si non vis a domino
iudicari i Cor xi Si nos metipsos iudicaremus non utique a domino iudi-
caremur Deinde respondet ad aliam questionem dicens Diligere misericordiam Ac
si dicat Interrogasti si tibi sufficit multas elemosinas facere Et ego
dico quod non nisi ea prius tibi feceris et anime tue misericordiam impendas Et ego
pro misericordie anime tue placens deo Et ecclesiastici xxx Miserere anime tue
miserationes et psalmo Non enim sunt convenientes ut alteri sit pius et alteri impius
sicut in psalmo Qui diligit iniquitatem odit animam suam Deinde
respondet ad aliam questionem dicens Et sollicitum ambulare cum deo tuo
Ac si dicat Interrogasti si tibi sufficit aliquas immo multas genu-
flexiones facere Et ego dico tibi quod non nisi per bona opera studeas
sollicitus esse Iste autem cum deo sollicite ambulat qui in
sua iuventute deo servire incipit vel qui opera sua ferventer facit
vel qui de negligentibus nichil obmittit ii Thimo. ii° Sollicite
cura teipsum probabilem exhibere deo operarium inconfusibilem recte tractantem
verbum veritatis Sunt enim quidam qui pigre id est in senectute se ipsos
curant et emendant Ideo dicit Sollicite cura teipsum etc Alii sunt

11.

qui confusibiliter i. negligenter operantur Ideo subditur operarium non
confusibilem Alii autem sunt qui recta quidem faciunt et dicunt sed non recte
quia circumstancias multas obmittunt Ideo dicit recte tractantem verbum veritatis
Alia est potestas ecclesiastica et spiritualis qua funguntur pape episcopi et prela
ti et rectores ecclesiarum et superiores in ordinibus religiosorum. Istis supe
rioribus debent reddere obedienciam et reverenciam sui subditi quibus
dicitur Heb. xiii Obedite prepositis vestris et subiacete eis et Isti namque
superiores spirituales tenent locum dei quia vice dei super capita suorum
subditorum positi sunt ut dicitur in decretis. xix. q. iii. Statuimus in obediencia
reverencia et oblacione que eis prestantur deo prestantur hinc est quod dominus
ait ad discipulos qui erant prelati ecclesie Qui vos recipit me recipit
et qui vos spernit me spernit Luc. x Unde qui Ananias mentitus fuit
Petro et apostolis de precio agri dixit Petrus Non es mentitus hominibus sed deo
Cuius est ymago hec et superscripcio Cuius ut dicit glo.
super eo verbo Sicut Cesar sue ymaginis impressionem exigit Ita
deus animam vultus sui lumine insignitam Sic ergo tunc dominus ad litteram
questionem fecit de ymagine Cesaris sculpta in nummo non quia igno
raret cuius esset sed ut illos quibus loquebatur ad consideracionem eius
quod intendebat reduceret Sic adhuc hodierna die eandem questionem
facit de ymagine sua impressa in anima dicens anime sic Cuius est
ymago hec et superscripcio Et hec questio potest sumi in duplici sensu
In uno sensu prout deus per instinctum quottidie loquitur fideli anime
eam ad consideracionem sui ipsius inducendo In alio sensu prout deus
in extremo iudicio fuit questionem dicturus est cuilibet de sua ymagine
a quolibet exigendo In primo sensu ista questio potest duobus modis acci
pi Uno modo de ymagine hominis interioris Alio modo de ymagine exte
rioris Primo modo loquendo de ymagine est sciendum sicut dicitur in glo. super
illo verbo psalmi Signatum est super nos lumen vultus tui quod yma
go hominis interioris est triplex scilicet ymago creacionis ymago re
creacionis et ymago similitudinis Prima ymago est a deo condi
ta et formata Secunda est a deo per graciam reformata scilicet tercia est
a deo et ab hominibus habitibus et actibus informata Prima
est ymago in qua homo creatus est scilicet racio Secunda est per quam yma
go creata scilicet gracia dei que menti ad reparandum infunditur Tercia
est ymago ad quam homo factus est scilicet ad ymaginem et similitu
dinem suam scilicet tocius trinitatis De prima ymagine si queratur
Cuius est ymago hec Indubitanter videtur dei Prima scribitur Genesis
i° Creavit deus hominem ad ymaginem et similitudinem suam Et Eccli.
xvii° Deus de terra fecit hominem et secundum ymaginem suam fecit illum
Hec autem ymago creata per peccatum hominis deformata est propter quod
homo factus est deo dissimilis Unde pro illo tempore ad hanc questionem Cuius est
ymago hec Non poterat convenienter videri quod dei quia totaliter
erat deformata Iuxta illud Non non consecrasti illorum sic ingredo
ille Ideo deus descendit et factus est homo ut ymaginem suam
deformatam repararet et reformaret Reformavit autem eam per graciam
iustificacionis que confertur in baptismo et tunc imprimitur secunda
ymago de qua impressione est illud psalmi Signatum est super
nos lumen vultus tui domine Dicitur ymago dei cum mens ut vidi

naturaliter impressa ut dicit glo. Tercia sic per vultum aliquis co
gnoscitur sic per speculum racionis cognoscitur deus et appellatur hec racio
illud quod supremus est in anima sive vocetur mens sive racio spiritus
in quo superiori modo impressa est dei ymago ut in sigillo secundum
hylarium Et ideo dicit Signatum est super nos i in superiori, hinc vul
tus lumine est gracia xpi qua sumus ac per hec ymago in nobis illustrata
et reformata reparata et renouata sacratur. vnde Apostolus Renouamini
spiritu mentis vestre etc. In nummis signatur ymagine cesaris, homo non factus
est ad ymaginem dei, quam peccando corrumpit, sed renascendo signatur
ut dicit glo. Et hanc ymaginem sic signatam sic illuminatam sic reforma
tam deus vult sibi reddi ut hic in ewangelio dicitur Reddite que
sunt cesaris cesari Ac si diceret secundum Augustinum Sicut reddite cesari suam
ymaginem, sic reddite animam deo lumine vultus eius illustratam et
signatam Et ad hanc consideracionem intendit deus reducere ho
mines per questionem suam dicendo Cuius est ymago hec et superscripcio
vt ymago referatur ad naturam in qua homo creatus est, et superscripcio
ad graciam qua recreatus est, ac si deus per instinctum internum dicat homini
Considera teipsum et considera cuius sit ymago quam in te geris an
tua geris, an mea quam ego formavi per naturam, et corruptam reforma
vi per graciam si tu in ea puritate qua renouata est custodieris
an forte aliam ymaginem scilicet diaboli peccatis tuis in te depinxeris
ut dicetur infra Dubitaret forte aliquis quare vult deus ut
ymaginem suam in nobis consideremus et an oculos habeamus, cum con
sideracio proprie dignitatis plerumque homini inducit superbiam Exemplum in
angelo primo qui ex consideracione proprie nature elatus in superbiam
dixit similis ero altissimo ysa. xiiii Ad hec dicendum quod considerare dig
nitatem ymaginis dei in nobis utile est ad quatuor bona que con
sequimur sive sequuntur Primum est ut deinde deum carius diligamus
Quelibet enim res naturaliter diligit sibi simile Cum igitur in omnibus rebus
creatis anima racionalis nichil sibi simile reperire et invenire possit
nisi solum cum deo Ideo digne totum amorem suum in deum reflectere
vnde Augustinus Amandus inquit est gnatus sed preponendus est creator Secundum
est ut ymagini dei in nobis debitam reverenciam exhibeamus Cum xpo
filii in mansuetudine serua animam tuam, et da illi honorem secundum debi
tum suum et meritum Indignum enim est ut creatura racionalis in hoc deum
inhonoret in quo deus eam pre ceteris creaturis honoravit Si nephas
esset ymaginem beate virginis vel crucifixi in lutum proicere, quanto magis ne
phas est ymaginem trinitatis peccati turpitudine inquinare Vnde super
illud psalmi Domine in civitate tua ymaginem redigeres ad nichilum
eorum quod pene sic stat in loco proprio dicit glo. Tercia quia iniqui in
sua terrena civitate ad ymaginem dei sed nonum ad nichilum redigerunt
ideo in civitate sua celesti ultimo ymaginem eorum ad nichilum re
diget, quia de vera beatitudine nichil habebunt, tunc capacitas est
et ymagine creaturis est ut ei cui similes sumus magis studeamus similes
effici gracia et gloria in qua perfectio nostra consistit similitudine dicitur i Joh.
iiio Scimus cum apparuerit similes ei erimus. De qua similitudine dicetur
in sermone sequenti Quartum est ut agnito dei beneficio pro eodem
deo gracias agamus Quilibet enim pro omnibus beneficiis deo gracias tenemur

reddere. maxime tn de isto beneficio ymaginis sue quod superexcellit
omnia Nam ad hanc ymaginem ptinet capacitas eterne beatitudi
nis que plus creature racionalis est. que toti mundo pualet Ta
tam itaqz dignitatem nobilitatem nram ex ymagine dei in nobis con
siderare utile est ppt causas dictas. no ut exinde extollamur ut dcm
est in obiciendo Augo sup illud ps Custodi aiam meam qm
sanctus sum. dicit sic Non est ista supbia sed confessio no ingrati et
hre te cognoscere et nichil esse te hre. ut inet supbus sis deo tuo
sanctus sum. qz sctificasti me qz accepi no qz habui qz tu dedisti
no qua ego merui hec Augo et p hc patz ad obim

Cuius est ymago hec et superscripcio Visio de yma

gine creacionis et de ymagine recreacionis. Nunc restat videre
de tercia ymagine scz similitudinis Ad cuius evidenciam est scien
dum qz quia deus et na nichil agunt frustra 2m phm 1o celi 2 mundi
frustra aut est quelz res que no exit in opacionem. sic frustra cet
ignis qui no calefaceret et sic de aliis Ita frustra esset ymago dei
in aia si aia no operaret scdm eam Sunt enim tres potencie in quibz
repntat ymago trinitatis que dnt exire in actus suos ut induat
similitudinem trinitatis deifice Vn glo sup vbo pallegato Signa
tum est sup nos lumen vultus tui domine. dt. ymago similitudinis
ad quam factus est ho. qui factus est ad ymaginem et similitudinem
no pris tm et filii sz tocius trinitatis. p memoriam silis pri. p intel
ligenciam silis filio. p dileccionem spui sancto hec glo Est aut hic
notandum qz in proposito nro silitudo hz se ad ymaginem sic pfectio
ad pfectibile. ita qz silitudo e pfectio ymaginis vbigracia si in tha
bula depingatr ymago hois lineamentis complete. ymago quidem
est. sz si supaddantur colores silis exemplari. tunc illa silitudo erit p
fectior Quia ille colores silis supadditi pficit illa lineamenta prius
completa in quibz consistebat racio ymaginis Sic et in aia qui po
tencijs aie in quibz consistit ymago dei supadduntr actus ut habitus
Et ista dr ymago silitudinis. p quanto potencie ymaginis no sit
ociose z vacue nec in na nec in gra sz sint informate habitibz z acti
bus tam infusis qm eciam acquisitis quibz mens tendit in diuinam
silitudinem Quibz habitibus ul actibz potencie ymaginis pfici dnt
Est sciend qz pfectio memorie attendit in continua dei memora
cione Perfectio intelligencie in diuinorum secretorum cognicione
seu contemplacione Perfectio voluntatis in diuini amoris inhesi
one Primo igit pfectio memorie attendit in continua dei me
moracione hanc pfectionem hnt pphta cu dicebat Tre iijo Memo
ria memor ero et dei et tabescet in me aia mea. s. p defectionem
ppe vtutis. sz invalescet in me vtus mea Vn Bnh in lio medita.
Sic nullum momentum est quo ho no fruatr deo sine voluntate dei
et mia. ne debeat esse momentum quo eum no habeat psentem in me
moria Omne tempus in quo de deo no cogitas nouis te pdisse
Scdo pfectio intelligencie attendit in diuinorum secretorum cogni
cione ul contemplacione Non inquam illa que habetr p creaturas
et p scripturas. sed talia que habentr p revelaciones internas.
Vn Bnh sup Cant smo. xiij Non est inquit contenta aia illa co
gnicione de deo quia intellectu p ea que facta sunt. nisi z specialis

Et speciali prerogativa in intimis illud affectibus atque ipsis medullis cordis celitus illapsum suscipiat hanc perfectionem intelligentie per excellentiam habuit iste virgineus archanorum divinorum contemplator cui pre ceteris revelata sunt secreta celestia. Tertio perfectio voluntatis attenditur in divini amoris inhesione. Anima enim quam divinus amor afficit, hec perfecto quicquid voluntas desiderare potest vult. Unde Augustinus de contemplatione domini nostri ihesu christi. Magna inquit res est amor quo anima per seipsam fiducialiter accedit ad deum, deo constanter inheret, deum familiariter interrogat consulendo de omni re. Anima que deum amat nichil aliud potest cogitare, nil loqui vel desiderare, cetera contempnit, omnia fastidit, quicquid meditatur, quicquid loquitur, amorem sapit, amorem redolet. Hec omnia tria perfectionem potentiarum ymaginis habuit quod se augeri petit in fine de trinitate in oratione sic inquit. Coram te est scientia et ignorantia mea. Ubi michi aperuisti suscipe intrantem. Ubi clausisti aperi pulsanti. Et ad propositum meminero tui intelligam te diligam te auge in me ista, donec reformes me integrum. Hec ergo ymago dei in nobis bonis actibus et habitibus informata ac per hoc deo assimilata per quod dicitur ymago similitudinis, quia suo exemplari perfecte est conformata. Et de hac ymagine deo querenti cuius est ymago hec et superscriptio confidenter rudetur dei. Veraciter enim talis ymago est dei tam per creationem quam per recreationem quam etiam per assimilationem, et nichilominus per actum et habitum in deo tendentem superscriptio. Sed talis perfectio ymaginis non relucet in omnibus, quia non omnibus inuenitur ymago tam nobilibus habitibus et actibus insignita, sed econtra habitibus et actibus viciosis acquisita, unde Ro. primo. Mutaverunt gloriam incorruptibilis dei ~~~~ in ymaginis corruptibilis hominis, et volucrum et quadrupedum et serpentum, per que intelligitur commixta quam varie iniquorum ymaginum similitudine. Isti mutant gloriosam ymaginem dei superscriptis, de quibus dicitur ysa. iii. Faciem combuscare vultus eorum. Talem igitur ymaginem tam defformem et sic turpem per nos acquisitam et inquinatam, et intuens dominus in templo suo positam querit cuius est ymago hec et superscriptio, quam non cognoscat, quia opus eius non est. Sic dicet quibusdam. Amen dico vobis nescio vos. Et que meretur rudetur dyaboli. Quot enim vicia habet homo in corde suo, tot demones habet ibi depictos, ut ymago referat ad genus peccati, et superscriptio ad circumstantias peccati. Hanc pessimam mutationem ymaginis plangens Jeremias Tren. iiii. Quomodo inquit obscuratum est aurum, mutatus est color optimus, denigrate sunt super carbones facies eorum. Non sunt cogniti in plateis eorum.

Cuius est ymago hec ut supra. Alio modo hec questio fieri de ymagine exteriori. Cuius videlicet sit ymago quam quilibet in conversatione exteriori representat. Non enim sufficit bona vita in occulto habere nisi etiam quisque studeat se exemplarem exterius exhibere secundum illud Matth. v. Sic luceat lux vestra coram hominibus etc. Quod verbum tractans Hugo de claustro anime, sic inquit enim sic appareat ymago tua effigie. Benignitas in vultu, humilitas in habitu, modestia in cohabitatione, patientia in tribulatione. Talem ymaginem representavit Johannes baptista, cum probavit vestitu tegmine camelorum ac tubis sacris strophem bidentem etc. Talem igitur ymaginem gessit

Paulus primus heremita, qui contentus toto seculo et indutus tunica de folijs vitam celestem duxit in heremo. Sic et sanctus franciscus in habitu et conuersatione atque in corde suo stigmatisato quid aliud reputauit nisi ymaginem crucifixi. De quorum utroque seu ipsorum simili, vm ac si fiet questio Cuius est ymago hec et superscriptio Congruet videtur dei, ut ymago referatur ad sanctitatem vite in se, et superscriptio ad exemplaritatem, quo ad ymaginem tenem an baptismum vel conuersionem, sic portemus ymaginem celestis per celestem considerationem. Sed heu non omnes portant ymaginem celestem, sed multi portant ymagines ydolorum suorum que faciunt sibi vt dicitur Amos v. Quales sunt mulieres ornantes se cultu superfluo ad aspectum virorum Et cuilibet talium dicitur Ezechielis xvi fecisti tibi ymagines masculinas et fornicata es in eis Et de tali si quereretur Cuius est ymago hec, apte videtur dyaboli ut ymago referatur ad deformitatem peccatorum in persona sua, et superscriptio ad ornatos peccatores superpictos Et recte dicitur quia talis ymago et superscriptio sunt dyaboli Enim talis peccatrix mulier quid aliud est quam tetha dyaboli, que non contenta dampnatione propria capit etiam animas aliorum preciosiores Ecce mulier occurrit illi ornatu meretricio preparata ad capiendum animas vt consulit dominus per sapientem proverbiorum vii. Custodiat te inquit a muliere mala, preciosam animam viri capit Et quod dictum est de muliere taliter ornata quia imputat ymaginem dyaboli cum superscriptione sua, potest etiam dici de quolibet homine qui prauis suis moribus et exemplis alios perdit vnde Bernardus in quodam sermone Non tibi inquit comparem Christus ab eo sustinet persecutionem qui suggestione exemplo pernitiosa scandali actione ab eo perdit animas quas redemit quam a iudeo qui sanguinem eius fudit Talis enim qui officium dyaboli supplet, non incongrue filius dyaboli dicitur 1. Ioh iiio Qui facit peccatum ex dyabolo est In alio etiam sensu verba predicta prenunciantur, prout deus in extremo iudicio hanc questionem proponet exigendo a quolibet racionem, quo ymaginem suam in se custodierit et veneratus sunt Nam secundum dispositionem ymaginis in quolibet ad conformitatem vel ad deformitatem peccati iudicabuntur, et secundum hoc electi a reprobis cognoscentur et discernentur Et licet ibi omnia pateant oculis iudicis hec optet eam querere quoque ab aliquo velud ignorans, ipse tamen ad instar sapientis iudicis animam suam quid quod senciant sui assessores Cum ergo hanc questionem de vno quoque Cuius est ymago hec et superscriptio Tunc questionem pro quolibet iusto videbitur Domine hec ymago tua est, que tibi consignata est in creatione, per te renouata in redemptione, tibi conformata in tua assimilatione, tibi reputata, in tua imitatione et exemplari conuersatione Sed ex parte reproborum cum quaeritur Cuius est ymago hec videbitur dyaboli, non creatione sed imitatione et voluntate sue conformatione, sic Joh viiio dicitur iudeis a domino, vos ex patre dyabolo estis Tunc inde prosequens sententiam dicet ministris suis Reddite ergo que sunt cesaris cesari, id est dyabolo que sunt dyaboli Et que sunt dei deo Et ibunt reprobi in supplicium eternum iusti vero in vitam eternam vt Matthei xxv Et audientes ad decisionem dicte questionis exierunt hic consultatum temptamenti, et quantum ad imitationem et quantum ad receptionem Et ergo Et audientes pharisei miraci sunt ad tantam sapientiam, et etiam quod calliditas eorum temptandi, non habuisset locum, Et relicto eo abierunt secundum in perfidia obstinatam multi in infidelitate temptantes Sap 30 Ab interne iusto scilicet Christo abierunt

Dubia Hic ponuntur septem dubitationes Prima vtrum christiani per aduentum Christi sunt

absoluti a tributis soluendis Secundo utrum institucio decimarum sit a iure
naturali 3a de tempore institucionis decimarum Quarta utrum decime sint in
precepto vel consilio Quinta utrum preceptum de decimis sit morale vel ce-
rimoniale Sexta utrum infideles teneantur ad oblaciones faciendas ex necessi-
tate precepti Ad primam est dicendum quod questio est dubia pro tanto quia soluere
tributum videtur esse quedam seruitus Per aduentum autem Christi ab omni
seruitute liberati sumus iuxta illud Si filius vos liberabit vere
liberi eritis Sciendum est ergo quod vel questio est de secularibus vel de clericis
et ecclesiasticis personis Si igitur est questio de secularibus dico quod per aduentum
Christi a tributis soluendis et a seruitute corporali et consimiliter ab omni-
bus penalitatibus absolui noluit ut dicit Ambrosius et ponitur xi q. prima Si
enim filius censum soluit quis tu tantus es qui non putas esse soluendum
ymo apostolus mandat omnibus ad Rom. xiii Ut omnibus reddatis de-
bita cui tributum tributum et cui vectigal vectigal liberauit ergo Christus
credentes in eum a seruitute [illegible] et a penalitatibus spiritualibus de
qua liberacione intelligitur Si filius vos liberabit vere liberi eri-
tis Si autem questio sit de ecclesiasticis personis sic de aliquibus ab eis soluen-
dis est tributum et de aliquibus non Nam de possessionibus emptis et
de hiis que a viris condonantur ecclesie si imperator tributum petat negan-
dum non est ut scribitur xi q. prima; sed de decimis et oblacionibus et
que pro sepultura dantur ecclesie et talia offeruntur deo tributum soluen-
dum non est ut ponitur xvi q. viii et ista est via media quam Christus te-
nuit Nam pharisei de omnibus negabant tributum esse soluendum hero-
diani vero de omnibus tributum exigi credebant Saluator autem mediam ac
virtuosam viam eligens dixit Reddite que sunt cesaris cesari et que sunt dei deo
Ad secundam videtur quod decretum de decimis intelligi potest duobus modis
Uno modo secundum determinacionem in taxacione talis partis soluende deo et ac-
cipitur in racione propria Alio modo secundum indeterminacionem in solucione alicuius partis
substancie soluende deo vel eius ministris et accipitur in racione communi
Videtur ergo quod secundum secundum modum accipiende decimam simpliciter decima
est a iure naturali Nam ius naturale dictat quod honorandus est deus de propria
substancia et quod [illegible] temporalia ministrant spiritualia secundum id Luce x Di-
gnus est operarius mercede sua et prima ad Corinth. ix Si nos vobis spi-
ritualia seminauimus non magnum est si vestra corporalia metamus Secundum
vero primum modum secundum quid et non simpliciter institucio decimarum est a iure naturali
Nam ius naturale hoc non dictat simpliciter sed secundum quid ut scilicet cum adiunctam ro-
ne vel arte vel gracia seu inspiracione tunc enim quodam inclinatur natura
ad solucionem talis partis Non dico ergo quod eum simpliciter per dictamen iuris na-
turalis tenetur homo hoc facere quod honorandus esset deus de propria substancia sed quia
quod ipsum honoraret in solucione decime instinctum quendam habuit ex
arte Nam cum sciret deum honorandum ut principium et auctorem bonorum
et consummatorem et finem bonorum in solucione primiciarum protestabatur
ipsum esse principium bonorum et auctorem Ex arte vero siue noticia numeri
instinctum habuit ut offerret decimam ad protestandum ipsum deum finem et
consummatorem bonorum Nam ab unitate numerus coordinatur primus limes
et terminus numerorum est denarius unus quasi per replicacionem unitatis et ceterorum
numerorum ab ipsa formantur numeri consequentes Unde ysidorus super id Exodi
xxii Decimas et primicias tuas non tardabis offerre Dicit per primicias

Sexta utrum decime sint iure elemosine

Sexta utrum decime sint pure elemosine

Allex de Hal[illegible]

primitiva / in decimis

frugum vel primogenitorum puta bonorum operum ondimus (?) Undecimus vero denarius peccatum signat quia ad ipsum usque numerus crescit Ideo quod sicut in primitiis principia voluntatum ita in decimis consummationes nostrorum operum ad deum referre debemus. a quo et boni operis initium et perfectionis donum effectum. Item quedam instinctu hominum ex ratione Nam non confert ratio que post erant necessaria sustentationi vite humane conveniebat secundum exigentiam nature novem partes necessarias seu sustentationi proprie et sue familie Nam secundum decursum nature communiter tunc unice poterat homines usque ad quartam generationem cum quatuor aut generationes ad minus ponunt octo personas. patrem et matrem filium et filiam nepotem et neptem pronepotem et proneptem Octo ergo partes indicant necessariam sustentationem proprie et familie nonam vero partem indicant retinendam pro senecte et egrotatione Decima ergo que excrescebat indicare debuit deum honorandum Item quedam instinctu huius ex inspiratione seu revelatione facta ade cum fuit raptus in extasi ad curiam angelorum. ex quo notum fuit homini creaturam angelicam per ordinibus distinctam et ipsum homines in decimo ordine rationalis creature conditum Si ergo homo in sua qua honorabat deum debuit prestari ordine sue conditionis ad laudem et gloriam conditoris conveniebat offerre decimam et non partem aliam iuxta parabolam de dragma decima luce xv Ad 3am est dicendum quod cum sine fide salvatoris implicita vel explicita nulli homini post peccatum potuit esse salus ut dicit beatus augustinus et beatus petrus act iiii° per successum temporis demandabat persona salvatoris primo in natura divinitatis seu sua conditoris propter quod honorari debuit primitiis et primogenitis gregis ab abel. ut signaret quod ille qui erat principium conditionis et primogenitus filius dei esset principium reparationis Secundo persona salvatoris revelabatur in natura creata in qua assumeret officium mediatoris et offerret oblationem sacrificium placationis pro hominibus ad deum propter quod honorari debuit in oblatione et sacrificiis Tercio quia nesciebatur cuius in qua natura utrum angelica vel humana facta est revelatio quod in humana natura in qua expleret officium redemptoris honorari debuit in decima in qua designatur humana natura luce xv. quia ergo a principio abel facta est revelatio persone salvatoris ut conditoris in sua divinitate. ideo instituta est primitia. quia vero noe facta est revelatio. declarat in natura creata ut mediatoris. ideo in ipso legitur institutio oblationis accepte deo. quia vero abrahe primo declarato et demonstrato persone salvatoris in natura humana cum dicitur est ei Gen xxii In semine tuo benedicentur omnes gentes. in abraham instituta est decima et per hoc patet responsio In canone autem misse illas tres specialiter nominamus Abel Abraham melchisedech. quia in oblatione istorum expressa est salvatoris persona ut conditor in primitiis abel ut mediator in sacrificio melchisedech sacerdote. ut redemptor in decima abrahe Noe autem patriarche sacrificium obmittimus et melchisedech recitamus. quia noe obtulit sacrificium pecorum secundum ritum legis veteris. melchisedech sacrificium vini et panis secundum ritum nove legis in quo tradendum erat sacramentum domini corporis et sanguinis Ad 4am dicendum distinguuntur tempora ante legem in lege post legem in gratia evangelii Dicendum quod secundum modestiam (?) tempore ante legem in lege post legem in gratia evangelii dicendum quod secundum moderationem (?) ut sic aliquota pars sue daretur ad sustentationem ministrorum dei sicut fuit in precepto et de iure ut dicitur est Gen xlvii sacerdotibus egypti cibaria ex horreis publicis prebebantur. Secundum declarationem vero talis parte sue decime ante legem fuit in consilio In lege vero fuit in precepto sub lege autem tamen In tempore vero gratie facte sunt in precepto cum veritate

est z petunt a ministris ul' etiam si no petitur dummodo sit consuetudo regi
onis. vn decretal' alex. ex de decimis z primicijs mandamus q'tinus
parrochianos vestros moneatis z si opus fuerit sub excommunicacionis
districtione compellatis ut de prouentibus molendinorum piscariorum feno
et lana eciam quibusdam debent cum integritate persoluant. It decre
talis Innocentij in Concil. lat. / Ille quippe decime necessario sunt sol
uende que debentur ex lege nature diuina z consuetudine approba
ta. Ad quintum videtur q' homines no teneantur dare decimas ex neccessi
tate precepti. Preceptum enim de solucione decimarum in lege veteri
datur ut3 leuit xxvii / Omnes decime terre siue de frugibus siue de
pomis domini sunt. et in tercia omnium decimarum omnes et bouis z capre
que sub pastoris virga transeunt quicquid decimum venerit sanctifica
bitur domino no autem potest computari. / et hoc inter precepta moralia
quia ro' naturalis no magis dictat q' decima pars debeat magis
dari quam nona vel vndecima / ergo vel e preceptum iudiciale. vel ce
rimoniale. sed tempore gratie no obligatur homines neque ad precepta cere
monialia neque ad iudicialia veteris legis. ergo homines nunc non
obligantur ad solucionem decimarum. Preterea illa sola homines obser
uare tenentur tempore gratie que a xpo per apostolos sunt mandata secundum id
mat. vlt. docentes eos seruare omnia quecumque mandaui vobis. Et pau
lus dicit Act. xx. Non enim subterfugi quominus vobis ess' omne consilium dei
annunciare. / sed neque in doctrina xpi neque in doctrina apostolorum aliquid con
tinetur de solucione decimarum. Nam quod dominus dicit de decimis mat.
xxiii^o hec oportuit facere ad tempus preteritum obseruancie legalis referre.
Sicut videtur dicit Augustinus super quintum decimacio illa olerum que in
prefiguracionem futurorum erat vtilis no debebat obmitti / ergo homines
tempore gratie no tenentur ad solucionem decimarum. Preterea homines tempore gratie
no magis tenentur ad obseruacionem legalium quam ante legem. / sed ante
legem no dabantur decime ex precepto / sed solum ex voto / legitur enim
Gen. xxviii^o q' Jacob vouit votum dicens Si fuerit deus mecum z custo
dierit me in via qua ambulo etc. cunctorum que dederis michi decimas
offeram tibi / ergo est neque tempore gratie tenentur homines ad decimarum solu
cionem. Preterea in veteri lege tenebantur homines ad triplices decimas sol
uendas / quarum quasdam soluebant leuite. dicitur enim Num. xviii leuite
decimarum oblacione contenti erunt. / quas in vsus eorum z necessitatem
Ad quintum dicendum q' decime in veteri lege dabantur ad susteta Thomas scd^a 2^e
cionem ministrorum dei. vn dicitur Malach. 3^o Inferte omnem decimacionem in orre
um meum ut sit cibus in domo mea. vn preceptum de solucione decimarum
partim quidem erat morale inditum naturali racioni partim autem erat in
iudiciale ex diuina institucione robur habens. quod enim eis qui diuino
cultui ministrabant ad salutem populi tocius / populus necessaria victus ministraret
ro' naturalis dictat sicut et hijs qui communi vtilitati inuigilant sicut principibus
z militibus z alijs huiusmodi stipendia victus debentur a populo vn z apostolus
hoc probat primo ad Cor. ix^o per humanas consuetudines dicens quis mi
litat suis stipendijs vnquam quis plantat vineam z de fructibus eius
non edit. Sed determinacio certe partis exhibende ministris diuini cultus
no e de iure naturali / sed est introducta institucione diuina secundum condicio
nem illius populi cui lex dabatur quam cum in xii tribus esset diuisus / xiii

tribus scilicet leuitica que tota erat diuinis misteriis mancipata posses
siones non habebat unde conueniens institutum est ut reliqui xi tribus de
cimam partem fructuum prouentuum leuitis darent ut honorabilius uiuerent
et quia etiam aliquam per ignoranciam erant transgressores futurum unde preceptum
ad determinationem decime partis erat iudiciale sicut et alia multa specialiter
in illo populo instituta erant ad equalitatem inter homines adinuicem
conseruandam secundum populi illius condicionem que iudicialia precepta dicuntur
licet ex consequenti aliquid significarent in futurum sicut et omnia eorum facta secundum
illud prima ad Corinthios x Omnia in figura contingebant illis in quo conueniebant
cum cerimonialibus preceptis que principaliter instituta erant ad significandum
aliquid futurum unde et preceptum de decimis persoluendis hoc significat
aliquid in futurum qui enim decimam dat que est perfectionis signum
eo quod denarius est quodammodo numerus perfectus quasi primus limes numerorum
ultra quem numeri non procedunt sed reiterantur ab uno nomine sibi par
tibus reseruatis protestatur se in quodam signo ad se pertinere imperfectionem
perfectionem uero que erat futura per Christum esse expectandam a deo ut
tamen propter hoc est cerimoniale preceptum sed iudiciale ut dictum est Est autem
hec differentia inter cerimonialia et iudicialia precepta quod cerimonialia
illicitum est obseruare tempore legis noue iudicialia uero et si non obligent
tempore gratie tamen possunt obseruari absque peccato et ad eorum obseruantiam ali
qui obligantur si statuantur auctoritate eorum quorum est condere leges sicut
preceptum iudiciale ueteris legis est quod qui furatus fuerit ouem reddat
quatuor oues ut legitur Exodi xxii quod si aliquo rege statuatur tenentur
eius subditi obseruare Ita etiam determinatio decime partis soluende est
auctoritate ecclesie tempore noue legis instituta secundum quandam humanitatem ut
scilicet non minus populus noue legis ministris noui testamenti exhibeat cum tamen
populus noue legis ad maiora obligetur secundum id Mathei v Nisi habundauerit
nerit iusticia uestra plus quam scribarum et phariseorum non intrabitis in
regnum celorum Et cum ministri noui testamenti sint maioris dignitatis quam
ministri ueteris legis ut probat apostolus ii ad Corinthios iii Sic ergo patet ad
solutionem decimarum homines tenentur partim quidem ex iure naturali partim ex in
stitutione ecclesie que tamen pensatis opportunitatibus temporum et personarum pos
set aliam partem determinare soluendam Ad sextam dicendum quod habetur
ex ueteri lege homines ad triplices decimas soluendas tenebantur Erant
enim prime decime que soluebantur deo et leuitis seu ministris eius et tercie de
cime non sunt elemosine Nam elemosine dantur in remissionem peccatorum
secundum id quod dicitur Nabuchodonosor Danielis iiii peccata tua elemosinis
redime et iniquitates tuas misericordiis pauperum Decime uero iste non
sunt institute principaliter ad redimendum peccata sed propter causas tales ut inspi
patebit Item elemosine sunt pure uoluntarie sed tales decime non sunt
uoluntarie sed sub obligatione precepti Nam Leuitici ultimo dicitur preceptum
de decimis quo ad deum ubi dicitur Omnes terre decime siue de frugi
bus siue de pomis arborum domini sunt Et infra loquitur de pecco
ribus et Omnium decimarum sanctificabitur domino Et Malachie iii dicitur
Inferte omnem decimam in horreum meum ut sit cibus in domo mea
Item Exodi xxii Decimas et primicias non tardabis offerre deo Dicit Augustinus
Si tardauimus dare peccatum est quanto magis peccatum est non dedisse Secundo quod
ad leuitas pertinet Numeri xviii leuita decimarum oblatione contenti erunt
quos in usus eorum et necessitates separaui pro ministerio quo seruiunt mihi

in thabernaculo federis. Et aut xxiii c. Ve vob scribe z pharisei q
decimatis mentam z c. seq. hec oportuit facere z illa no obmittere
Sup quo dicit Glo. Precepit dns omni rerum decimas offerri ppter ali
moniam sacerdotum Deus em sibi retinuit z offerre voluit et
decreuit decimam Et hoc duplici de causa. Primo in signum vniversale
dominij scdm id Malach. i. Si ego pater vbi est honor meus
Si ego dns vbi timor meus. Scda racio mistica. qz p decima
intelligit omnis pfectio virtuosa. tum qz denarius fit vnu pfectum. tum
qz denarius sit vnum decem mandatorum dei. Primicie g sunt honorz
inchoacionem decime aut significant bonorz opm complementum z pfec
cionem Nonenarius vero nus impfectus qui ad denarium no attingit
significat rerz z operz impfectionem z diminucionez. g dcm e quod
illud quod e primum et decimum deo offert. istud vero quod e infra
nonenarium retinetur. quia venera primicie. i. singla boni opis incho
acio. et decime. i. singla boni opis complementum z pfectio deo sunt
ascribenda z offerenda. Quia sine diuina gra nullum bonum ops
pficitur aut completur. Iuxta id ad Philipp. ii. Ipse est qui opatur
in nobis z velle et pficere Nouem em partes siue nonenarius nus
i. quecunqz impfectio nob est retineda z nob ascribenda. qz scdm rei
veritatem quicqd pfectionis in nris opibz est totum sibi est attribuen
dum. quicqd aut impfectionis z defectus ubi sunt est nob z nris impfec
cionibz ascribendum. Ista est g decima actualis que soli deo dz offer
ri Thob. i. Omnia primitiua sua et diuicias suas fideliter offerens Itez
quo ad leuitas decimam puentinum atqz rerz ministris suis qui suaz
s. representant psonam offerri mandauit. eo qz tales decime an legez sunt
ordinate. in lege sunt impate sub lege sunt obseruate. Ante legem
em decime sunt ordinate z figurate Nam eciam apud gentiles de qui
busdam rebus fiebat antiquitus decimacio Narrat em plinius lio xii capi
tulo Ad quod concordat Solinus capitulo de Ethiopia qz collecto Cinamomo
sacerdos cum hasta ad hoc consecrata sarmenta diuidebat partem soli quem
in illis ptibz adorabat seponebat. reliquum dno dimittebat De thure
eciam dicit idem plinius li. in capitulo xv Qz posquam erat collectum in ciuitate Saban
dia p vnam specialem portam inferebat z ante omnia decimabat. nec
licebat illud vendere mercatoribus donec sacerdos partem suam habuisset Ergo
talibus gentilium exemplis fuerunt decime originaliter eciam aliqualiter
figurate Quod s. fuit antiquitus ante legem. Vnde eciam de Melchisedech
sacerdote qui fuit ante legem dicitur Gen. xiiii Et Abraham dedit
sibi decimas de omnibz que habebat Vnde Aplus ad Hebre. vii Intu
emini aut quantus sit hic cui et decimas dedit de precipuis Abraham
patriarcha. Fuerunt g decime ante legem figurate Et in lege fuerunt sancti
ficate z imperate. Lex em diuina decimas impat z quicqd decimum
veniebat domini erat et in usus sacerdotum cedebat. nec cum aliquo
mutari debebat. sicut dicitur Leui. xxvii In quibz eciam habetur pr qz decima
et alie res desacte. et quecunqz bona eciam dno dedicata Non
dnt in usus alios ordinari sz soli deo z ministris eius reseruari Se
cularibus em licitum non fuit bona consecrata tangere nec ad usus proprios
applicare De archa em testamenti que sancta z sanctificata dno
dicebatur legitur i. Reg. v. Et quidem fuit apud philisteos qui s. pagani

erant et puncta eius indigni, multiplicit[er] sunt a d[omi]no flagellati et agri eorum muribus devorati. Isti ergo timentes archam ipsam ad filios isr[ae]l remiserunt et plage quas sustinuerunt recesserunt cessaverunt. Sic vere dictum quod bona ecclesiastica sive sint decime sive alia d[omi]no dedicata et pro filiis isr[ae]l i[d est] pro ecclesiasticis ordinata, nulli philistei i[d est] nulli seculares digni sunt detinere vel capere, quod si fecerint utique eos a deo flagellari et tribulamina sustinere. Summa pro certo verisile est quod seculares tantas tribulaciones sustinent propter hoc quod bona ecclesiarum iniuste rapiunt atque tenent. Debent ergo dari decime quia in lege sunt precepte et imperate sic ut dicitur levitici penultimo, Nume[ri] xviii et in aliis multis locis. Unde malach. iii precipit sic Inferte omnem decimam in horreum meum ut sit cibus in domo mea. Super quo dicit Iheronimus Sciatis vos perdidisse habundanciam quia partem me fraudastis. Reddatis ergo michi mea et ego restituam vobis vestra. Iste dico quod decime erant sub lege data et observata. In primitiva enim ecclesia decime cum omni diligencia reddebantur ecclesie fundabantur et bona ecclesiasticorum per seculares non detinebantur sed potius augebantur et merito quia decime pro victu seruitorum ecclesie sunt ordinate et alie possessiones a principibus sublate. Nume[ri] xviii In terra eorum nichil possidebitis decimarum oblacione contenti. Unde ergo consulit Eccli xxxv In omni dato tuo hilarem fac vultum tuum et sanctifica in exultacione decimas tuas. Et merito quia pro certo pro legittima datam decimarum declinatur pena posterior augmentatur census exterior, reportatur fructus superior, declinatur dico pena infernalis. Unde Augustinus in sermone de decimis et ponitur xvi q. i in canone decime. Hec est inquit domini iustissima consuetudo ut si tu illi decimam non dederis tu ad decimam revocaberis, hoc est ad demones qui sunt angelorum pars decima associaberis. Dabis inquit impio militi que dare nolueris sacerdoti. Secundo ex hoc etiam augmentatur fructus temporalis. Unde idem dicit ibidem Si decimam dederis habundanciam fructuum et sanitatem anime et corporis consequeris. Item ex hoc reportatur gloria finalis. Unde Augustinus ibidem, attende inquit quod creatura decima inter intellectuales creaturas est homo quia angeli in novem ordinibus consistunt decimus vero ordo est hominum. Et ideo homines decimam solvunt ut ruinam angelorum valeat supplere et decimum ordinem adimplere. Ista ergo decima temporalis que dei ministris debetur conferri. Item non quod dare decimas non est honerosum in se licet honerosum sit pueris et incredulis fidelibus cum qui credunt deum esse veracem facile est et leve solvere decimas. Dicit enim dominus per malachiam c. iii Inferte omnem decimam in horreum meum ut sit cibus in domo mea, et probate me super hoc dicit dominus Si non aperuero vobis kataractas celi et effundam benedictionem usque ad habundanciam et increpabo pro vobis devorantem, qui non corrumpet fructus domus vestre. Hec promissio facit quod solvere decimas non est honerosum, ergo per oppositum fidelibus non credentibus promittit celum ferreum et terram eneam. Secunde quidem erant decime de quibus legitur deuteronomii xiiii Decimam partem separabis de cunctis fructibus terre qui nascuntur in terra possessionis et comedes in conspectu dei in loco quem elegit deus. Iste decime reservabantur ad sacrificia offerenda et locum non habent in lege nova cessantibus legalibus victimis. Tercie erant decime de quibus ibidem subditur Anno tercio separabis aliam decimam ex omnibus que nascuntur tibi eo tempore et repones intra ianuas tuas, venietque levites qui aliam non habet partem, nec possessionem tecum, et peregrinus ac pupillus et vidua que intra portas tuas sunt et comedent et saturabuntur. Tales enim decime sunt pure elemosine eo quod tales decime dabantur pauperibus et tales decime in nova lege augentur propter hoc quod dominus non solum decimam partem sed omnia superflua pauperibus iubet exhiberi secundum illud luce xi Quod superest date elemosinam. Sic dictas prime decime sunt elemosine dicit Augustinus

Decime sunt tributa egencium. Videtur quod Augustinus velit quod decime que dantur
clericis vel dantur illis quia indigentes sunt vel ut dispensent egentibus
res vero spirituales que superfluunt eius obligacionis censentur. Unde Ambrosius
in libro de officiis: Grandis culpa est si sciente te fidelis egeat, si scias
eum sine sumptu esse, famem tolerare, erumpnam pati, quia presertim egere
erubescat sed facere dices. In veteri lege decime dabantur ministris
quia non habebant possessiones. Nunc autem clerici et sacerdotes
possessiones magnas habent de quibus possunt sustentari, ergo non competit
eis decimas dare. Sed decime dantur in sustentacionem. Videtur tamen quod tempore
gratie sacerdotes habeant possessiones sufficientes, bene dande sunt eis decime
quia ipsi sunt pauperum dispensatores et procuratores, et quecumque habent
communia dicunt habere cum pauperibus. Unde Jeronimus ad Damasum papam: Sed quamquam
habent clerici pauperes et, et illorum omnibus esse tectis et apparata, sed certe
hec hodie non inveniuntur in clericis et sacerdotibus. Ad septimum videtur
videtur quod non, quia Christifideles tempore evangelii non tenentur observare pre-
cepta cerimonialia. Nam precepta cerimonialia per mortem Christi sunt extincta
et mortificata. Sed oblaciones offerre pertinet ad precepta cerimonialia, ut patet in libro
Exodi. Sed in oppositum patet per consuetudinem ecclesie et ex precepto quo precepit ter
in anno offerre. Dicendum est quod homines in nova lege tenentur offerre sicut
et in veteri multiplici de causa. Primo ad vitandum ydolatrie cultum. Nam
per huiusmodi oblaciones homines retrahebantur ab ydolorum cultura. Nam precepta de
oblacionibus non sunt data populo iudeorum nisi postquam declinavit ad ydo-
latrie culturam adorando vitulum conflatilem. Unde Jere. vii dicitur: Non sum
locutus cum patribus vestris et non precepi eis in die qua eieci eos de terra Egypti
de verbo holocaustomatum et victimarum. Secundo ad insinuandum excellenciam
divinam, ut homines offerentes non recognoscant aliud primum auctorem rerum nisi
solum deum, neque in aliquo alio finem suum constituant. Et propter hoc prohibebatur
in lege offerre alicui alteri nisi deo, ut in Exodi xxii: Qui immolat diis
occidetur preter deo soli. Tercio ad rememorandum aliqua dei beneficia
que homo recepit a deo, ut hic quod homo recognoscat a deo tamquam a primo
principio se talia beneficia recepisse, et ordinet in deum tamquam in ultimum
finem, et hoc representatur in oblacionibus que nos facimus ad altare, ita quod homo
ex suis rebus quasi in recognicionem dei quod omnia habet a deo in honorem
dei offert, secundum quod dixit David primi paralipomenon xxix: Tua sunt omnia et que de
manu tua accepimus dedimus tibi. Et ideo in oblacionibus offerencium pre-
stat homo quod deus esset primum principium creacionis rerum et ultimus finis ad quem
essent omnia referenda. Quarto ad designandum disposicionem mentis que re-
quiritur de necessitate in colentibus deum et offerentibus aliquid deo, unde Glossa
super illud Ps.: usque ad cornu altaris. Et inde est quod in certis solempnitatibus
populus nummum offert manuali oblacione interiorem suis nummum mentis
In nummo enim est nomen et ymago cesaris. Cuiusque ergo spiritualem nummum
offert ut nomen regis, scilicet Christi, in se habeat, cum a Christo dictus est christianus,
et ymaginem scilicet anime lumine vultus eius insignitam deo exhibeat, vel yma-
ginem scilicet mentem devotam offerendo deo. Et offert nummum circularem qui non
habet principium nec finem ut ostendat mentem eius interiorem quo ad servi-
tium dei esse sine principio et fine. Quinto homines offerunt ut sint participes
oblacionibus sacerdotum secundum illud ad Cor. ix: Qui altari deserviunt de altari
participant. Et beatus Gregorius dicit: Omnis christianus procuret ad missarum so-
lempnia aliquid deo offerre. Et in antiqua lege preceptum fuit Exodi
xxiii: Tribus vicibus per singulos annos michi festa celebrabitis. Et postea

subditur Non apparebis in conspectu meo vacuus Sexto propter ecclesie utilitatem et ministrorum ut habeant unde vivant unde dicitur levite ut comedere possint dedit oblaciones et decimas Septimo propter consuetudinem ecclesie tenentur homines offerre in certis sollempnitatibus ut dicit Gregorius Sed ad argumentum hic est argumentum wiklefistarum et eorum sequacium qui multa loquentes volebant destruere totum ritum ecclesie non bene ponderantes sacram scripturam Nam precepta cerimonialia duplex considerantur Quedam sunt cultus divini sive hoc pertineat ad vitandum ydolatrie cultum sive ad commemoranda aliqua dei beneficia sive ad insinuandam excellenciam divinam vel ad designandam disposicionem mentis interiorem que tunc requirebatur in colentibus deum et sic habent sensum litteralem Alio consideratur secundum quod ordinabatur ad figurandum aliquod futurum scilicet Christum venturum et habent sensum figuralem Oblaciones autem aut offertoria in antiqua lege secundum quod ordinabantur ad figurandum aliquid futurum sic tales oblaciones vel offertoria per mortem Christi sunt deleta vel delete et mortua Inquantum autem oblaciones et offertoria ordinantur ad cultum divinum sic per mortem Christi non sunt totaliter deleta sed solum in parte sic quod homines non tenentur ad tales oblaciones faciendas sicut in antiqua lege et causas expressas in antiqua lege sed bene ex causis aliis superius expressis Dicentes ergo infideles non teneri ad oblaciones similes sunt phariseis temptantibus Christum An liceat censum dare cesari an non quos Christus refellendo dixit date que sunt cesaris cesari et que sunt dei deo deo

hic materia pertinet ad precedentem textum ante in nono folio sub tali signo △

Obtulerunt ei denarium etc. Moraliter duo sunt

hic consideranda Primo quid per denarium significatur Secundo que ad bonitatem eius requiruntur ad hoc ut in celesti regno pro bono acceptetur Ad primum dico quod per denarium fidelis anima ad ymaginem dei facta significatur De hoc denario Luce xv Que mulier habens dragmas x etc Mulier est divina sapiencia scilicet filius dei per dragmas significantur homines et angeli quia regis id est dei sui habent ymaginem impressam puta in racione sed unam dragmam mulier perdidit quando homo peccando a deo recessit sed filius dei ad querendum hominem in carne apparuit quod per accensionem lucerne figuratur lucerna est lux in testa id est verbum in carne lucerna lucet quando Christus doctrina sua mentes homines clarificavit domum evertit quando predicando corda hominum de peccatis suis turbat dragma invenitur quando similitudo dei in homine reformatur que per peccatum deturpata fuerat Fecit quippe deus hominem ad ymaginem et similitudinem suam Genesis i Ad ymaginem quantum ad naturalia ad similitudinem quantum ad gratuita scilicet virtutes Et hec fuit moneta summi regis Promittens autem dyabolus falsus monetarius emendacionem monete deturpavit eam et falsificavit Promisit enim quod ille qui ad ymaginem factus erat ipsam ymaginem faceret dicens Eritis sicut dii Non ad ymaginem sed ipsam ymaginem faciebat subiungens scientes bonum et malum similitudinem imprimebat Et sic homo tam in ymagine quam in similitudine falsificatus quod habuit perdidit descendens per peccatum a Jerusalem in Jericho spoliatus est gratuitis et vulneratus in naturalibus et amissa omni similitudine ymago ita deturpata est ut eciam non agnosceretur a deo Treni quarto denigrata est facies eorum super carbones et non sunt agniti in plateis Nam et facies omnium sicut nigredo olle Et ysa eciam facies corrupte vultus eorum hanc deturpacionem imperat pater d. ... dignitatem et facies peccatores sumunt Volens autem deus ymaginem suam renovare

dedit legem in timore in monte Synai qui erat mons terribilis et ab eo fumus tamquam a fornace ascendebat et ibi cepit tunc veterem monetam in igne descendens purgationem a vetustate signis per sicut flint cera a facie ignis. Dedit ergo graciam ad ymaginem reformandam et legem ad superscriptionem que ideo in lapideis thabulis digito dei descripta est ut in cordibus eorum indissolubiliter inscribi designaretur Et per hoc homines fierent receptibiles in precium per graciam sed non dum in futurum per gloriam Nonus quoque Antiochus promisit Symoni summo sacerdoti facere in regione sua percussuram proprii nummismatis ut habetur 1 Machab. 15 Antiochus interpretatur silens paupertatem et signat dyabolum qui nichil vult fieri de illa verbum sed de diviciis. hic vellet aut nollet Symoni Christo obedienti deo patri usque ad mortem promisit percussuram proprii nummismatis facere. et hoc erat nummisma novum vel nove monete scilicet legis nove que est amoris et non timoris Ro. 8 non accepistis etc. Et sic per impressionem forme nova moneta a veteri distinguitur. ita per caritatem ymago domini demonstratur Job 13 In hoc cognoscent homines quod discipuli mei estis etc. dominus ex utraque parte denarium facere percussuram intendit per amorem. foris per operationem Cantica 8 pone me sicut signaculum super cor tuum scilicet per amorem et super brachium tuum per operationem ut sicut sigillum relinquit ymaginem in cera sic per amorem ymago dei relinquitur in anima et efficiatur nove monete denarius ymagine et similitudine summi regis insignitus Et tantum de primo

Ad bonitatem huius denarii requiruntur plura primo materia debita puta aurum vel argentum Ezech. 28 Aurum opus decoris tui Sunt autem in auro quatuor que debent esse in anima Primum est quod est rubeum signans fervorem caritatis que per aurum significatur quod magi obtulerunt domino cum thure devotionis et mirra mortificationis. secundum soliditas scilicet paciencia in adversis tribulacione Eccli. 7o quasi vas auri solidum ornatum omni lapide precioso. paciencia enim opus perfectum habet Jac. 1. Et apostolus 2 Cor. 4 In omnibus tribulacionem patimur sed non angustiamur scilicet per odium. quin eos qui nos tribulant corde diligamus Apporiamur scilicet in rebus sed non destituimur quin non habeamus veritatem persecucionem patimur sed non derelinquimur. deicimur sed non perimus Eccli. 2 In igne probatur aurum et argentum homines vero receptibiles tamquam boni denarii probantur in camino humiliacionis et tribulacionis Sunt tamen quidam denarii qui non habent veritatem auri vel argenti et habent exterius falsam expressionem paciencie ut heretici qui non habent aurum caritatis quia carent auro fidei De quo 1 Pe. 1 Ut probatio fidei vestre preciosior sit auro quod per ignem probatur De talibus dicitur Jere. 6 Omnes isti principes declinantium scilicet a fide ambulantes fraudulenter es et ferrum universi sunt et corrupti Es propter sonoritatem et auri similitudinem quia heretici habent sonum predicationis et speciem veritatis ferrum autem dure propter incorrigibilitatem quia occidi possunt flecti nequeunt Defecit sufflatorium in igne scilicet admonitio non proficit frustra conflavit conflator ergo argentum reprobum vocate eos et infideles amaritate Talis denarius est frangendus quia hereticus est cobuerendus 3m quod ductile sic anima debet esse ductilis per obedienciam ad faciendum dei et sic eorum superiorum voluntatem Prov. 21 Sicut divisiones aquarum ita cor regis in manu domini quocumque voluerit inclinabit illud Quartum lucidum ut sit lucida

regione

p bonum exemplum et honestam conversationem Mt v Luceat lux vestra etc. Per argen-
tum significatur vera doctrina ps Eloquia domini eloquia casta argen-
tum igne examinatum Secundo requiritur ad bonum denarium pondus debitum
denarius enim ille qui pro censu dabatur valebat x usuales qui decem
precepta signat pondus debitum habet anima que in se habet observanciam decem
preceptorum Mt xix Si vis ad vitam ingredi serva mandata Vel pondus est
gravitas morum ut non de facili sic palea ante faciem venti moveatur sicut
sunt multi qui in bono sunt instabiles de quibus Job xxi Erunt sicut
palea ante faciem venti et sic favilla quam turbo dispergit Tren i peccatum
peccavit Jerusalem et ideo instabilis facta est Debet ergo fidelis anima habere
gravitatem morum et constanciam in bono Eccli ii et fili accedens ad servi-
tutem etc. Sap v Stabunt iusti in magna constancia etc. Vel pondus
est labor fidei quia fides sine operibus i pondere mortua est De hoc po-
dere Mt xx portavimus laboratores vinee pondus diei et estus
i laborem qui quanto plus ponderat in presenti tanto plus ponderabit
in futuro in gloria i Cor iv Illud quod in presenti est momentaneum et leve
tribulationis nostre supra modum in sublimitate eterne glorie pondus operabitur
in nobis Felix esset qui ponderaret opera sua ad pondus sanctuarii i
ad similitudinem iustorum quia plerique habent stateras dolosas quia mo-
dica et levia opera volunt multum ponderare De quibus ps Mendaces filii
hominum in stateris Osee xii Chanaan in manu eius statera dolosa calum-
niam dilexit Chanaan interpretatur emulator qui Tercio requiritur quod
sit integer per castitatem i Thess ultimo Deus pacis sanctificet vos per
omnia ut integer spiritus vester et anima et corpus sine querela in adventu do-
mini nostri Jhesu Christi servetur Spiritus i superior pars racionis a consensu anima
inferior a delectatione corpus a pollucione actuali Vnde amplius mon-
strum et ut se exemplum prebeat bonorum operum in doctrina, sobrie et integri-
tate carnis et gravitate morum Non igitur frangatur per luxuriam Eccli xxi
Cor fatui i luxuriosi quasi vas confractum omnem sapienciam non tenebit
Quarto ut sit fortis quod per pliturum non possit habet et ne cedat temptationibus Ezech
xiii Nolite dare locum diabolo ne sit sicut arundo vento agitata sed
in sua fortitudine et rectitudine stet Eccli ii confirmabitur in illo et non fle-
ctetur Ysa xl Qui sperant in domino mutabunt fortitudinem suam etc. Super quo diabolus
tristatur sic Aman quod Mardocheus non flectebat sibi genua Hest iii
Quinto ut sit bene sonorus per peccatorum suorum confessionem Ro x Corde creditur
ad iusticiam etc. Cant ii Sonet vox tua etc. ps In voce exultacionis et con-
fessionis i penitentie Sexto ut sit rotundus per perseveranciam futuram
beatitudinem perseverans expectando In cuius figura summitas throni Sa-
lomonis erat rotunda in parte posteriori ne quis recideret scilicet per defectum
perseverancie iii Re x Sic comminatur diabolus Babiloni Jere li Que habitas su-
per aquas multas locuples in thesauris venit finis pedalis precisionis
tue Sic et rex filiorum Dauid mutavit Tunicas retro prescidit ii Re x
Et Gen xlix dicitur Fiat Dan coluber in via cerastes in semita mordens un-
gulas equi ut cadat ascensor eius retro Septimo ut sit nominis pro-
pria secundum depositionem Eph ii Renovamini etc. Octavo ut habeat regis yma-
ginem et nominis sui superscriptionem ymago et similitudo gracie i Cor xv Sic
portavimus etc. Vel expressio passionis Christi Gal ultimo Stigmata etc.
Denarius sic ymagine huius status recipiebatur in terra patria
Vnde Luce x Dan
et pater in scilicet martiribus superscriptio et titulus scilicet Luce x Gau-
dete quia nomina vestra scripta sunt in celis Querit ergo dicens Cuius
est ymago et diabolus sua ... suas ymagines quas suggerendo

pingit de ere xxii Aperuit fenestras et facit laquearia cedrina pingit quoque sinopide. fenestre sunt porte sensuum. pingit ymagines rerum sensibilium. Sculpsit stilo consuetudinis. Unde Ieremie xvii peccatum Iude scriptum est stilo ferreo in ungue adamantino. fozat statuam obstinationis Ysaie xliiii Sculptile conflavit ad nichil utile. Ecce omnes participes eius confundentur. Et de talibus quia ipse eas non noscens cuius est ymago q. d. Matthei xxv Nescio vos. hii enim habent ymaginem cesaris vel dyaboli per bestiam Apocalipsis xiiii Si quis adoraverit bestiam aut ymaginem eius et caracterem acceperit in fronte sua et manu sua hic bibet de vino ire dei et cruciabitur igne et sulphure in conspectu angelorum sanctorum. Ille autem qui ymaginem dei servavit illibatam revelata facie gloriam domini speculabitur in eadem ymaginem transformatus a claritate gratie in claritatem glorie.

In illo die accesserunt ad eum Saducei qui dicunt non esse resurrectionem Et interrogaverunt eum dicentes Magister Moyses dixit Si quis mortuus fuerit non habens filium ut ducat frater eius uxorem eius et suscitet semen fratri suo Erant autem apud nos septem fratres et primus uxore ducta defunctus est et non habens semen reliquit uxorem suam fratri suo Similiter secundus et tercius usque ad septimum Novissime autem omnium et mulier defuncta est In resurrectione autem cuius erit de septem uxor. omnes enim habuerunt eam Respondens autem Ihesus ait illis. Erratis nescientes scripturas neque virtutem dei In resurrectione enim neque nubent neque nubentur sed sunt sicut angeli dei in celo. De resurrectione autem mortuorum non legistis quod dictum est a deo dicente vobis Ego sum deus Abraham et deus ysaac et deus iacob Non est deus mortuorum sed viventium Et audientes turbe mirabantur in doctrina eius Post temptationem phariseorum de solutione tributi pertinentem ad veritatem iusticie Sequitur temptatio saduceorum que de articulis fidei pertinet ad veritatem doctrine vel de

resurrectione mortuorum. pharisei enim credebant resurrectionem futuram sed errabant circa illam quia putabant post resurrectionem se habituros uxores et filios et agros et auream urbem de celo venturam Tres secte erant inter iudeos ab aliis differentes scilicet pharisei qui erant ab aliis divisi quantum ad habitum et traditiones quia traditiones suas traditionibus Moysi preferebant et secundum legem vocabantur hii et pharisei id est divisi a phares quod est divisio dicebantur Alii erant Saducei qui ab aliis differebant quantum ad doctrinam ipsi enim resurrectionem negabant animam mortalem esse et cum corpore interire dicebant ac neque angelum neque spiritum esse credebant sed libros Moysi recipiebant Alii erant esseni qui ab aliis differebant in vita et modo vivendi quia fere monasticam vitam ducebant coniugia vitabant omnia communia habebant De duabus autem primis sectis hic dicitur Saducei ergo attendentes ad christum fabulam quandam fictam de muliere que septem viros habuerat ei proponebant querentes cuius tunc esset in resurrectione propter quam unde volebant resurrectionem non esse putabant enim quod si futura esset resurrectio tunc celebrande essent nuptie sicut modo et quia inconveniens videtur quod detur omnibus septem simul quia unam mulierem nullatenus licet plures viros habere sed bene econverso propter fecunditatem Elegans erat opinio Saduceorum contra phariseos que tamen nulla est contra christianos Dominus ergo utrorumque errorem confutat Dicitur ergo In illo die scilicet feria secunda in qua secundum Marcum arefacta est ficulnea Christus unius diei spatio multa certamina sustinuit frequenter enim attemptabant eum tali consilio ut quem ratione superare non poterant frequentia et tedio vincerent Accesserunt ad eum Saducei qui iusti appellati sunt propter sanctitatem exteriorem Hii enim dicunt non esse resurrectionem Act. 23 Saducei non dicunt esse resurrectionem neque angelum neque spiritum Et interrogaverunt eum Hic subdit erroneam Saduceorum opinionem quantum dicitur ergo Et interrogaverunt eum dicentes Magister Moyses dixit id est per legem mandavit Deut. 25 Si quis mortuus fuerit non habens filium id est sine liberis ut ducat frater eius uxorem illius vel quicumque erat propinquior si non habebat fratrem sicut Booz Ruth Ruth 4 Et suscitet semen fratri suo Ita quod primus filius natus non ascribebatur generanti sed mortuo fratri cuius nomine debuit nominari sicut dicitur Deut. 25 Deinde ad impossibilem conclusionem narrant factum vel ad admirationem Erant enim apud nos septem fratres Confinxerunt hoc Saducei vel potuit ita accidere sicut de Sara que tradita erat septem viris Thob. 3 Et primus uxore ducta defunctus est et non habens semen reliquit scilicet secundum legem uxorem suam fratri suo id est ut frater duceret eam Similiter secundus et tertius usque ad septimum inclusive Novissime autem omnium et mulier defuncta est In resurrectione ergo cuius erit uxor de septem id est quasi dicat impossibile est quod detur alteri illorum specialiter tunc causam subdit Omnes enim habuerunt eam Et per eandem rationem si debeat assignari uni et alteri Item non videtur possibile quod detur fratribus simul septem quia contra legem Moysi est quod duo fratres simul coniungant unam mulierem matrimonialiter et quod una simul habeat plures viros Et ex hoc intendunt concludere quod impossibile sit animam immortalem esse et homines resurgere Respondens autem Ihesus Hic ponitur Christi responsio Ubi tria facit per ordinem quia primo ostendit eorum errorem et erroris causam dicens Erratis scilicet in hoc quod resurrectionem negatis Nescientes scripturas Ipsi enim Saducei non recipiebant scripturas prophetarum sed solum quinque libros Moysi receperunt Et ergo dicit Nescientes scripturas scilicet prophetarum in quibus fit expressa mentio de resurrectione mortuorum ut Dan. 12 Eze. 37 Isa. 26 Job 19 Neque virtutem dei scilicet qua potens est corpora vivificare

post mortem, quia si pt aliquid de nichilo facere, quod ipsi habebant
concedere de creatione mundi, non negare possent quin posset resusci
tare mortuos vel virtutem dei et iusticiam dei qua dz unicuique reddere
secundum opera sua, ergo secundum quod anima meretur in corpore. dz in corpore p
mari vel per gloriam vel per penam. Christus primo dicens arguit stulticiam
ipsorum quia non legebant, secundo ignoranciam quia deum non cognoscebant, et unum
est causa alterius quia ex diligencia lectionis nascitur sciencia dei. Igno
rancia enim negligencie filia est. Secundo soluit argumentum ipsorum. In re
surrectione enim neque nubent id est viri non accipient vxores, neque nubentur
id est mulieres non accipient a viris, quia homines non resurgent ad vitam car
nalem cibis et venereis utentes, sed solum spiritualibus utentes. Unde apostolus prima
ad Cor. xv. Seminatur in corruptione, surget in incorruptionem. Seminatur
in ignobilitate, surget in gloriam. Seminatur corpus animale, surget corpus
spirituale. Secundo latina consuetudo greco ydiomati non cudet. Nubere proprie
dicuntur mulieres, sed viri vxores ducere. Sed erunt sicut angeli dei, id est non utentes
carnalibus, non in natura sed sicut angeli in proprietate, videntes visio
ne et fruicione dei in proprietate spiritualitate et immortalitate. Et erunt
tunc homines inpassibiles et incorruptibiles, non quia sint spiritus, sed spirituales,
id est non carnalibus utentes. Et sic patet eorum argumentum nichil concludere, quia ad
illa inconvenientia ad que deducebant non sequuntur nisi ex positione, quod
actus carnales venereorum sint in ratione quod potest esse secundum Rab. gloriam
resurrectionis innouati absque vllo metu mortalitatis, absque vllo
labe corruptionis, absque fatica (?) circa statum actu erunt. Christus o stulti
qui secundum quod in hoc seculo videmus similiter estimabant fieri in illo, ideo
in hoc seculo quia morimur et quia nascimur, ideo vxores ducimus, ut quod mo
riendo minuitur, nascendo suppleatur. Tolle ergo moriendi necessitatem
et nascendi vtilitatem. Cessante enim causa cessat effectus. Nupcie autem
ordinate sunt ad procreacionem filiorum educandorum ad cultum dei quousque
numerus predestinatorum sit completus, qui completus erit in resurrectione, et propter
hoc tunc erimus sicut angeli semper contemplacioni vacantes, et hoc est quod debet
corda mouere ad deuocionem, scilicet consideracio illius beate vite quam post mo
dicum expectamus. Secundum Bedam. Mistice per septem viros corporum vniuersitas
designatur, quorum vxor est mundana conuersacio, qui discedunt sine li
beris, quia tota hanc vitam que septem diebus agitur steriles sunt a bonis
operibus, quibus morte inserta perappetit (?) ad ultimum et ipsam munda
na conuersacio qua illi sine vitali opere cum segererat (?) sicut vxor inferenda
cuslbit (?). Potest etiam nomine huius mulieris intelligi ecclesia que viro
desponsatur cum plato (?) committitur. Septenarius autem virorum non generancium
ex ecclesia filios significat vniuersitatem malorum platorum vel clericorum secundum ordines
septem ordinum ecclesiasticorum, quorum primus est hostiariorum, secundus lectorum,
tercius exorcistarum, quartus accolitorum, quintus subdyaconorum, sextus leui
tarum, septimus sacerdotum, hii filios non generant, quia in ecclesia dei fru
ctum non querunt, et ideo demonium esse credidit. Mulier eciam ista moraliter
loquendo potest dici peccatrix anima septem capitalium viciorum vniuersitati
desponsata. Resurrectio autem spiritualis est a morte culpe ad vitam gracie
que est causa glorie, et ideo cum hec resurrectio firmata est per propositum
cauendi recidiuum firmatum professione religionis et eciam obseruatum, tunc
est similitudo ad angelicam vitam, quia per castitatem fit conformitas ange
lice puritati. Angeli eciam nichil similiter possident in hoc mundo et obediunt

continue ipd deo anali go sunt desides qui ex suis opib bonis no relinquerunt semen et aliquid memoria dignum Et adhuc peiores sunt qui memoriam sui de malis suis opib relinquerunt Postquam aute dns venit ad eorum interrogacionem et ipsorum confutavit erro rem statim subdit de resurrectione confirmando veritatem resurrectionis auctoritate scripture probatur vero resurrectionem corporum inducit auctoritatem de Exodo scriptam Et probat primo permanentiam animarum quam illi negabant qua probata co sequenter probat resurrectionem corporum que cum animabus bona mala recepturi sunt quia gesserunt dicens de resurrectione autem mortuorum non legistis quod dictum est a dno dicente vobis Exodi iii Ego sum deus Abraham deus ysaac deus Jacob Cum enim dns dixit hec verba patriarche isti erant iam mortui corporaliter Non est autem deus mortuorum omnino non existencium sed viuencium et existencium ergo ipsi viuunt et deo existunt Racio talis est Deus non dicitur dominus rerum non existencium vel earum que sunt nichil quia creature ad deum est realis relacio que non potest fundari in nichilo Sed deus dicitur Abraham et deus ysaac et deus Jacob qui mortui sunt ergo ipsi existunt Non enim dixit Ego fui sed ego sum tamquam illi presentes existant Sed non corpore ergo anima Et iam anima non moritur cum corpore sed est eterna et per hoc probat resurrectionem corporum ex veritate iusticie Non enim dicitur se deum Ab raham et aliorum qui seruierunt ei in corporibus suis iustum est ut remuneret cum corporibus suis in quibus meruerunt et vt eorum corpora et anime bona vel mala simul recipient que simul meruerunt Cum enim homo meruit vel demeruit anima simul et corpore Ideo in futuro pu nietur vel remunerabitur simul in vtroque hoc autem non potest nisi fiat resurrectio corporum et ideo constat futuram esse corporum resurrectionem Vnum ergo probat dns expresse scilicet quod anime sunt viue ut cum corporibus intelligant Aliud per consequens scilicet quod corpora resurgant quia propter naturalem appetitum et inclinacionem anime ad corpora sua quia naturale est animabus desiderare sua corpora ut cum ipsis glorificentur cum quibus meruerunt Et ideo ne a suo desiderio fraudetur necesse est ut eis sua corpora reddantur quia anima non potest esse perfecte qui eta nec beata nisi vniatur cum corpore ad quam vnionem habet inclinacionem naturalem et ita corpora resurgent Vbi Jeronimus Cum autem dicit deus Abraham deus ysaac et deus Jacob ter deum nominando trinitatem intimauit Cum autem dicit non est deus mortuorum vnum deum tercius vnam substanciam significauit Non saluator bene accepisset auctoritatem magis de immortalitate anime Et futura resurrectione ex prophetis Sed Saducei non receperunt prophetas et ideo non fuisset contra eos Et audientes turbe mirabantur in doctrina eius scilicet quod ita prudenter vincebat Rabanus Turba simplex propter humilitatem vir tutem dicens miraculum venerata pharisei autem non solum miraculis non credi derunt sed eciam bonum auctorem calumpniis persequebantur Sed Johannis vii Num quid aliquis ex principibus credidit in ipsum aut phariseis aut audientes

Hic ponitur sex dubitaciones Prima vtrum anima

postquam separata est a corpore viuat vita angelica vel humana Secunda Cum separatur a corpore recedat cum maximo dolore Tercia vtrum anima cum separatur a corpore possit videri oculo corporali Quarta vtrum post resurrectionem debeat esse vir et vxor matrimonium manente operacio Quinta vtrum post resurrectionem vir et vxor debent se inuicem cognoscere Sexta vtrum in futura resurrectione homines secundum se inualidi resurgent a morte Ad primam dicendum Et dicitur animam post separacionem a cor pore viuere vita angelica potest intelligi dupliciter primo quantum ad naturam et substanciam angeli vmettes vt quando natura anime vniatur cum fuit a corpore

sepata in naturam et spualem angelice et sic vivat vita angelica talis intel
lectus est sensus. quia aia est sba vivibil corporis. angelus vero non. quamvis
eum actualiter separetur propter immaterialitatem et immortalitatem eius. Secundum etiam
phus vult quod separatur a corpore sicut perpetuum a corruptibili. habitu. aliter tamen semper
manet vivibilis corporis. propter quod dicit angelus. Est aia separata a corpore
non potest videre illam incommutabilem substantiam que deus est sicut angeli
vident. quia inest ei quidam naturalis appetitus corporis administrandi et informandi
quo appetitu retardatur quodammodo. ne tota intentione ferat in illud
summum celum quamdiu non subest corpus cum informatione et administratione ap
petitus ille non quiescat Secundo potest intelligi quantum ad modum vivendi. et
verum est animam separatam a corpore vivere vita angelica. Illa angelorum vita est
intelligere et cognoscere et carere omnibus operationibus sensibilis nature et non indi
gere actibus animalis vite. Unde phus in metaphysica dicit quod hec non vita po
tissime dicitur de comprehensione et operatione intellectuali. propter quod ibi concludit
quod quia deus se et omnia perfecte comprehendit et intelligit. ideo vivit vita
optima et sempiterna. et tali igitur vita angelorum cognoscere et intelligere
et operationibus vite animalis non indigere aia a corpore separata dicitur vivere

2

Ad secundum dicendum quod secundum Augustinum dolor est displicentia et dissensio ab hiis
rebus que nobis nolentibus accidunt vel eveniunt. quia ergo in nobis est
duplex voluntas ut dicit damascenus secundo libro una naturalis que sola co
nvenientia suo subiecto et sue nature appetit. contraria vero fugit Alia deli
berativa que libere quod vult agit Ad eo dicendum est ad questionem. quod
quia voluntas naturalis respicit mortem ut malum nature et ut summum et ultimum
omnium malorum. quia est finis omnium terribilium. Ideo voluntas dissentit morti et
de ipsa dolet. unde talis dolor fuit in domino nostro ihesu christo. sed volutas
electiva. quia quandoque respicit mortem in ordine ad finem tamquam bonum
consideratur talis voluntas non dissentit morti semper. et propter hoc non semper de ipsa
dolet. immo de ipsa aliquando gaudet et eam desiderat Sicut apostolus qui dicebat
Cupio dissolvi et esse cum christo. Sine dolore ergo et dissensione vel displicen
tia voluntatis naturalis. aia a corpore non separatur. nisi esset hoc de speciali gratia
alicui concessum. sicut dicit Johannes ... Et sic a dolore mortis fuit exemptus sicut
a corruptione fuit alienus sed sine dolore et dissensione vel displicentia
voluntatis electivae bene potest aia a corpore separari Ad tertium dicendum quod beatus

3

Gregorius dyalogorum reprehendit suum discipulum petrum querentem animam oculis cor
poralibus videre dum a corpore separatur dicens hoc ipsum culpe fuisse. quod oculis corpo
reis rem incorporalem videre volebat Assignat autem gregorius ibi tres rationes
quare aiam in recessu sua ipsa oculis corporalibus videre non potest primo ratione dive
rse naturationis Nam sicut inuster dicitur esse conformis illi cum inustrat. deus na
ture invisibilis est et oculis corporalibus videri non potest. ergo similiter aie et angeli sunt
invisibiles debent esse. scribitur enim vere christi in Johanne quod deus spiritus est. et eos
qui adorant ipsum in spiritu et veritate adorare oportet Secundo ratione corporis
creationis Nullus enim dubitat corpus creari et vivificari per animam. quod aia re
cedente nec corpus vivit nec animat sed aiam in corpore existente et ipsum animantem
et vivificantem. nullus videt oculis corporalibus planum est autem nec dum exit de corpore
oculis corporalibus videri non potest tertio ratione corporalis rei visionis. Omnium namque est
quod res corporales oculis videntur sed non nisi per animam. quia aia separata a corpore
corporale videri potest. Unde naturaliter spiritualis. sicut est aia deus et angelus et potest videre
non spiritualibus oculis intelligentie et potest videre rem corpoream. Unde narrat
ibi Gregorius sanctum benedictum media nocte vidisse oculis mentis aiam sancti

Germani epi in globo igneo ferri in celum ab angelis / propter quod et in natura propria et in spe corporalis substancie Nam spiritualis potest videre spiritum sed non corporalis spiritualem substanciam oculo corporali videre non potest Ad quartam est dicendum quod questio dubia est propter duo Primo quia in paradiso antequam homo peccasset fuisset matrimonium et operacio matrimonialis / igitur similiter post resurrectionem iam humana natura facta impeccabilis poterit esse huiusmodi matrimonialis operacio Secundo quia secundum Augustinum mulier in sexu femineo data est in adiutorium viri ad procreacionem prolis non propter aliam causam / sed secundum eundem Augustinum mulier resurget cum sexu femineo / et vir cum sexu virili / ergo videtur quod ad generacionem prolis in corporibus resurgencium sexus masculinus et femineus debeat resurgere

Dicendum igitur quod in futuro seculo matrimonialis operacio non erit necessaria / quia ibi dicente salvatore / non nubent neque nubentur / sed erunt sicut angeli et vivent vita angelica non vita animali Nam secundum Crisostomum in vita presenti quia morimur ideo nascimur Ideo uxores ducimus ut quod moriendo diminuitur nascendo suppleatur Ibi autem moriendi necessitas tolletur / igitur nascendi et uxores ducendi causa soluta erit In paradiso vero ante peccatum ideo fuisset matrimonium ad complendum numerum electorum Iam igitur numero electorum completo tolletur causa matrimonialis actus / resurget tamen mulier cum sexu femineo sicut vir cum masculino secundum Augustinum non quidem propter prolis generandi necessitatem, ut matrimonium est in officium nature nec ut propter reddendi vel exigendi debiti voluntatem nec est in remedium peccati / sed solum propter nature femine integritatem remota omni libidine et concupiscencia / quia antequam peccarent nudi erant et non erubescebant Vicia igitur a corporibus illis hominum et feminarum subtrahentur / sed natura servabitur integra Sexus namque femineus secundum Augustinum non vicium sed natura / quia tunc a partu et concubitu erit aliena Ad quintam est dicendum quod in futura vita erit corporalis visio iam facta resurrectione corporum erit perfecta cognicio saltem in electis / et erit naturalis affectio sublata imperfectione igitur cognoscent viri uxores et alios propinquos non solum visione mentali sed eciam corporali / et cognoscentur ab eis specialiter specialius tamen hoc habebunt electi / ut dicit Gregorius quarto dialogorum. Ut non solum debeant cognoscere propinquos et notos quos hic noverunt verum eciam cognoscent illos quos nunquam in presenti seculo noverunt / Ut cognoscemus antiquos patres Abraham et Moysen et alios quos tamen hic non cognovimus / similiter quia gloria non destruet naturam sed perficiet Ideo naturalis affectio erga personas coniunctas et notas nobis in presenti seculo remanebit superaddita cum divina caritate et subtracta omni imperfectione et viciositate / Ad sextam quod questio sit falsa arguitur Nullus homo resurget igitur in futura resurrectione Augustinus unus enim est interitus hominis et iumentorum et equa condicio utriusque Ecclesiastes iii° Sed nullum iumentum resurget / ergo nec aliquis homo / Similiter Iob xiiii dicitur homo cum dormierit non resurget donec celum atteratur / sed celum nunquam atteretur cum terra de qua magis videtur in eternum stat Ecclesiastes primo ergo homo nunquam resurget / Verum quod questio sit falsa In contrarium quod questio sit vera patet per illud prima ad Corinthios xv° Sicut in Adam omnes moriuntur ita et in Christo omnes vivificabuntur que vivificacio a morte pro maiori parte hominum fiet in fine mundi ut credimus puta in futura resurrectione ergo sequitur quod in futura resurrectione homines universaliter resurgent a morte Nota quod multiplex est resurrectio / quedam enim dicitur prima que est ad graciam de qua dicit Apostolus 20 Beatus et sanctus qui habet partem in resurrectione prima Alia est a morte ad vitam de qua dicit Luce 9 Iohannes baptista resurrexit a mortuis Tercia est a pena ad gloriam de qua dicitur in psalmo primo Ideo non resurgunt impii in iudicio Tamen primum solum volo loqui de resurrectione a morte corporali ad vitam / que resurrectio est iterata copulacio anime ad corpus ut dicit Damascenus libro quarto capitulo sexto. Vel copulacio iterata

rursum anime et corporis et eius quod accidit ut solutum est. Qualis ratio
ut dicit ibi. Secundo notandum quod necessitas ponendi resurrectionem est ex hoc. Nam homo factus
et creatus est ad hoc ut ultimum finem scilicet ipsam beatitudinem consequeretur
ut magister dicit libro secundo distinctione prima. Et in hac vita que miseria est fieri
non potest nec etiam in vita anime separate. Nam licet anima separata a corpore ante
resurrectionem suam beatitudinem consequatur, tamen talis beatitudo non completa est et perfecta
propter naturalem inclinationem anime ad corpus. Nam dicit Augustinus super Genesim ad litteram
Anima beata retardatur ne tota intentione feratur in illud summum celum scilicet in
divinam essentiam propter appetitum seu desiderium quod habet ad vivificandum
corpus. Beatitudo autem perfecta excludit omnem appetitum ut dicit Boetius in
3o de consolatione, et beatus Augustinus dicit Beatus est qui habet quicquid vult et
nichil mali vult. Ut ergo homo consequeretur perfectam beatitudinem necesse
est animam reuniri corpori que fit in resurrectione. Item necessitas resurrectionis est
ad tollendas tristicias quas ex mortibus recipimus. Impossibile est enim quod
homo non doleat carni suae sed per hoc quod sperat eum resurrecturum multum do-
lor mortis mitigatur. Unde apostolus dicit prima ad Thessalonicenses iiii Nolumus vos igno-
rare de dormientibus ut non contristemini sicut et ceteri qui spem non habent.
Item necessitas est quod nos reddit ad bene operandum studiosos. Si enim vita ho-
minis esset ista tantum in qua vivimus, non esset hominibus magnum studium
ad bene operandum. Nam quicquid facerent parvum esset. Sed quia credimus quod pro hoc quod
hic facimus bona etiam recipiemus, ideo studemus bene operari. Unde apostolus prima
Corinthiorum xv Si in hac vita tantum in Christo sperantes sumus miserabiliores
sumus omnibus hominibus. Tercio notandum quod possibile est animas reuniri ipsis cor-
poribus in futura resurrectione potentia activa se ex parte dei tenente. Ista enim
questio quamvis sit verissima tamen quia est articulus fidei ideo non potest probari
naturali ratione quamvis possit probari auctoritate et rethorica persuasione. Quod autem
sit articulus fidei patet ex symbolo apostolorum et ex symbolo Niceni concilii
et ex symbolo Athanasii. Ratione naturali etiam probari non potest quia dicit
Ambrosius tolle argumenta ubi fides queritur. Potest etiam probari diversis auctorita-
tibus scripture quod sunt testes resurrectionis future. Primo testes sunt patriarche
qui maximum desiderium habuerunt ut corpora eorum sepelirentur in terra
promissionis. Sic Abraham cum esset peregrinus in terra promissionis emit se-
pulturam in agro Effron ubi ipse et Sara sepulti sunt Genesis xxiii. Si-
militer Ysaac Genesis xxxv. Item Jacob cum moreretur esset in terra Egyp-
ti fecit tamen corpus suum deferri ad terram promissionis. Similiter et Joseph.
Et hoc ideo ut dicit Augustinus super Genesim ad litteram propter futuram resurrectionem quam sperabant.
Crediderunt enim Christum a mortuis resurgere et sperabant se resurrecturos
cum Christo. Item testis est sanctus Job qui licet esset in lege nature et
gentilis dixit tamen Job xix In novissimo die surrecturus sum de terra et
rursum circumdabor pelle mea et in carne mea videbo deum salvatorem
meum. Testes sunt ~~prophete, quia omnes prophete scribunt de futura
resurrectione~~ propheta Ezechiel xxxvii vaticinare de ossibus istis et dices eis
ossa arida audite verbum domini. Ecce ego intromittam in vos spiritum meum
et vivetis et dabo super vos nervos et succrescere faciam super vos carnes
et superextendam in vobis cutem et dabo vobis spiritum et vivetis. Testes sunt
prophete quia omnes scribunt de futura resurrectione ut patet per discursum cuiuslibet.
Testes sunt apostoli sicut patet prima ad Corinthios xv per totum. Testes sunt martires
unde ille gloriosus martir 2i Machabeorum vii. E celo ista possideo sed propter
dei leges nunc hec ipsa despicio quoniam ab ipso me ea recepturum spero

Testes sunt confessores. Unde de illo magno confessore legitur 2 Macha-
beorum xii: Vir fortissimus Iudas collatione facta et sequitur iuste et religiose
de resurrectione cogitans. Testes sunt virgines. Unde Iohannes virgo sic dicit
Apocalypsis xx: Aperti sunt libri et iudicati sunt mortui ex hiis que erant
scripta in libris, et dedit mare mortuos suos qui erant in eo, et iudi-
catum est de illis secundum opera illorum. Testis est sanctus saluator sicut ipse qui
dicit Mathei xxii: De resurrectione mortuorum non legistis quod dictum est vobis a deo
dicente: Ego sum deus Abraham, deus Ysaac et deus Iacob; non est
deus mortuorum sed viuorum. Item Iohannes xi dicit: Ego sum resurrectio et vita; qui
credit in me etiam si mortuus fuerit viuet. Ratione autem persuasiua sic
ostenditur: Forma habet naturalem ad ipsam materiam, quia forma dicitur ab informando,
sed anima humana est forma corporis; igitur habet naturalem inclinationem ad corpus.
Et quia nulla naturalis inclinatio est frustra, quia deus et natura nichil faciunt
frustra per commentatorem et 2o de anima, frustra autem et inane esset in anima
separata inclinatio naturalis si nunquam humano corpori uniretur. Et igitur ne
frustraretur inclinatio naturalis necesse est animam uniri corpori. Item sic fiat
unio anime et corporis sicut exigit diuina iusticia. Sed illa exigit quod homo
qui decessit sine pena de commissis puniatur in futura vita, et homo
qui meruit in via premietur in vita eterna. Sed hoc non potest fieri nisi anime
unirentur corporibus, [illegible] quod nullum malum
manet impunitum, sic nullum bonum irremuneratum, ut Boecius quarto
de consolatione philosophie. Et cum anima bona et mala agit per corpus, sic mediante
corpore punietur vel premiabitur. Conclusio prima: licet possibile sit animas
uniri corporibus in futura resurrectione per potentiam actiuam se ex parte dei tenentem,
tamen etiam est possibilis unio anime et corporis in futura resurrectione potentia passiua se
tenente ex parte creature. Prima pars est [illegible]. Patet quia quod repugnantiam
non includit respectu potentie passiue hoc respectu alicuius non est impossibile, ut [illegible]
[illegible]. Sed reunio anime cum corpore nullam repugnantiam includit. Nam si re-
pugnantiam includeret tunc non esset possibilis reunio anime cum corpore, quod
est contra conclusionem. Item respectu potentie actiue dei est possibilis talis unio corporis cum
anima, sic etiam respectu potentie passiue, tantum quia actio et passio mutuo se
inferunt, ut patet ex [illegible]. Ista tamen potentia passiua non debet dici naturalis sed
obedientialis. Patet quia non omni potentie passiue naturali correspondet potentia actiua
in natura creata, patet per commentatorem primo de generatione. Sed nulla potentia actiua est
in natura creata per quam iam dicta potentia passiua posset reduci ad actum. Nam
dicit philosophus primo de generatione: non est possibile naturaliter loquendo quod ens totaliter
corruptum idem in numero redeat, quia potentia non est ad primum. Similiter idem dicit
patet primo de generatione et primo de anima. Sed illa potentia est obedientialis
quia omnis creatura quoad nutum creatoris obedit. Conclusio secunda: [illegible] anime
cum corpore in resurrectione futura est miraculosa. Patet quia resurrectio mortuorum est
articulus fidei, qui non sunt de hiis que fiunt per naturam. Unde licet reunio
anime cum corpore sit secundum naturam, tamen hoc non est effectiue sed dispositiue.
Reformatio tamen corporum ex pulueribus est contra naturam, quia ibi non
est [illegible] fiunt ex [illegible]. Similiter inseparabilitas [illegible] est supra naturam;
igitur similiter talis reunio est miraculosa. Quo fit quod iste articulus fidei
de resurrectione mortuorum a multis valde cum difficultate creditur. Propter quod
[illegible] hec considerans, cum in prima et completorio omnes arti-
culos fidei sub silencio dicat, veniens ad istum articulum alta vo-
ce intonat carnis resurrectionem, et hoc ideo ut [illegible] audien-
cia assuescat huic articulo et eius firmius inhereat. Conclusio tertia: reunio
anime cum corpore in futura resurrectione non erit in vita animali sed vita spirituali

pz Illa dt ap̄lus po ad Corï xv Seminat̄ corpus aiale, surget corpus
spirituale Et racio ē q̄r vita aialis data ē homini ad conseruacionē indiui
dui p̄ nutrimentum, et speci per generacionem, Et q̄r post resurrectionem species humana
et omnia indiuidua eius erunt naturalibus perfecta a virtute diuina perfici
ente et virtute conseruante, et ideo cessabit vita aialis ad actus
illarum potenciarum Et eciam tunc cessabit motus celi qui ē causa generacio
nis et corrupcionis istorum inferiorum vt 2o phisicorum Et hinc ē q̄ stolida
ē opinio Saduceorum qui mouebant xpo dn̄o questionem de muliere
habente septē viros, cuius esset post resurrectionem, quibus xp̄c respondit Mt xxii Neque
nubent neque nubentur s̄ erunt sicut angeli dei Eciam similiter stolida est
opinio illorum rusticorum bibulorum qui post mortem parentum eis ponunt
ollas cerusie ad caput credentes q̄ in illa vita indigerent bibe
re Cum tamen xp̄c dicat Erunt sicut angeli dei qui nec manducant nec bibunt
vn̄ Thob xii dixit angelus Raphael ad Thobiam videbar quidem
vobiscum manducare ꝛ bibere s̄ ego cibo inuisibili et potu vtor.
Conclusio secunda Non omnes homines simul resurgent licet non post homines
simul resurgent Prima pars conclusionis patet, q̄r xp̄c qui ē caput nostrum
resurrexit a mortuis et iam vlterius non moritur vtz p̄z ad Ro vi Eciam
pie creditur de beata virgine que iam surrexit Eciam pie creditur de beato
Johanne ewangelista q̄r non ē verisimile q̄ tante sanctitatis reliquias deus
permitteret esse absconditas si essent adhuc in terris vt dt dt beatus
augustinus Mat xxvii dicitur Multa corpora sanctorum ꝛ post resurrectionem eius s. xp̄i intrauerunt
in sanctam ciuitatem ꝛ apparuerunt multis Secunda pars pz, q̄r superhabundante
xp̄o deo p̄ nobis melius prouidente dt glo. vt in coniunccione omnium
nostrum magis sit gaudium singulorum, s̄ hoc non pt fieri nisi p̄ omnes
homines intelligitur maior pars Tercia pars ad Cor xv Omnes quidem re
surgemus Secundo ē vnum de omnibus simpliciter vt dt pa pars conclusionis
Tercia ē vnum de omnibus hominibus secundum maiorem partem Conclusio tercia omnes
homines resurgentes simul resurgent a morte pz q̄r simul omnes in peccato
primi hominis dati sumus ad mortalitatem iuxta illud Gen iii Terra es
et in terram reuerteris Et ap̄lus dt Statutum ē omnibus mori, igitur in xp̄o
merito omnes simul resurgemus Ita quia maior ē xp̄us in merito suo
qui adam in peccato dicente ap̄lo Vbi habundauit delictum superhabundat
et gracia Eciam illi qui reperientur viui in aduentu xp̄i rapientur xp̄o obui
am in aera et in illo raptu morientur ꝛ statim reuiuiscent sicut id pa ad Cor
xv Omnes in xp̄o viuificabimur Et secundum hoc verificatur illud ap̄li, Omnes qui
dem resurgemus s̄ non omnes inmutabimur s. in solempnitatem glorificacionis
Et licet beatus Augustinus xxo de ciuitate dei dicat illos prius resurgere qui in
uenirent mortui et post viui, fundantes se in auctoritate ap̄li, i. Thess
quarto vbi dicit, hoc autem vobis dicimus in verbo domini, q̄ nos qui vi
uimus qui residui sumus in aduentu domini non preueniemus eos qui dor
mierunt, qm̄ ipse in voce dn̄s in voce et in iussu archangeli descen
det de celo et mortui qui in xp̄o sunt resurgent primi, Deinde nos q̄
viuimus, qui relinquimur, simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam xp̄o
in aera, tn̄ adhuc mortui et viui simul resurgent Nam vt dicit glo
super illo verbo Omnes quidem resurgemus Et beatus Augustinus vbi supra Et qui vi
ui inuenientur passuri sunt mortem et in paruo spacio ꝛ breuissima mo
rula accepturi sunt immortalitatem, et hoc modicum tempus si p̄ nullo re
putatur Nam dicit phūs ijo phisicorum Quod modicum distat nichil
distare videtur Et ad veritatem istius dt ap̄lus In momento ꝛ ictu

oculi igr conclusio vera Conclusio scda licet recollectio tre corpal
seu pulueru fiat successiue tn reformacio huani corpis fiat istantanee
prima ps pz qma tlis recollectio fiet et no fiet instantanee s successi
ue tm acc pz p illud Math xxiiij vbi dicit mittet angelos suos cu tu
ba et voce magna et congregabunt electos eius a quatuor ventis celi
a summis celorum usqz ad terminos eorum sed hoc pbatur nulla potus
creata pt aliquod corpus instantanee transferre de loco ad locu s vir
tus angelorum quorum misterio tlis recollectio fiet est virtus finita igr
no fiet instantanee s successiue s no fiet valde tarde qma fiet
in ictu oculi Scda ps pz qr illa reformacio fiet imediate per
infinita potencia dei que opatur instantanee igr scda ps vera
Conclusio tercia In futura resurrectione no omes resurgentes resurgent in lo
co prime sepulture pz qma mortui resurgent in illis locis in quibz
tpe resurrectionis ps principalior corpis aut maior ps fuit sive in principio
fuerunt sepulta eorum corpa sive non sed que sit ps principalior corpis
an cor vel caput domini canoniste dicunt qz caput Nam dicunt vbi ca
put sepelit ibi sepultura hominis reputatur
Similit et medici hc dicunt qz cerebru sit principalis ps Philosophi aut di
cunt qz cor et hec est e sententia Xpi Qm dicit Math xv de corde
prodeunt cogitationes male etc De isto tn no est vis sive caput sive
cor ille em locus p illo tpe erit eius sepultura vbi principalior
ps corpis erit Si vo contingeret qz cinis principal corpis equaliter
in plura loca dispergetur querit vbi ille homo resurget Rndetur
qz ille ho ibi resurget vbi deus ipm resurgere voluerit qr dei volun
tas hoc imperauit igr conclusio vera Conclusio 4a In resurrectione futura
homines resurgentes sm se inaliter resurgent pz qma aliud dicere e fidei co
trariu et derogans veritati sacre scripture Et videtur qz sit hereticu pz s
em no esset idem corpus quod anima in resurrectione reassumit no diceretur
rco s magis noui corpis assumpcio Etiam si no esset idem corpus numero
no esset idem ho numero et p ons idem ho no perueniret ad finem suu quod
est bon notabile primum Conclusio prima Cuncti qz e de veritate huane
nature resurget pz ex conclusione no aut totu id quod p quolibet
tpe fuit de veritate corpis nature resurget pz Na s illud totu quod
p quocumqz tpe de veritate nature corporalis huane no resurget
in ipso tunc multorum hominum esset corpa immoderata pz Na s quelibz
ps carnis huane resurget et qndo ho fit valde pinguis et sepe
macerat igr s tota illa caro resurget fiet immoderate magnus
quod e inconueniens Et sic nullus ho electus ps resurrectionem generalem erit su
perhabundans pinguis et ventrosus et p ons etiam aliquod quod
fuit informatum aia racionali non resurget in homine resurgente
Conclusio scda licet omnes ho resurgentes resurgent in eadem etate non
tn in eadem statura pz p Apostolum ad Ephe 4to Donec occurramus
omes in virum pfectum in plenitudinem etatis Xpi Et p btm Augustinum xxj
de ciuitate dei c xiiij Vbi dicit qz quilz Et quilz habebit staturam
et vires et aa que habuisset vel habuerit in etate Xpi f qui fuit vel
fuisset xxx annorum cum medio qui igr in tali etate fuisset magis sur-
get cu maiori et qui minus surget cu minori Sz quid tunc de humoribz
in corpe an isti resurgent Rc qz triplex e humiditas vna que ad cons
uacionem indiuidui no ordinat s a na expellit vel qma e in via cor
ruptionis sic vrina sudor sanies etc Vel qma ad pseruacionem indi
uidui in alio indiuiduo ordinat ut semen et lac et hec no resurget

qnia no est de pfectone indiuidui Scda humiditas ordinat ad co
seruatoem indiuidui s nodu puenit ad vltima pfectom quia na opat
in indiuiduo z hec si forma determinata h ut sanguis z alij tres hu
mores resurgat no tn quod emissum p minutoem resurget Si vero
est in via tusemdi de fora humoris in forma mebri ut qui sanguis
vtute digestiua dealbat z quitat in mebru tuc no resurget
Tercia humiditas e mebris incorpata que vocat gluten z hec resurg
quia e de sba mebrorum Si quid tuc de capill et barba Re sn
augustinus xxij de ciuitate dei calo xviiij capilli et barba z sunt pro
nunimeto s p vili ornatu. s quia in homie no tm resurget id
quod e de pmaria eius pfectone z pma sic intencone s etl de
scda eius pfectone z intencone, et ideo vngues et capili z pili
barbe resurget Vn dicit Xps Et capilli capite vri omes nuati sut
dicat tn Richardus Et omma tua resurget in illa qntite que ma
gis erit ad ornatu corpis, Vn no est intelligendu q resurget qd
quod p tonsura ul rasura amotu e de pdicte qr indecore ibi aliqd
no erit Corpm eorum, licet omes homes resurget no tn equaliter
pz qr electi resurget sine deformitatibus s repbi cu deformitatibus
Dicit enim augustinus xxij de ciuitate dei Decrit a corpibus electorum
omis difformitas omis infirmitas omis qz tarditas Et ideo dt Cor-
pa sctorum sine vllo vicio sine vlla difformitate sine vlla corrup
tone et nllus resurget sine manu pede ul oculo, corpa aut dap
natorum habebut deformitates saltem istas quas habuerut ex prin
cipijs nalibus nar sic obstinatas tarditas grossities z putredo, z si tota
dapnatorum erut obstinata tarda grossa pma no aut habebut illas
deformitates que puenirut ex defectu nature diminucone ul su
pfluitate et mutilacone, mebrorum aut gibbositas ul mebrorum tur
posita aut simitas omia enim ista ptinet ad vicia nature no ad nat
et ideo repbi cu illis deformitatibus no resurget Nam dt Apls ad
Cor xv Mortui resurget incorrupti Corpe vlmo qto ut xpo e vad

Pharisei aut audientes q silenciu imposu isset saduceis conuenerut in vnu Et interog auit eum vnus ex eis legis doctor tempt tans eum Magister quod est mandatu magnu in lege Ait illi ihs Diliges dnm deum tuu ex toto corde tuo z in tota aia tua z in tota fide tua ul mete tua. hoc est maximu z primu madatu Scdm aut simile est huic Diliges proximu tuu sicut teipm In his duobus mandatis tota lex pendet z pphete Supius posita est tptacio iudeorum et eorum confutacio pmo circa vitatem iusti
cie in reddicione debiti, scdo circa vitatem doctrine in ordine mortuorum

Hic tercio circa veritatem vite in dignitate preceptoris ubi ponit primo tep
tacionis qto sedo va tusio ibi Aud illis ihc dt go pharisei at audi
entes q et gaudentes sic habetur luce xx° Cum silencium imposuisset
Saduceis non habentibus quid dicerent contra eius rusiones de articulo
resurrectionis Convenerunt in unum cum saduceis ad invadendum ipsum
ihesum alio modo Recedentibus phariseis venerunt saducei et illis rece
dentibus saduceis venit pharisei temptantes eum frequenti congressu fa
tigare et subvertere licet enim contrarii essent in opinione de anime
immortalitate et mortuorum resurrectione tamen conveniebant in xpo persequendo
sicut feros cum de herode et poncio pilato legimus in domino nece eos
fecisse concordiam hic eciam invenit de phariseis tercium at saduceis
qui inter se contrarii sunt sed ad temptandum ihesum pari racione con
senciunt Convenerunt enim in unum secundum Cris ut multitudine vince
ret quem racione vincere non poterat a veritate nudos se esse pro
fessi sunt qui multitudine se armaverunt Dicebat enim apud
se unus loquitur pro omnibus et omnes loquantur per unum ut si quid
vicerit unus omnes videantur vicisse Si autem victus fuerit solus vi
deatur confusus Convenerunt ergo ad xpm non caritate vel amore
sed odio ut temptarent eum non ut instruerentur pro principes quererent
in unum etc Nos autem non sic sed conveniamus ad eum vera fide quia acce
dentem oportet credere ad hebr xi et pro attendite ad eum et illuminamini Et
interrogavit eum unus legisdoctor In quo ondit interrogantis dupx
auctoritas tum quia phariseus vita probatus tum quia legisdoctor ma
gisterio honoratus temptans eum non scire desiderans non ut disceret
sed deciperet In hoc derogat sue perfectioni quia nec vir sanctus nec doctus
quemquam debet interrogare temptative Sed contra videtur hic quod non quesierit
causa temptandi cum dicat marci xii commendat eum dicens non longe
esse a regno celorum Dicendum quod iste sicut dicit Cris in principio venit
mala intencione cum aliis sed postea audita a xpo responsione pe
nituit et ipsum xpm approbavit dicens magister in veritate bene dixisti
ut habetur marci xii Et tunc xpus videns penitenciam eius intulit verba
premissa dicens non longe esse a regno dei Vel dicendum quod tempta
cio non est mala sed valde decipere et causa amplius experiri vo
lente aliquod ignoti Vel potest dici quod ille male perseveravit et id
marci xii sic intelligitur non longe esse a regno celorum quantum ad
noticiam legis per eius specialem observanciam et iter ad regnum dei
Cris dicit non longe monstrat adhuc distantem Nota et antiquum
vicium inderere esse procedens ex malignitate fidei quod ipso semper tep
tavit deum pro temptaverunt me per decies vivi sic et xpm multipliciter tep
taverunt Et primo quid divinitatem eius marci xxvii Si filius dei
es descende nunc de cruce Et temptaverunt eius potenciam marci xii Que
rebant ab eo signum videre Et temptaverunt eius sapienciam Et iii Regum
iiii venit eum temptare in figuris et enigmatibus Et temptaverunt eius
clemenciam Iohannis x Cum obtulerunt ei mulierem adulteram Et temptaverunt
eius iusticiam De licet censum dare sicut hic deceptio talis Et temptaverunt zelum
eius ad legem marci x Si licet homini dimittere uxorem Quo temptacione
fecerunt eos imitatores diaboli Et ideo dicit Cris xpm noli esse sic
hic temptans deum Deinde ponitur interrogacio magister magister
appellat eum esse non discipulus forte ad cautelam et sophisticam

quia aliquando interrogatus collaudat videntem ut facilius deciperet Quod est mandatum magnum in lege Crisostomus De magno inquit mandato interrogat qui minimum adhuc non impleuit Ille debuit interrogare de maiori qui minimum iam impleuit Nota quod quatuor de causis proposuit questionem hanc Primo ut ex responsione eum transgressorem legis concluderet Notum enim est omnibus precepta prime thabule maiora esse preceptis secunde thabule In prima vero sunt in quibus est quod illorum est maius Si enim dixisset quod maius est omnibus primum scilicet Non adorabis deos alienos obiecissent quia veniens ut proximam divinos honores suscepit Si vero dixisset secundum preceptum maius esse Non assumes nomen dei tui in vanum id est nullam creaturam que vanitati subiecta est deum appellabis Illi obiecissent Quia se dei filium nominabat cum homo esset Si vero tercium mandatum de observancia sabbati dixisset obiecissent quod non custodivisset sabbatum Secunda causa quare proposuit hanc questionem est ut ostenderet eius ignoranciam Nam ut dicit Origenes Omnium ad illos hec questio versabatur Quibusdam preferentibus unum mandatum alijs vero aliud quandoque ipsius tenuisset opinionem videtur opinantibus contrarium [illegible]rans assentire Tercia causa est ut in dubio haberet aliquid certitudinis Certa diuinitus factum est ut istius questionis definicio illi reservata esset quicumque sit legislator Ille enim scire preceptorum novit gradus et ordinem Ille enim scit quod preceptum voluit obligatum magis esse Et ideo ipsius est interpretari qui legem condidit Et dicit magnum et non maius secundum Jeronimum insidiose ut cum omnia que deus mandavit magna sint quicquid responderit occasione habeat calumpniandi aliud asserens magnum esse de pluribus Ait illi Ihesus Hic ponitur responsio ubi docet primo mandatorum diuinorum preeminenciam secundo aliorum ab alijs dependenciam ibi In hijs duobus mandatis Dicit ergo Ait illi Ihesus licet unus interrogavit omnibus tamen respondit sciens interrogari per unum Diliges dominum deum tuum Hoc assumitur deuteronomii vi Non autem quibus amor et dileccio sed ille solus spiritualis cuius origo est ex compleccione hominis recti in mente concepti sed mens non legit in thabulis carneis sed spiritualibus Non dicit diliges non tamen cognosces Et secundum Crisostomum deum cognoscere unum proprium est humane nature Diligere vero religiosi cordis et recti id est mentis devote Et non dicit time sed diliges Et sic quadruplici de causa secundum Crisostomum Quia timere est servorum Diligere autem filiorum Nos vero non sumus ancille sed filij liberi Galatas iiii° Secundo quia timere est necessitatis diligere libertatis Tercio quia timor licet fugiat penam non tamen dat gloriam timere diligere sed vero facit utrumque Quarto quia timere est cum pena diligere vero cum delectacione Deinde ponitur dileccionis obiectum dominum deum tuum Et ibidem ut dicit Richardus Causa diligendi deum est ipse deus Nota quod dominus dicitur eo quod domui preest et ad nutum eius tota domus regatur Ideo diligendus est propter suam sapienciam et pacienciam Item dicitur dominus quasi dans munera Quia vero deus dat munera sibi obtemperantibus ideo diligendus est Deus vero dicitur eo quod nichil ei deest Item deus dicitur quasi diligens Item in greco dicitur a metu quia timendus est Quia ergo deus diligit omnia non est mirum si ab omnibus diligatur quia prevenit nos diligendo Quia vero sic diligit quod ei dat quid bonum habemus

quidam vero dicebant sacrificia et oblaciones magis placere deo quam opera caritatis Alij dicebant quoddam quod est magis [illegible] mandata caritatis et maius [illegible] fide et spe [illegible]

amplius est diligendus. Rursus quia amplius dat ut nichil ei de-
sit cum sit infinitum bonum, propter quod requiritur de dato primum. Ideo super omnia
diligendus est. Item quia liberalis est eius beneficium. Ideo diligendus
est cum timore ut semper timeamus offendere eius dilectionem, quia prover-
bialiter omnis amans timet. Unde poeta: Res est solliciti plena timoris
amor. Rursus diligendus est quia pater noster, creator noster, gubernator noster, remuner-
ator noster. Primo pater noster est diligendus amore filiali. Unde Damascenus libro 1o
capitulo xvo: Principalius deus est noster pater qui nos de non esse ad esse pro-
duxit quam hii qui genuerunt eum ex ipso esse et generare susceperunt. Mul-
tum autem eum diligeres qui amissum oculum aut pupillam restitueret tibi.
Ideo deum ama qui tibi non habenti hec omnia dedit. Item non solum
hec dedit sed hominem inter cetera nobilitavit. Unde Augustinus in sermone:
parvum ne tibi videatur hec, cogita quale te fecit. Nempe secundum corpus
egregiam creaturam, secundum animam magis pulcram habentem ymaginem
insigne creatoris, racione beatitudinis eterne capacem, participem. Porro hec
omnia fecit sine spe retribucionis. Item quod te fecit super omnem creatu-
ram sibi equalem, propter quod eum amare debes, quia similitudo est
causa diligendi. Filius enim qui magis similis est patri naturaliter plus di-
ligit patrem. Secundo diligendus est quia noster gubernator. Diligimus
enim patrem et patremfamilias qui dat nobis vite necessaria. Deus enim
providit ad nostram utilitatem omnem creaturam. Item diligimus prin-
cipem qui rempublicam regit pacificam. Deus vero totam mundi machi-
nam sine perturbacione gubernat. Et si aliqui merito patiantur inter-
perturbaciones aliquas paciantur. Unde Boecius: O qui perpetua mundum racione
gubernas, terrarum celique sator, qui tempus ab evo ire iubes
stabilisque manens das cuncta moveri. Item diligit discipulus
magistrum. Deus enim omnem intellectum erudit. Tercio diligendus
quia noster est redemptor. Si quis esset in captivitate positus aut
morte iudicatus, multum diligeret eum qui pro ipso intercedet, sed multo
magis diligeret eum qui pro sua liberacione aliquos procuratores
mitteret, maxime esset diligendus qui seipsum pro te occideret.
Sic fecit Christus. Quarto diligendus est quia glorificator noster, quia enim
diligit vitam propriam pro qua etiam totum mundum daret. Diligit homo
sanitatem, pulcritudinem, divicias, potenciam, scienciam, virtutem, honorem,
amorem et amiciciam, quia hec sunt bona hominis. Ille ergo amplius
est diligendus cuius vel a quo provenient in futuro ubi sunt omnia bo-
na: vita sine mortalitate, sanitas sine infirmitate, divicie sine
paupertate, potencia sine debilitate, sciencia sine ignorancia, amor
sine discordia, honor sine invidia. Item nota quod amor dei est
quintuplex. Primus naturalis quo omnis creatura naturaliter inclinatur
ad diligendum deum. Unde Augustinus in soliloquiis: Deus quem amat omne
quod potest amare sive sciens sive nesciens. Unde Origenes: Si aliquis
querit quo acquiratur divina dilectio, Rudem que quod amor dei doctri-
bilis est, neque enim cadit sub arte, sic videtur puer amat paren-
tes, nemo enim umquam didicit istum. Secundus amor est grati-
tudinis quo diligitur quis pro accepto beneficio. Tercius amor
est mercenarius quo diligitur quis pro accipiendo. Quartus est virtu-
tis quo diligitur propter dilectionem que est in eius amore. Quintus est transformativus

quo diligit propter semetipsum nullo alio gravato Richardus
licet mercede non diligat alioquin causa intuitu mercedis diligendus est deus
Item diliges deum omnipotentem cui debetur timor deum omnia considera
tem cui debetur honor tuum sed se totum tibi donantem cui debetur amor
Ex toto corde tuo et ex tota anima tua et ex tota mente tua hec multipli
citer exponitur secundum beatum Gregorium intellectum et voluntatem In hoc enim dominus in
nuit quod in dilectione sua totam animam requirit creator qui eam creat
obsequium totaque anima exigit Unde Augustinus in quodam sermone totum exigit
a te qui totum fecit te sed noli tristis esse Ex hoc enim diligis te quia
diligis deum ex toto te Item non dicas Nunquam non amabo proximum
proximus enim in deo diligendus est fons amoris est nasci in alto scilicet
deus primo ametur et inde amor in alios derivatur Item in libro con
fessionum loquens deo Beatus inquit qui amat te et amicos et inimicos
propter te Et ideo debes deum diligere ex toto te qui fecit totum te glo
rificabit te totum prodest tibi ad hoc monet te totus mundus Item Augustinus
in libro confessionum Domine celum et terra mare et omnia que in eis sunt di
cunt michi undique ut amem te nec cessant hoc dicere omnibus ita ut sint
inexcusabiles qui non amat deum ex se toto ut superbus vel amator
vane glorie Jo. viii Si ego gloriam meam quero gloria mea nichil est
Nec voluptuosus qui pro momentanea delectatione deum derelinquit deserit
Gregorius Momentaneum est quod delectat eternum vero est quod cruciat Nec
avarus qui eum pro nummo amittit ut eum vendendo nobis suis precium
invitat et quamquam eas non vendit prorsus et cor impiorum pro nichilo
Et nota quod deus vult diligi non solum affectu sed etiam effectu Jo. 2 hec
est karitas dei ut eius mandata custodiamus Joh. xiiii Si quis diligit
me sermonem meum servabit Secundum beatum Augustinum sic diliges inquam
dominum deum tuum ex toto corde tuo id est ex toto intellectu sine errore ut
nullum in confessione veritatis divinitatis locum errori relinquas et in tota
anima tua id est tota voluntate sine contrarietate et contradictione ut nichil con
trarium ei velis et in tota mente tua id est tota memoria sine oblivione
nichil remittas quominus de deo sentias Et ex tota virtute sive for
titudine tua ut vires tue et totum posse sibi serviat et ad ipsum expe
dantur Unde Augustinus Dominum ex toto corde perpetue diligere ut omnes cogitationes
tuas ex tota anima ut omnes vires et omnem vitam tuam ex tota mente tua
ut omnem intellectum tuum in illum conferas a quo habes ea que con
fers Nulla ergo vite nostre parte relinquit que vacare debeat et quasi
locum dare ut alia re velit frui sed quicquid aliud diligendum ve
nerit in animum illuc rapiatur quo totus dilectionis impetus currit Clue
est enim optimus homo cum tota vita sua pergit in incommutabile bonum
Unde et Crisostomus Primo est diligere deum ex toto corde ut cor tuum non sit in
clinatum ad ullius rei dilectionem amplius quam dei pro quanta enim parte
cor tuum fuerit aliquam rem propter tanta minus est ad deum Secundo est in to
ta anima diligere deum id est certissimum animum habere in veritate et firmum esse in fide
Qui enim credit omne bonum apud deum esse et nichil boni esse extra
ipsum hic ex tota anima diligit ipsum Tertio est in tota mente diligere
deum id est ut omnes sensus tui qui pertinent ad mentem deo vacent Cuius
enim intellectus deo ministrat cuius sapientia circa deum est cuius cogitatio ea
que dei sunt tractat cuius memoria que bona sunt recordatur
tota mente diligit deum hec Crisostomus Secundum Richardum toto corde id est sapienter

cont suggestione dyabli ne seducamur tota anima dulcedine contra delectationes carnis ne alliciamur tota mente fortiter contra prosperitates mundi ne opprimamur. hec enim sunt tria que precipue retrahunt ab amore dei dyabolus caro et mundus. Secundum ysidorum Toto corde ut omnes cogitationes in deum reflectas Tota anima ut omnes affectiones in deum quietas Tota mente ut omnes sensus tui deo vacent. Ita diligat quis hiis tribus dilectio dei exprimitur ut nichil remaneat in homine quod non dilectioni subdatur Et omnis christiana anima sit dz diligere deum ut nichil sit in mundo quod amplius diligat quam deum Non si aliquis hz amicum quem vere diligit omnia que sibi competunt ordinat ad comodum ipsius, ergo cum deus sit ultimus finis, si quis vere diligit deum omnia ordinat ad honorem et laudem ipsius. /Hoc est maximum et primum mandatum. Maximum dignitate propter illud de quo est sine propter illud ex quo est. i ad Corinthios 13 Maior horum caritas /Vel maximum sublimitate propter illud ad quod sine propter obiectum quia dominum deum tuum Maximum difficultate propter illud qualis est. sine propter modum precepti quia ex toto corde Maximum quia est hoc preceptum quia nichil maius ab homine potest fieri quam quod se totum deo det Secundo quia propter nichil aliud homo ad hoc obligatur Et contra ad hoc alia mandata non obligant nisi quatenus deus diligatur. eo modo quo factum est 3o quia dilectio dei facit maxima operari. i Corinthios 13 Si aliquis linguis angelorum loquitur. si scientiam dei habuit. si cuncta sua distribuerit Si ulterius tradiderit corpus suum ita ut ardeat sine karitate nichil valet hec omnia transcendit karitas. et difficilima facit operari unde Augustinus Solus amor est qui nomine difficultate non erubescat Et Jeronimus Nichil amantibus durum. magnum enim karitas expectat Primum. nisi sola dilectio est primum mandatum. primum est secundum Augustinum non ordine scripture sed dignitate virtutis. quia karitas est prima virtutum. sine qua nulla virtus est virtus Item primum quia deus amor Amor enim secundum Augustinum est primum donum unde nichil possumus virtutis donare deo nisi prius donum karitatis dederimus Item primum quia in hoc precepto tria precepta prime thabule servantur Et hoc enim quod diligimus ex toto corde, toto spiritu non adoramus deos alienos sed unum deum. quem in spiritu adorare oportet Joh 4 Et hoc enim quod diligimus tota anima que est ad ymaginem dei facta cognoscimus. dei nomen non esse creature attribuendum Et hoc autem quod mente diligimus vacamus divinis unde implet preceptum de sanctificatione precepti sabbati Item primum ordine quia preceptum diligendo dominum precedit preceptum de diligendo proximum Et vere istud est mandatum nobilius et utilius inter omnia mandata implenda hoc etiam mandatum diligendi deum est magnum quia mandat hoc lex naturalis in mente omnis creature racionalis indelebiliter expressa Maius quia remandat et iterum mandat hoc lex mosayca a deo data et per angelos ordinata Maximum quia confirmat illud lex evangelica per ipsum filium dei tradita Et primum mandatum in intentione iubentis finis enim in quolibet ea que ad finem sunt in intentione precedit unde Apostolus finis precepti est karitas. finis vero timanis vel consumens sed consumans. ad quem omne preceptum ordinatur Et iterum plenitudo legis est dilectio. et ista omnis consumationis vidi finem latum mandatum tuum nimis vel primum in necessitate per observationis Ad hoc autem quod istud mandatum possit perfecte impleri quatuor requiruntur. primum est diuturna bufitatore memoratio

Cum a em que habem⁹ siue exteriora siue corpus et aiam omnia a deo habem⁹ ideo ozt q sibi de omnib; que habem⁹ seruiam⁹ et eu corde pfecto diligam⁹ Nimis em ingratus esset qui cogitaret aliqd beneficiu eu no diligeret Scdm est diuine excellencie consideracio Deus em maior est corde nro et ideo sibi toto corde et omib; virib; ei seruiam⁹ adhuc sufficientes no sum⁹ nec satisfacim⁹ Vn in Ecci Glorificate dnm quntu potestis supualebit adhuc maior e omi laude ¶ tercium e mundanorum et tpaliu vilitas Magna eni iniuria facit deo qui aliquid ei adequat quod fit qn res tpales z corruptibiles simul cu eo diligimus Nichil em aliud volt qd diligamus qm eu qr ipe solus volt possidere cor nrm sine consorcio Vn dt Aug Dne min⁹ te amat qui tecu aliquid aliud amat qd pt quod te no amat Et Ieron Nimis est auar⁹ cui no sufficit deus Sextu e omnoda pctor vitacio qua nullus pt deu diligere in pcto existens s mortali Ideo dt Nemo pt duob; dnis seruire Vn si in pcto manes dm no dilig No diligit deu supbus vl amator vane glie qui pulueres vane glie que nl est deo ppont nec voluptuosus qui pro momentanea delectacone eu desert nec auar⁹ qui p nummo vl p nichilo eu amittit Nond q le gisperitus quesiuit de magno Dns aut vndit hc esse maximu ut om concludat malicia Con liram arguit q dt hic hc e madatu maximu et pmu qr e de karitate i vltim pnt id pe ad thimo possumus precepti est karitas Ideo madatu dilectionis e pmu et vltim vltimu in consumacone pmu in intencone scdm qd finis e pmu in intencone Item istud madatu e antiqm et novum Antiqm diuturnitate qr a pncipio datu et lege nature inditu pc 7o po kamd no madatu novum scribo nob s madatu vetus Est novum vtilitate qr innouat hoiez vl fernoe qr incipit in nob dt veterasce Ioh xiii Madatu novum do vobis Item est vnu et multiplex vnu in radice multiplex in opacone Ioh 15 hc e preceptu meu ut diligatis Greg Precepta domini z multa sut z vnu multa p diuersitatez opis vnu in radice dilectionis Nond modus dilectionis hic insinuat sic dt Augt in 3o de pe 21 cu dt ex toto corde i ex toto intellectu ex to aia i ex tota volutate ex tota mete i ex tota memoria Con dilige eni ptinet ad affectu no ad intellectu go male dr ex intellectu et memoria Item Vn de amore dei Enud e amor nisi vehemens et bn ordinata volutas go videt q ex quo dicit ex tota anima supfluunt adde alias condiciones Item btus Ioh no pot nisi duas gdicoes pc Ioh 3o Diligam ope et vitate go vider q in istis trib; gdicoib; sit supfluitas Ite videt q sit diminucio Deut sexto ponit ista condicio ex tota fortitudine que no ponit hic Item mar xii ptex gdicoes pdictas ex tota vtute tua go vr q ibi diminucio et hic supfluitas Ideo Etins karitas dncte respiciat actu concupiscibil tn gne pmo consistit Nichilomin⁹ in actu aliaru viru respicit dispositiue Vn oms vires aie quoda mo ordinat ad ipam dilectom sic ad illud quod hz rom copletoms rectu omi vtutu Et qm supiores vires anime tres sunt Ideo apponit tres gdicoes Ite tn aig inus vnu aie dupr hz distingui et vnus modoz illoz no discordat ab alio Ideo gdicones tm actu diligendi respicientes vires anime duplici mo hnt distingui Vno mo distinguunt scdm qd in eis consistit ymago Et dicunt in mete esse tres potecie sc memoria

intelligencia et voluntas / et sic secundum tres vires apponuntur tres
condiciones / quarum una respicit intelligenciam scilicet ex toto corde altera
voluntatem scilicet ex tota anima / tercia memoriam scilicet ex tota mente. et
assignantur esse tres condiciones hic in textu et exponuntur ab Augustino. Alio
modo distinguntur vires anime in racionalem irascibilem et concupiscibilem
Et secundum has tres vires apponuntur tres condiciones / quarum una respicit
racionalem videlicet ex toto corde / et alia concupiscibilem videlicet ex tota anima
Et tercia irascibilem videlicet ex tota fortitudine Et sic assignatur deuteronomio
Et exponuntur a Bernardo Ex toto corde id est sapienter sicut supra expositum / Et
post distinctio secundum diversificacionem potenciarum / et hec tria possunt reduci
ad illa tria que tanguntur ad Thimotheum primo Ex corde puro consciencia
bona et fide non ficta Secundum autem simile huic hic subditur
de dilectione proximi ubi tamen eciam implicat tria. Actum quia diliges / ob-
iectum quia proximum / modum sicut teipsum Secundum autem quod sequitur simile est huic sub-
non parem equale quia primum de singularium cum secundum de eius effectum / Et ergo / secundum
scilicet preceptum est dilectio proximi / quia post creatorem secundo loco ponitur creatura
Et licet secundum non dicit ordinem nisi comparatum ad maius quod est deus et proximus bonum
est enim preceptum de dilectione / vel est et ordo caritatis / quia amor
proximi oritur ex dilectione dei ideo dicit Apostolus qui diligit proximum
legem implevit quia totum intelligitur in toto et non econverso / Dilectio
igitur in deum origo est dilectionis in proximum Et dilectio in proximum co-
gnicio est dilectionis in deum / ac est nutrimentum unde Gregorius per amorem
dei amor proximi gignitur / et per amorem proximi dei amor nutritur
Et similiter dilectio in seipsum precedit dilectionem in proximum unde Augustinus
primus vide si iam nosti diligere teipsum et committo tibi proximum quem
diligas sicut teipsum Si autem nondum nosti diligere te / timeo ne decipi-
as proximum sicut te Et item manifestum est autem omnem hominem proximum esse
putandum / quia ergo nemo operandum est malum / qui autem amat homines
aut quia ut iusti sunt aut ut iusti sint / amare debet aut quia iusti
sunt aut ut iusti sint Et hic est simile primo propter tria primo quia utrumque est
de dilectione / secundo ut dicit Augustinus Eadem caritate diligitur deus et proximus Et
simile est secundum connexionem quia unum ad aliud sequitur Sicut sic rex in sua ymagine
que adoratur sic deus in homine diligitur vel oditur Non potest homo odire
quod amat / nec potest deum amare qui odit hominem pia Johannis 3o Cum dicit
se deum diligere et fratrem suum odit etc. Tercio simile est secundum Hylarium quia eandem
expectat retribucionem mercedem unde hoc sicut non denotat equalitatem comparacionis
quia primo et plus tenetur se diligere proximum hic legitur lectio ix Augustinus
de doctrina christiana Nomine proximi intelligitur vel cui prebendum vel a quo
nobis prebendum est misericordie beneficium Sicut est angelus et Christus ipse proximum in-
et omnes homines intelligi possunt Sicut teipsum Augustinus de doctrina christiana
Ad hoc quilibet debet seipsum diligere ut sic operetur / quatenus deum diligat toto
corde tota anima tota mente / et proximum diligendus est vel sicut teipsum
id est quo affectu te diligis diliges et proximum / quia amicabilia que sunt
ad alios sumuntur mensuram ab hiis que sunt ad nosipsos in 9 ethicorum
Et crisostomus dixit in te que sunt amici tui vel sicut teipsum id est
racione te diligis diliges et illud scilicet ad iusticiam ad salutem ad graciam
in presenti ad gloriam in futuro / et ad agendam caritatem beatitudinem ad quam
diligeret Unde hoc sicut non denotat equalitatem comparacionis / quia primo et plus
tenetur se homo diligere quam proximum ceteris paribus Sed denotat similitudinem

boni optati ut velit proximum sic se esse in gratia et amore dei vel
sic teipsum i. quo ordine te diligis, diligas illum, citra deum et super
mundum vel sic teipsum i. ea ratione qua diligis te diliges illum, quia
dei imagine insignitus et capax eterne beatitudinis ubi scio quod proximus
tuus multiplicat. Est enim proximus conditione naturali. Et omnes homines proximi
sunt nobis. Est proximus officio sic omnes qui aliquod commune exercent. Est
proximus carne sic consanguinei. Est proximus gratia sic omnia. Est proximus
fide sic christiani. Est etiam proximus virtute sic iusti. Est proximus subsidio sic
angeli et sancti. Est proximus redemptionis beneficio quo modo solus christus est
proximus. Quemcumque istorum modorum est proximus, diligendus est. sic nosmet
ipsos diligimus in karitate eadem qua nos amamus, et in eadem me
rito bonorum operum, et ad eundem finem vite eterne. Sic enim homo non
debet seipsum diligere amore carnali sed spirituali in deum et ad vitam eternam
Sic unumquemque hominem debet amare et specialiter christum qui excellentissimus
homo est. plus diligendus est. Nonum autem quod multa sunt que invitant
nos ad diligendum proximum primum ex parte mandati quo precipitur Joh. xv.
hoc est preceptum meum ut diligatis invicem sicut dilexi vos Extra xii diliges
proximum tuum et fide illi coniungere. Secundo lux que ex hoc paratur i Joh. ii qui enim
diligit fratrem suum in lumine erit. Tertio lex que ex hoc impletur ad Ro.
xiii qui enim diligit proximum legem implevit. Quarto dei similitudo que ex
hoc acquiritur i Joh. iiii Sic deus dilexit nos sic debemus invicem
diligere. Quinto divina presentia que per hoc nobis imprimitur i Joh. iiii Si
diligamus invicem deus in nobis manet. Sexto omne malum per hoc a nobis
excluditur Ro. xiii dilectio enim proximi malum non operatur. Septimo omne
bonum per hoc intratur i Joh. iii nos scimus quoniam translati sumus de morte
ad vitam quoniam diligimus fratres. Sed modus diligendi proximum attenditur
secundum quatuor causas primo secundum finalem scilicet ut diligat proximum propter deum
secundo secundum materialem scilicet ut diligat bonum eius non malum, tertio secundum formalem
scilicet ut ordine debito citra deum et super temporalia, quarto propter efficientem sine mo
netem ut quia homo non quia pater vel tuus vel filius vel domesticus vel ami
cus, et hiis modis debet homo diligere seipsum Et nota secundum Augustinum quod primo di
ligendus est deus, secundo anima propria, tertio anima proximi, quarto corpus
proprium, quinto corpus proximi. Nota etiam quod amor proximi falsus est per hec
seu huiusmodi videlicet si impedit amorem dei. Si aliquid fiat propter amorem
proximi quod sit contra amorem dei. Si aliquis dissimulet in eo quod non
diligit sic. Si aliquid in eo placeat quod in alio displiceat. Si patienter
non sustinet quod aliud sic se vel plus diligat. Et infert in hiis duobus
mandatis dilectionis tota lex pendet et prophete, quia totus decalogus et
monitus hunc finem habent. hoc enim ut karitas introducatur intendunt
Tota quippe scriptura legis et prophetarum ad dilectionem dei et proximi or
dinatur. Unumquodque enim preceptum est in lege et prophetis hunc finem preceptum est ut
vere deus et proximus diligatur. Et propter hoc omnia mandata et scripta legis
et prophetarum non sunt nisi quedam explicationes istorum duorum mandatorum
quia omnia ad hec duo sunt ordinata. Item omnia precepta ad hec duo
referuntur. Primum enim preceptum scilicet dilectionis dei ambit et implet omnia
mandata prime thabule quia in eo continentur tria mandata de dilec
tione dei que scripta erant in prima thabula. Et secundum preceptum scilicet di
lectionis proximi ambit et implet omnia mandata secunde thabule
quia in eo continentur alia septem mandata de dilectione proximi que in

scda thabula erant scripta. Nam qui deum diligit spernit ydola, dei no
men in vanum non assumit et diem sabbatum sanctificat. Et qui proximum
suum diligit honorat patrem et matrem, non occidet, non furatur, non mechatur,
non falsum testimonium dicit, non uxorem proximi vel aliam rem eius concupi
scit. Nam secundum Aug. sicut odium fratris suggerit omne malum sic dilec
tio omne bonum. In rebus autem dilectio dei exprimitur ut omnes cogi
tationes omnes affectiones et omnis racio humana qua intelligimus
et discernimus in deum referatur et in diuinis rebus occupentur ut
nichil remaneat in homine quod non diuine dilectioni subdatur. Item duo
sunt erga proximi dilectionem seruanda. Unum actiuum de quo ait
Vincencius. s. licita decencia expediencia velle s. voluntate
racionali racione distinguente inter debita et indebita ut faciat vel
dimittat corde ore opere vobis vel pro vobis homines inquantum homines
non bruta, et vos facite illis in simili casu, voluntate et pleno af
fectu et si potest opere et effectu. Secundum hanc regulam dilectio proximi
causat et efficit imperando omnes motus omnium virtutum tendentes ad
proximum interiores et exteriores. Aliud negatiuum de quo Tho
bie iiii. Quod in alio odis racionabiliter fieri tibi corde ore opere
vide ne alii feceris voluntate vel opere affectu vel effectu. Secundum
hanc regulam dilectio proximi tollit exprimit et cohibet omnes motus
et actus viciorum respectu eius. Sic igitur duplicia sunt precepta quibus
aut ostenditur que appetenda sunt cupimus aut que vitanda
sunt ostenditur precauemus, omnia tamen sunt in radice karitatis quia omnia
in dilectione dei et proximi facere debemus. Recte itaque dicit lex et
prophetas referri ad duo mandata karitatis quia omnia ex hiis depen
dent et ibi finem habent. O karitas regula ordinis electorum, lex uni
uersos ligans, virtus virtutum, hec canon canonum legum lex, non constitu
to populi sed principis placito, sanccio regis regum qua non solum edidit
vel condidit iubendo sed et dirigit et promulgat personaliter docendo et ad
implet suadendo. Ecce lex domina gaudens animas, mater et virgo le
gum, dinatrix, ingrata et dua humanorum racionabilium et equatrix hostis
et inimica iniquitatis. Cuius obseruancia per graciam in hac vita inicia
et consummata usque ad mortem in alia consummatur.

Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo

et ex tota mente tua et ex tota anima tua. Luc. x. Verba sunt domini
precipientis de dilectione, et per quibus docentur de vniuersali perfectione. Sed ut
dicit Aug. in sermone de laude karitatis ille tenet quod patet et quod
latet in diuinis sermonibus qui karitatem tenet in moribus. Est autem ple
nitudo legis dilectio. Sed sicut dicit Dio. c. de diuinis nominibus dilectio
est intellectualis substantie motus intimus tendens in deum, non permittens
dilectorem esse sui ipsius per mentis proprietatem sed eius quem diligit per mentis
excessum. Ideo circa veram dilectionem sunt quatuor notanda. s. actus et subiectum
instrumentum et modus, hoc est quod diligendum et quid et quo et quali.
De primo diliges. De secundo dominum deum tuum. De 3o ex toto corde tuo et
anima et mente tua. De quarto secundum totalitatem ut non sit diligens eius qui
diligit sed eius qui diligit per excessum sui. De primo proponitur actus diligendi
ubi notandum quod duplicem dilectionem a nobis postulatam probat probata commemorat
de primo deut. x. Israel quid dominus deus tuus petit a te nisi ut timeas
dominum deum tuum et ambules in viis eius et diligas eum sicut illud et diffale

ei dare, potest dicere pauper sum ego non possum elemosinam dare infirmus
sum non possum ieiunare, debilis non possum orare, sed te excusare non
potes ut dicas non possum diligere. Et tamen de dilectionis postulatione
de probatione Deut. xiii. Temptat vos dominus ut palam fiat utrum
diligatis eum an non. Ista temptatio est per flagella que mutant ad arorem
sicut ventus excitat in igne fervorem Eccli. xxx. Qui diligit filium suum
assiduat ei flagella. Flagellum enim granum a palea segregat. Sic
probata dilectio per flagella rutillat et cor purificat Iudic. v. Qui di
ligunt te domine sicut sol in ortu suo splendet, ita rutilant. De remune
ratione Iac. i. Beatus vir qui suffert temptationem etc. Illa remuneratio
est ineffabilis que veris dilectoribus preparatur i. Cor. ii. Oculus non vidit
nec auris audivit nec in cor hominis ascendit que preparavit deus hiis qui dili
gunt eum etc. Probatum. Sed tamen non est dilectio est potior in mandatis, ma
ior in virtutibus et donis, efficacior in meritis, sine dilectione nichil
prosunt eloquentia oris, sciencia cordis, efficacia operis, actus diligendi le
nissimus dulcissimus utilissimus omnibus. Si quis amat quod amare
iuvat feliciter ardet. Unde quidam. Si amor et non amor tuus pro mer
cede teneor. Et poeta cognovit quod tot sunt in amore do
lores. Unde verum credunt amor videt omnia sine oculo. Dicit amor certus
dedecus esse deus. Sic qui dixit amor melius dixisset amaror.
Secundo notandum subiectum quod sit diligi eum scilicet dominum deum tuum ipse enim
solus est unus dilectio vita est omnibus Deut. xxx. Elige vitam ut tu vi
vas et semen tuum et diligas dominum deum tuum ipse enim est vita tua. Unde
qui dominum non diligit non vivit i. Ioh. iii. Qui non diligit manet in mor
te. Luc. x. Hoc fac et vivas. Dilige ergo dominum i. illum qui est dominus per
gratie infusionem. Quia enim dominum non diligimus servi eius non sumus. Dominus
autem dicitur qui habet servum. Qui autem diligimus tunc deo servimus et tunc est
noster dominus. Ecclesiastici xlvii. Dilexit dominum qui fecit illum, fratrem est facit fratres
tei dare ut forciam. Efficitur autem in nobis ymago dei per gratie infusionem.
Dilige etiam deum i. eum qui te fovet per gratie infuse conservationem. Nam
secundum Damascenum hoc nomen deus a quodam greco derivatur quod fovere
significat Gen. i. Spiritus domini ferebatur super aquas i. animas flexibiles
et fragiles fovet et conservat deus in gratia Deut. xi. Diligatis dominum
deum vestrum et serviatis ei in toto corde vestro et in tota anima vestra
et dabit pluviam terre vestre temporaneam et serotinam. In quo designatur
continuatio gratie in eis qui serviunt ei et diligunt eum toto corde. Cant.
i. Recti diligunt te, recti scilicet corde non reptantes. Deus enim fecit hominem
rectum et sursum erectum, cui dedit os sublime. Ut status corporis innuit
ad rectitudinem mentis. Sed multi reptant super terram toto opere. Quidam
autem sunt sicut iumenta que corpus a terra levant, sed ad eam caput incli
nant. Scilicet qui a terrenis suspenduntur actione et tamen ad ea reflectuntur animi
intentione. Et sicut iumentum quatuor pedibus ambulat super terram sic illi
quadripartita affectione et tales sunt distorti. Recti ergo deo dilectione
iunguntur tanquam si rectum recto iungatur. Distorti autem vix coherent sibi in
vicem, recte autem nullo modo iungitur ut iungi possunt. Dilige etiam tuum per
quandam familiarem amicitie condelectationem. Cant. vi. Ego dilecto meo
et dilectus meus michi qui pascitur inter lilia. In eo enim anima dilectis
familiarem se exhibet, et anima dilecto suo se equipso se reexhibet
videbatur amoris vinculum inserendo ut tamen adherens vel conglutinatur

ut iungit si nullum ponit tante dulcedinis expressionem cum sit unio super intellectum. Pascitur autem dilectus inter lilia que sunt pudicicia corporis devocio cordis puritas consciencie innocencia vite In quibus anima complacet sponso et iocundatur cum eo Sunt autem lilia flores suspensi in summitate suorum hastilium candidi cum quadam apercione foliorum Et de intimis suis sursum extendentes flosculum rubeum et signatur anima pura suspendens aciem sue intelligencie ad diviniorem cogitacionem pura et patula ad divinorem consolacionem recepcionem sed tota rubicunda per desideriorum intimorum ignitorum De hac est familiari dilectione i Reg xviii Anima yonathe conglutinata est anime david et dilexit eum quasi animam suam Cum enim dilectio sit vim unitiva tunc dilectio vera est quando et si duo corpora tamen propter unionem affectionum sibi unam videntur habere animam Interpretatur autem yonathas donacio domini et donum enim dei est ut eum diligamus Unitur autem anima familiariter deo quando passiones et acerbitates que fuerunt in christo per vim dilectionis verus dilector in se transformat et sentit in seipso et tunc non dicitur quando certus ad intima nimium mihi efficitur ij Reg i Doleo super te yonatha frater mi amabilis valde decore nimis et amabilis super sexte mulierum sicut mater unicum amat filium ita te diligebam Frater non est fere alius dicitur ut ita inteta secundum fragilitatem humane possibilitatem sit affectus diligentis in dilectum ut excepta sola persone differencia transeat dilectum tanta igitur debet esse affectio anime diligentis in dilectum et ut dicitur et ceterorum

Tercio notatur quomodo debemus diligere deum quia et toto corde anima et mente Ex corde fideliter sine duplicitate corde enim creditur Ex anima fervide sine tepiditate unde viros ferventes in opere animosos dicimus Ex mente memoriter sine oblivione cum quadam suavitate psalmo memoriam habebunt suavitatis tue eructabunt Diligit autem deum fideliter si fuerit pronus ad eius consensum si attentus ad eius verbum si sollicitus ad eius lucrum De primo Sap iij Qui confidunt in illum intelligent veritatem et fideles in dilectione acquiescent illi Quod fit cum inspiracionem divine obsequimini sine contradiccione contra ne ponentes in deo anchoram sue confidencie contra quosdam qui propter carnalium et temporalium affectionum dei dilectionem negligunt et primum ethicus quos b. bernhardus introducit invenem parentibus suis sic dicentem Non suffecit vobis parentibus quod me miserum in hanc miseriam induxistis quod in peccato vos me peccatorem me genuistis quod de peccato nutristis nisi eciam in inbuendo mundo quam consecutus sum ab eo qui non vult mortem peccatoris me gehenne filium facitis Quibus dicit propheta i. ubi quos parvuli diligunt infanciam et stulticiam que sunt nocua sibi ea cupiunt De 2o Joh iiij Si quis diligit me sermonem meum servabit Servabit dicit non in sola memoria quia hanc delet oblivio et non sic servat thesaurus in archa que ipsum a fure tolli a mure corrodi vetustate corrumpi Sed cum eum tamen collatum efficaciter servet Ergo transiendo in viscera anime ut transeat in medullas affectionum et convertat in membra actionum ut probacio dilectionis exhibicio sit operis Sap vi Concupiscite sermones meos et diligite illos et habebitis disciplinam Et vi Si inclinaveris aurem tuam excipies doctrinam et si dilexeris audire sapiens eris

De 3o Joh ultimo Symon iohannis diligis me plus hiis et sequitur pasce agnos pasce oves et signum enim fidelis dilectionis est ad deum lucrari deo proximum Phil xv Certus sum de vobis fratres mei quia pleni estis

scia et possete alterum mone / hec enim intende debet plati in be
neficiis accipiendis / spiritualem edificacionem et dei laudem laude nec
corporalem dileccionem et corporem / Ethos ... Tu scis domine quod pro lu
xurie tu accipio sororem meam sed sola posteritate dileccione in qua
benedicatur nomen tuum in secula seculorum / Ve igitur spadonibus qui designant
sed non generant imo adulteris et non sponsis quia non seruant cum beneficiis
suis indiuiduam vite consuetudinem / sed sic adulteri spoliata amasia
et superinducta pulcriori tenetur turpiorem Sic spoliate ecclesie per tri
ennium vel plus eum cogunt ut se faciant promoueri dimittunt paro
chiam / vel oblata eis pinguiore dimittunt pauperiorem etiam Osee
ix fornicatus es israel a deo tuo / dilexisti mercedem super omnes areas
tritici / i plus quam fructum et edificacionem // huius signis cognoscitur
amor dei / primo si libenter audis de deo loqui et specialiter laudes eius
Et hic sequitur libens dei auditus Ioh viii Qui est ex deo verba dei audit Secundo
si libenter inuestigat ea que sunt sibi placita et cognita non negligit
complere / Et hic sequitur mandatorum dei obseruacio Ioh xiiii Si diligitis
me mandata mea seruate / Tercio si timet offendere et dolet offendisse
se studet placare et non cessat nisi placatum Et ex illo surgit cordis
districcio et frequens confessio et peccati fuga Eccl ii Qui timent deum inqui
rent que placita sunt illi / et qui diligunt eum replebuntur lege ipsius
Quarto si dona eius non alienat a se sed ea libenter intuetur et studet
aliqua grata redonare / Et ex illo sequitur beneficiorum dei iugis meditacio
et gratitudo Augustinus Nichil ita ad dei amorem inducit sicut beneficiorum
dei iugis meditacio et recordacio / Quinto si delectatur in eius presencia et do
let de absencia / Et hic sequitur familiaritas ad deum fiducia Ps
delectare in domino etc Sexto si omnes diligentes et omnia que deus di
ligit amat et que sibi sunt contraria odit Ps Qui diligitis deum
odite malum Et hic sequitur omnis boni consecucio Septimo si gaudet
de eius honore et dolet de inhonoracione / i Reg ii Qui honori
ficauerit me glorificabo eum / et qui contempnunt me erunt ignobiles
Et hic oritur zelus dei Octauo si pati est magna aggredi propter
eum sustinendo agendo inimicos diligendo mortem patiendo Act
xxi Ego non solum pati sum alligari etc Ps viii Qui sepe etc Dilige
deum et anima feruet sine tepiditate Sic sponsa Cant iii Surgam
et circuibo ciuitatem per vicos et plateas queram quem diligit anima mea
Et feruore dileccionis anima surgit supra se / circuit secreta consciencie
se ut reficiat sermone diuine presencie et ista est dileccio feruens de qua
Cant i Adolescentule dilexerunt te nimis i feruenter / nimis non habet taxa
cionem Vel nimis i adeo feruide ut aliquando feruorem frenari oporteat
Et sequitur Trahe me post te curremus etc Trahi desiderat quia consuetudinis fer
ueat tamen se tepidum indicat / post te scilicet ad imitandum cooperandum et obti
nendum ut sequar et obsequar et consequar unguentorum tuorum i miracula
virtutum miseracionum / quibus sanas roboras et oblectas / lazarum suscitas
mortuos / Martham laborantem i actiuos / Mariam quiescentem i contempla
tiuos Res autem que feruet concepta quadam intrinseca incendii violencia
liquescit in se / ... Et se / leuatur supra se / Diligimus ergo deum fer
uenter si liquescimus intus nos per lacrimarum effusionem Cant v Anima
mea liquefacta est ut dilectus locutus est Anima liquescit per lacrimarum
effusionem / videns se in hoc exilio sine eius presencia et delectacione mirifica

qn ipi de celestib; p intima inspiracionem loquit ut eam ad cenam puocet vel eam diligimus fer. si liquesc. m[illegible] n. p lacrimaru effusion Cant v pes sulum hostij mei apperui dilecto meo / at ille declinauerat atq; transierat. aia mea liquefacta e[st] p pessulum hostij e obstaculum illud intimum z vltimum quod nemo scit nisi spus hois qui e in ipa Apperui ei, patulum ei z puium esse ostendi z me sensuram eius psencia z viuifica dilectione sperani / et ille declinauerat / quod fit cum psencia subtrahit gaudia Cum sit dum puocat ad cenam / loquitur de celestibus p intima inspiracionem et aia liquescat videns se in hoc exilio p lacrimaru effusionem / liq facta e cum ad flatum austri z fluunt aromata orti ps Emittet vbum suum z liq. flat z Quesiui et no inueni illum vocaui z non respondit michi / q: puocata p vbum z gaudiu plibacionem querit affectu p oronem s no inuenit / q: spus interponit no frustratoriam s ad tpr dilectionem ut quesitus no inueniat z vocatus no respondeat Cant iij In lectulo meo p nocte quesiui z Diligimus eam feruenter si iactamus nos p pprie volutatis abrenunciacionem Mich vj Indicabo tibi o homo quid sit [illegible] bonum et quid dominus requirit a te facere iudicium. de te p carnis mortificacionem et diligere miam. p: ad proximum p elemosinarum largicionem z sollicite ambulare cum deo tuo p volu tatis pprie abrenunciacionem quo ad deum / hec enim est gla dei feruenter diligenciam facere voluntatem diuinam et abire ppriam / ps glo riabunt in te omnes qui diligunt nomen tuum Diligimus eam feruenter si eleuamur sup nos p oronem ysa lvj ffilij aduene qui adhereant dno ut colant eum z diligant nomen eius adducam eos in montem sanctum meum z letificabo eos in domo oronis mee Inde e q: sponsa eleuata sup se querebat a sponso loquens ei familiariter in orone Cant j Indica michi quem diligit aia mea vbi pascas vbi cubas in meridie ffelix aia que ex omnibus eligit z solum diligit illum cuius amor est iustior vtilior honestior et dulcior Meridies e in altitudine patrie vbi e plena lux cognicionis z pfectus feruor dilectionis vbi sci intra epulant z cubat quiddam sunt in via cum xpo in spe cum primicijs spus nondum in plenitudine pfecta / s pgmodum cum erit in re tunc erit verus meridies / q: sic reprobis media nox erit s tenebre pfundis sime / ita sanctis plenissima lux erit / et vtrisq; medium / q: sine psonarum accepcione p factis suis vtriq; recipient Vn sic pbat reme dium quem qui lesi sunt a combustione accedendo ad ignem ut quem acrior inflexerat lenior reperiret ardorem Ac aia feruens de meridie oronis redeat ad meridiem illius celeste contemplacionis in remedium sui feruoris / Timens ne vagacio incipiat cum redierit ad exercicium accionis / hoc e timere vage Aut sup sic omnis per superbiam Aut infra sic vulpes p fraudulenciam Aut a dextris p indiscretum amorem ut sit nimis iusta Aut a sinistris per immoderatam compassionem ut sit minus remissa vel ante p presumpcionem vel post aut retro p pusillanimitatem / ps greges sodalium tuorum imi tando vos et iungendo se eis qui se no ad seruiendum deo pparant s sic adam vnus ex diuinis psonis se deo supbe et inobedienter comparat / Diligo deum mente et memoria sine ob liuione / vt sit dilectio tua inseparabilis insuperabilis insopporabilis De quo Cant iij Inueni quem diligit aia mea tenui illum nec dimittam donec introducam eum in domum matris mee z in cubiculum

gentrias mee Infelix nimis ma condicio est difficulter inveniens
bonum difficult' apphendens invictu facilit' desines apphensu Qui
tenet ergo teneat et qui stat videat ne cadat et qui tenet no dimittat
donec introducat in domum matris hoc est in locum quietis ubi requiescet
a laboribus apo 14 ma celestis ierlm que in cuius domum et cubiculum dilectus
introducat eum p dilectionem inseparabilit' tenet' donec in illud secretum
gaudium pvenia' de quo mat 25 Intra in gaudium domini tui / De insu
pabilitate Cant viii Pone me ut signaculum sup cor tuum et sup brachium tuum
fortis est ut mors est dilectio dura sicut infernus emulatio lampades
eius lampades ignis atque flammarum et aque multe no potuerunt extin-
guere karitatem Signaculum ponit' ad noticiam ut circulus in thaberna
ad decorem sicut in anulis sponse murenule auree vermiculate argento
habeas ergo signaculum cordis ut no subintret perversa intencio et prava
affectio et indigna cogitatio Et sup brachium ut p viriles operationes
stigmata xpi in corpore tuo porteris et p carnis mortificationem ut probacio
interne dilectionis exhibicio sit operis Et hoc est pone me et meam dilec
tionem etc Quia fortis ut mors dilectio Nam si dilectio dei fuerit inseparabi
lis in affectu tue deinde manifestari in actu ut sit fortis sicut mors pualens
omni voluptati omni concupiscentia carnali et seculari Sic nulla carnis
illecebra nulla prosperitas nulla dignitas no robur corporis no subti
litas mentis no divicie seculi no homo gracia no aliquid ex hiis que in
mundo diligi possunt pualet morti / Dura sicut infernus emulatio
Infernus nullis terminatur suppliciis no verminibus no ignibus no aquis ni
vium no ardoribus sempiternis Sic inseparabilis dei dilectio nullis cedit
molestiis iniuriis cruciatibus vel terminis Sequitur aque multe etc Sic enim
domus illa in quam illiserunt flumina et flaverunt venti no cecidit sic dei
dilectio omnem superat dignitatem adversitatem etc patet de dilectionis
inseparabilitate / De inseparabilitate Cant v Adiuro vos filie ierlm
ut si inveneritis dilectum meum annuncietis ei quia amore langueo Solet
languidi vigilia affici sopore refici / languor autem iste est vehemens
desiderium quo afficitur anima ex memoria dilecti Non enim langueret nisi
quia amat Dum vehemens desiderium amantem affligit mentem reficit et
corpus deficit Nec mirum quia fasciculus [fasciculus] mirre dilectus meus inter ubera
mea commorabitur fasciculus mirre collectio quedam est ex omnibus ama
ritudinibus xpi congregatis et in corde quod est inter ubera p memoriam
reposita / no sup humeros sed sup ubera / quia talis recordatio no est onero
sa sed devota Commorabitur dicat / quia dilectus no est abiiciendus no sub
trahendus no subripiendus sicut solet ab iniustis et imprudentibus
et impenitentibus Et ideo no sinit amantem sopore deprimi Cant i Bo-
trus cipri dilectus meus in vineis engadi / vinum cipri fortis-
simum et dulcissimum fervorem caritatis est que dormire no sinit di
lectum huiusmodi affectum / modo p recordatione peccatorum / modo p tedio
vite presentis modo p desiderio patrie celestis / modo p compassione frene
necessitate / modo p temptatione proprie fragilitatis In vi engadi quod
fons edi interpretatur primam designans in quo lavatur edi ut fiant a-
gni / huius vinee vites sunt observatie discipline Sap vi Cura
discipline dilectio est Dil autem custodia legum illius est / custodia
autem legum consummacio incorrupcionis est / incorruptio autem facit pro
ximum deo etc Quarto ponitur divine dilectionis modus Dilig deum tuum
etc ex toto corde etc De q quo possimus toto corde diligere deum tuum cor

meum totum meum non dum sit si aliquid diripuit illud quia multiplicati sunt
super capillos capitis mei et cor meum dereliquit me. Bernardus: si non
possumus totum diligere quantum tenemur diligamus tamen quantum possumus. Nec
inimicum iniquum debitorem quam qui non sufficiat totum solvere quod potest
et detractat solvere quantum habet. vel potest quia par culpa sit nichil solvere
et non totum solvere quod quis. Quantum te amabo bone iesu quantum te amabo
amor tuus sic sonus amor meus sic sitis. Ex omni te me amas et to-
to me te amare precipis. scio quid faciam ponam totum meum cor in toto
tuo et ex toto me te amabo quia amplius non possum. Nam ex deo
totum cor meum postulat. Unde caleph qui omne cor impetravit in terra pro-
missionis introducitur. quia in toto corde meo exquisivi te. Postulat
autem totum cor quantum ad intellectum ideo dicit Ex toto corde quantum ad effe-
ctum ideo dicit tota anima quantum ad affectum ideo dicit tota mente et quia no-
mine cordis large sumendo in sacra scriptura tam intellectus quam affectus
et effectus significatur ideo quantum ad hec tria postulat dominus totum
cor meum deuteronomium precepit tibi dominus ut facias omnia mandata hec
et custodias iudicia et impleas ea ex toto corde tuo. facias in effe-
ctu custodias in intellectu impleas in effectu. Primo postulat totum
cor meum quantum ad intellectum et hoc in fidei simplicitate. in spei puri-
tate. obediendi promptitudine seu facilitate. De primo Jeremie xxix. Cum
quesieritis me in toto corde vestro inveniar a vobis dicit dominus. De secundo
proverbiorum iii. Habe fiduciam in domino ex toto corde tuo et ne innitaris pruden-
cie tue. in omnibus viis tuis cogita illud et ipse diriget gressus tuos.
De tertio deuteronomium xxx. Cum obedieris eius imperiis sicut precipio tibi cum
filiis tuis in toto corde tuo. reducet te dominus deus tuus de captivi-
tate tua et miserebitur tui. Secundo postulat totum cor quantum ad affe-
ctum. primo per recordationem divine pietatis. Secundo per contritionem proprie in-
iquitatis. tertio propter impetrationem sue utilitatis. De primo Thobie i. Cum me-
mor fuit domini in toto corde suo, dedit illi gratiam in conspectu Sal-
manasar regis. De secundo Johel ii. Convertimini ad me in toto corde vestro.
In toto corde ad deum quis convertitur in cuius affectu de nichilo de superbie
prioris reatu laxatur. In ieiunio et fletu ieiunat et flet qui sic a vo-
luptate se cohibet. et quicquid in se molle fuit et turpis similitudinis
a se extorqueat et eliminet. In fletu eum intimus honor cruciatur.
Plangit autem qui sic dolore afficitur ut inde de vita non offeratur.
vestimentum non scindit si cor qui sic intra dolet ut tamen quod intu-
mescit aut in toto non dissipet. Ibi autem admonet ut contritionem interius mente
te interius per contritionem corpore exterius per satisfactionem. et causas addit cur
quod debeamus, quia benignus est ad ut facile valeat flecti. Et pati-
ens quia nescit iniuria facile moveri. Et multe misericordie in exhibicione
beneficiorum et prestabilis super maliciis. Erunt scit si quid est. i. quia eius
poterit mentem clementia. ut iam aliquotiens irroget adversa ut se mo-
strat a nobis aversum. et tamen post ipsam aversionem maiori benedictione vel longita-
te nos condonat. hoc enim solet pie ire dei esse residuum. ut ubi habundat
delictum habundet et gratia. Sacrificium et quicquid pro corporale exterius pie
ministratur. libamen quicquid confusionem dulcedine in deum cogita. De tertio Ju-
dit iiii. In toto corde suo orabat deum ut visitaret populum suum israel.
Tercio postulat totum cor meum quantum ad effectum. Primo ut ex toto corde
operemur bonum ii paralipomenon xxxi Ezechias fecit iustum et verum et bonum
coram domino deo suo volens requirere dominum deum suum in toto corde

suo factor et pperatus e, Scdo ut ex toto corde meo purgemus
malu Jer vii Si reuertimini ad dnm deu vrm in toto corde vro
auferte deos alienos de medio vrm, 3o ut conformemur dno sequen-
tes in omnib9 eius beneplacitum iii Re viii Dauid custodiuit manda-
ta mea et secutus e me in to. cor suo faciens quod beneplacitum e in
conspectu meo Sic go ille totum cor reddit qui solus dr dns cordis
ps Deus cordis mei et ps mea deus in eternum No enim vult habere in
corde consortem Osee x Diuisum e cor eorum nunc interibunt

Diliges dnm deu tuu ex toto corde tuo etc

Sic dicit hugo super angelica ierarchia c. vii Due sunt vires
quibus anima deuota ad eterna se extendit et ad ea aliqualiter
attingit s. intellectus et affectus Et hec vtraque nomine cordis intel-
ligitur Secundum aut ad ptem effectiuam dicitur hic diliges dnm deum
tuum Secundum vero ad partem intellectiuam Et cor accipitur mat v. beati
mundo corde qui ipsi deum videbunt corde oculo s3 intellectuali Et corde
diligimus et corde deum videmus et cognoscimus, ac ubi mens circa diuina
operatur, requiritur ut vtrobique cor sit totum in se collectum et vnitum vt vere
mens deum toto corde diligat et toto corde deum videat vel cognoscat
Primo ergo modo loquendo de corde ut se tenet ad parte affectiuam
debemus deum diligere ex toto corde quod quatuor modis intelligi pt secundum
quadruplicem statum hominum Primum sunt incipientes vel prudentes et habent
deum diligere ex toto corde, ita quod cor non sit diuisum nec distractum ab aliquo
quo divine caritas stare non pt ut sunt illa
divine dilectionem contraria cum quibus diuina karitas stare no pt ut sunt illa
que implicant pctam mortalia vnde de talibus diligentibus deum dicitur xxx Qui
diligit deum exoriat a pctis Sic fecit ps In corde meo abscondi eloquia
tua ut no peccem tibi Sed quia non sufficit non peccare nisi quis studeat
et desideret bonis operibus insistere ideo mox adiecit Benedictus es dne
doce me iustificationes tuas Si aliquis dicit se deum diligere cum tamen habeat
cor diuisum ad illa caduca Eccli ii Ve duplici corde, et iterum ve disso-
luto corde Et iterum Cor ingrediens vias duas non habebit successus, Ta-
les sunt qui simul volunt diligere deum et mundum, tales no diligunt deum
ex toto corde contra quos vitas dicit in euangelio Non potestis deo seruire
et mamone mat vi Est enim alius modus dilectionis Quem tangit
aug. dicit diligere deum ex toto corde e ut cor non sit inclinatum ad
alicuius rei dilectionem magis quam dei, ut delecteris in specie mundi amplius
quam in deo, non in honoribus, non in auro et argento non in lapidibus
preciosis etc Sed super hec omnibus deum ames Et si sit in aliquo hora amor
cordis tui sine occupatus iam non ex toto corde amas deum quia quanto
enim cor tuum ad aliquam ptem fuit inclinatum quod e contra dilectionem
dei puta aliqua creaturarum sine hominis diligere deum cum deo Ro 1o Et
hic e infimus gradus dilectionis domini qui e de necessitate salutis quia non
pt esse minus, ut vz cor deo contrarium non admittat Crima ut dicit augo
in epla Non habet callidus hostis machinamentum efficacius ad tollendum
de corde dilectionem quam qui efficere possit ut in ea incaute et non cum voce
ambuletur quod fit cum aliquis cordi dimittit quod dei dilectionem
contrariatur Exemplum in Dauid sanctissimo quem non e dubium deum dilexisse ex
toto corde hunc tamen ad affectum quod incaute feminam aspiceret dimisisset
concupiscentia divine dilectionem quam a dei dilectione deducit et homi-
cidium perpetrauit quod tamen per primam penam recuperauit Scdi sunt proficientes

et actiuus qui debet deum dilige ex toto corde z omibus cogitacoibus et
affectones / omnia vba z omnia opa sua referret ad dilectom dei
ad quod hortat aplus i cor. iiii Sive manducatis sive bibitis vel a-
quid aliud facitis semp in glam dei facite / quod implet cu aqs
vitam suam ad seruiciu dei ordinat z p quos omnia que ppt seipm
faciet finalit ordinat in deum nisi sint aliqua que a deo ab-
ducat sic pcta Et sm hc quecuqz homo amat vel agit in deo act
vel facit / et tunc omnia opa eoru in deum fiat sm aplum cor. oia
opa vra in deo fiant Et iste modus diligendi dat homini in
precepto Cuius modi docet Augg in de doctrina xpiana d. Deum
ex toto corde dilige pcipit ut omnes cogitacoes omnem intellectum
omnem affectum z omnem vitam tua in illud cferes aquo hec ea que co
feres / q[illegible] quidquid ergo ad diligend venit in anim illuc rapiat
quo totus impetus dilectoms currit hec Augg Et iste e scdus
modus diligendi deum ex toto corde Et accipit hic cor prout impli
cat alia duo que addit civitas vz anim z mentem dumodo acci
piat sm diuersos intelligut doctores in corde Nam omnis cogitaco
et intenco omnis amor et affectio / omnis nra locuto z actio d
corde procedit testante dno mat. xv De corde enim pcedunt cogita
coes male. utpote furta homicidia adulteria zc Similit et bona
hus contraria Amore bn sub corde omis addicte coprehenduntur
Cum Greg dicat hic esse inculcatom vborum p maiori expressione
de hac dilectone dei que ita e ex corde ut Augg in de laude
karitatis Breue preceptum tibi pcipit dilige et fac quodvis sive
taceas dilectone taceas / sive clames dilectone clames zc
Tercius sunt pfecti et contemplativi hii dnt deum dilige ex toto
corde aia. mente. fortitudine vel virtute / Omnia hec comprehende-
do sub totalitate cordis ut dcm e / ita q in omnibz hiis nichil
desit homini qui totum actualit ferat in deum quantum possibile est
in statu vie / licet quia iste modus diligendi deum pfecte no sit
attingibil amatoribz / sz hic quemit cophensoribz ut patebit Simi
lari tn dnt hmoi pfecti z cteplativi ut in silitudine illius pfectois
se thent quantu possibile e. exemplo apli qui dicit philip iii Non
quod iam acceperim aut pfectus sim sequar aut si quo cophe-
dam / Vn iste modus diligendi deum no cadit sub precepto sz sub
consilio ut repetit solum pfecte et cteplatiue qui hic quodam
mo inchoat futuram beatitudinem videndo deum p cteplacomem
et fruendo p diuine dulcedinis pgustatam Qualit aut se the
ad pfectom coprehensoze e videndum et sciendum q quanto cor
tota intencone in aliqd vnum tanto pfectius fert quanto mage a mul-
tis reuocat / tanto ergo pfectius cor hois ad deum diligendum
fert quanto mage sub affectu rerum tpalium remouet sm Augg
li lxxxiii q. xxv vbi dicit q venenum karitatis e cupiditas rerum
tpalium Augmentum vo eius e diminuco cupiditatis / pfecto vo
nulla cupiditas Omnia igr csilia in quibz ad pfectom inuita
tam ad hc ptinet ut cor hois ab affectu tpalium auertat / ut libe
rius tendat in deum cteplando amado z eius voluntatem imple-
do Ad hc inuitat sapia mercata pu [illegible] fili mi da m cor tu
um ut vncis occupetur de omnibz aliis z m soli intendat / hii
vo sut paupes spu. spualium e regnum celorum / quod hic inchoat
et in futuro csumabit Celus status e hominum beatorum qui pfecte

deum diligunt ex toto corde cum exclusione omnium aliarum occupationum
conditionum in corde comprehensore ut deum est ipse enim omnem intellectum
omnem cogitationem omnem affectionem omnem virtutem et creationem suam
sic actualiter figunt in deum, vere et perfecte diligunt deum ex toto
corde. Cum enim perfectum est ei nichil deest. Tunc ex toto corde di-
ligit deum qui nichil in omnibus habet preter deum. Dicere tunc ex
toto corde diligit deum qui in omnibus sufficit preter deum. Sed iste
perfectus modus dilectionis non est viatoris sed comprehensoris. Ubi sciendum
quod comprehensio accipitur dupliciter. Uno modo secundum quod importat inclusionem vel cir-
cumdationem comprehensi. Et sic deus incomprehensibilis est omni creature. Alio
modo secundum quod comprehensio importat consecutionem eius quod aliquis querebat.
Et sic beati in patria dicuntur comprehensores. In illa enim celesti beatitu-
dine semper actualiter voluntas creature rationalis in deum fertur cum divi-
na fruicione ista beatitudo consistit, beatitudo non est in habitu sed
in actu. Et hic perfectus dicitur dilectionis modus qui est omnium beatorum.
Preter autem hos quatuor modos dilectionis dei est et alius quintus
modus super excellens omnes predictos qui convenit soli deo. Et conside-
ratur dupliciter. Uno ex parte diligibilis. Alio modo ex parte diligen-
tis. Ex parte quidem diligibilis ut scilicet tantum aliquid diligatur
quantum est diligibile. Et hoc modo solus deus diligit seipsum. Nec
est communicabilis iste modus dilectionis alicui creature. Cum enim
unumquodque est diligibile secundum quod est bonum, bonitas dei cum sit
infinita infinite est diligibilis. Infinite autem diligere nulla potest cre-
atura quia nullius virtutis finite potest esse actus infinitus. Solus igitur
deus cuius est tanta virtus diligendi quanta est eius bonitas seipsum
perfecte diligere potest quantum est diligibilis. Alio modo consideratur ex parte
diligentis. Et hic modus convenit deo qui seipsum diligit infinite et
secundum omnem facultatem infinitam. Sed et iste modus communicabilis est cre-
ature rationali ut scilicet secundum totam facultatem virtutis sue diligat deum
quod est diligere ex toto corde etc. ut cunctum est. Post quatuor modos
secundum quatuor status hominum quibus modis diligendi ipse preceptum significandum

Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo etc. Qualiter spes

rationalis attingit deum toto corde secundum partem intellectivam per cogni-
tionem et contemplationem. Anima enim secundum Augustinum nichil amat nisi cognitum
per cognitionem deum est de dilectione dei. Unde sic licet dicere de eius cognitione
ad quod convenienter deserviunt verba domini Mathei v. Beati mundo corde.
Super quo verbo dicit Augustinus in sermone domini in monte: Hic est
mundum cor quod est simplex cor. Simplex autem cor est quod est com-
munitum et hoc cor totum requiritur ad videndum deum, sic totum cor
requiritur ad diligendum deum. De isto toto corde per parte intelle-
ctiva dicitur in psalmo: In toto corde meo exquisivi te. Ubi dicit Jeronimus
in toto corde scilicet non ex parte divisum sed in se unito. Tale cor ha-
buit sponsa in Canticis Canticorum x. Ego dormio et cor meum vi-
gilat. Ego inquit dormio sensibus et viribus ab omnibus tempora-
libus vetitis et sopitis. Et tunc vigilat quando spiritus interius quando
per cor intelligit in sui intimo totus recollectus soli deo per contem-
plationem intendit. De hoc igitur corde duo vigilat sunt videnda.
Primo qualis munditia in spiritibus amorosis et contemplativis requiratur, quod di-

Uti mundo corde / Secundo qualiter ab huiusmodi spiritibus deus in hac vita
videatur cum subditur Quoniam ipsi deum videbunt Contra quod ad primum licet sapiens
dicat / Quis potest dicere mundum est cor meum q. dicat nullus quod verum est
ex propria virtute, per gratiam tamen dei possibile est istis felicibus spiritibus
de quibus hic agimus Sciendum est quod cordis mundicia attenditur
in sex gradibus Primo est malarum cogitationum ablucio. Ad hoc
hortatur dominus per prophetam Ysa. primo Lavamini et mundi estote Secundus
gradus attenditur in errorum extirpatione ne videlicet cor sit infectum aliqui-
bus sensibus erroneis, sicut plerique sunt, qui dicunt se de libero
spiritu, et ducunt perniciosos errores Contra quos dicit Augustinus super Jo. Noli
libertate abuti ad liberius peccandum, sed utere ad non peccandum ab huiusmodi
immundiciis purificatur cor per rectam fidem dicente petro Actuum xv fide
purificans corda eorum Tercius gradus attenditur in amoris carnalis
relegatione Amor enim carnalis inquinat hominem in conspectu dei amor hominis
Unde dominus in ewangelio ait x Qui amat patrem aut matrem etc. Ita sordi-
dus est quod non audeat comparere ante faciem et conspectum dei Et si hoc dicat
de patre et matre quid de aliis carnalibus Sed ergo quis est amor eorum
reddens hominem ita sordidum in conspectu dei Audi quid dicit Augustinus
in libro de utilitate credendi Sordes inquit anime sunt amor rerum
quarumlibet preter deum et animam, a quibus sordibus quanto quisque purgatior
est tanto verum facilius intuetur. Omnis ergo amor quo quis quamcumque
rem diligit quam non diligit propter deum inquinat oculum cordis ne possit
videre deum Quartus gradus mundicie cordis attenditur in simplicitate
ac rectitudine intentionis / Omnis enim nostra actio iudicatur ex intentione
Unde Gregorius xxviii moralium pertractans id Mat. vi Lucerna corporis tui
est oculus tuus Quid igitur per oculum intelligitur nisi opus suum pre-
veniens intentio que priusquam se in actione exerceat hoc iam quod appe-
tit contemplatur, lucerna inquit corporis est oculus, quia per bone inten-
tionis radium merita illustrantur actionis. Unde ibidem subditur Si oculus
tuus simplex fuerit, id est si intentio tua fuerit pura et inpermixta sorte sinistre
affectionis, totum corpus tuum id est omnis actio tua lucida erit Tunc enim in-
tentio est simplex secundum Bernhardum super Cantica sermone xxviii Cum in omni ac-
tione sua quis intendit deum semper et propter deum solum, quod quomodo
fieri debeat, docet Hugo de Archa noe dicens Cor hominis prius dum amore
divino stabile et fixum in eternitate persistebat unum amando unum perma-
nsit / Sed postquam per desideria fluere cepit, quasi in tot divisum est quot ea
sunt que concupiscit / Oportet ergo cor redeuns ad eternitatem a multiplici-
tate refluere ad unum a quo defluxit quod fit per intentionem Et in hoc
attenditur mundicia cordis in hoc quarto gradu Quintus gradus attenditur
in spiritus ab omni rei create abstractione ita ut spiritus ab anima
dividatur iuxta id Hebr. iiii Vivus est sermo dei et efficax ubi inquit
quod essencialiter unum est quod a se dividitur ut dicitur in libro de spiritu et anima
Et tunc divisus ab anima persistat in spiritu secundum Rich. v de contemplatione Ubi sic
dicit Racione spiritus in spiritum tunc recte asseritur, qui exteriorum omnium oblivione
operitur et ignarus omnium que in corpore corporaliter aguntur Et ista forum
intelligit per memoriam et intellectum que in spiritu et circa spiritum aguntur
Sed dices quomodo est hoc possibile quod spiritus in corpore consistens et unum cum eo
anima existens possit se ab omnibus creaturis dividere et abstrahere
cum adhuc in medio earum peregrinetur dicente apostolo ii Cor. v Quamdiu

Simus in hoc tempore peregrinantes a domino dicendum quod cum omnis creatura
vanitati subiecta sit Ro viii Et Eccl i Vidi cuncta que fiunt sub sole
et ecce omnia vanitas et afflictio spiritus que inquinat spiritum / oportet igitur spiritum
ad deiformitatem hominum tendentem ab omnibus creaturis inquantum vanitate va-
ne sunt esse abstractum Exempli gratia / Ymaginemur unam pulcerrimam
mulierem que sit optime vestita auro et gemmis ornata facie deco-
ra oculis allecta capillatura collo et ceteris partibus corporis tota formosa
depinge eam cum omnibus pulcritudinibus sicut vult quam salomo describit spo-
sam in cant. Ad quam si est ibi vanitate abstrahe et separa ab ea in
corde tuo / si illud vis esse mundum isto modo abstrahe primo omnia que
sunt ornatus exterioris quia corruptibilia et vana sunt / Abstrahe specio-
sitatem faciei colore colli crinium et ceterarum partium quia non est aliud quam
caro putrida et saccus stercore / et cadaver abhominabile / abstrahe etiam
ipsam animam tres vanitates amplectentem / hiis omnibus abstractis
videamus quid remanet in ista muliere / certum quod .i. corde 1° Absque immundi-
cia huius modus posset videri. Certe ibi manet ymago et similitudo
dei in spiritu mulieris huius impressa / hanc intueri hanc amare per abstractionem
inquinamento spiritus ut Et hac consideratione precipit amari proximus
Eodemmodo abstrahendo quicquid vanitatis est in qualibet re creata
in qua etsi non est ymago dei sicut in irrationabilibus est tamen vestigium
dei Sic apostolus abstrahit omnem vanitatem et immundiciam ab omnibus
rebus creatis in spiritu suo cum dixit phil iii Omnia arbitror ut ster-
cora ut christum lucrifaciam Sequitur gradus .5. munditie cordis attenditur
in spiritus ab omni specie creata et a seipso abstractione De hoc dicit hugo
pulcre in de angelica ierarchia c. vii Actum inquit amoris est
cum spiritus omnia transcendendo despicit et despiciendo relinquit Et
hoc in comparatione dilecti et mira modo fit ut per dilectionis ignem ut illud
sustollat et supra se per vim amoris compellat ut exeat a se ne se co-
gitat cum solum deum amat / Ultimum ad sextum sciendum quod istis sex
gradibus munditie cordis correspondet sex gradus divine cogi-
tationis vel visionis quibus isti beati viri deum vident et cognoscunt in vita
presenti et in futuro videbunt eum facie ad faciem Primus gradus inspirate
cognitionis est qui quis tale sibi quid et divina revelatione co-
gnoscit quod modum sue intelligentie excedit Sic est aliquibus
philosophis datum est aliqua de deo cognoscere que sunt supra capacita-
tem humane intelligentie sicut platoni de ydeis et de in principio
erat verbum ut refert augustinus vii confess c. ix Sicut de hermete megisto et
de pluribus aliis Sic est datum fuit augustino solo acumine intelligentie
divinitus collate intelligere per se que aliis magistris demonstrantibus
vix capere poterat ut ipse refert x confess Et hic gradus cognitionis
videtur primo gradui munditie cordis Non plato fertur fuisse mundus
corde et carne quia virgo et similiter plures alii philosophi fuerunt continui /
Secundus gradus est cognitio fidei que superat naturalem intelligentiam
vel industriam Et hac correspondet secundo gradui munditie cordis
ut patet Tercius gradus cognitionis est revelatio sensualis vel
ad sensum que aliquibus semper conceditur ab huiusmodi egyptum parare vole-
ntibus et amore carnium relegatis datur / sic filiis israel in exitu de
Egypto deus apparuit visibiliter in columpna nubis Item moysi
cum pasceret oves apparuit in rubo ardenti Item pastoribus in nocte na-

trinitate xpi visibilit apparuerunt angeli iubilantes et cantantes gloria in excelsis deo Et hic gradus visionis correspondet tercio gradui munditie cordis ut ex dictis patet Quartus gradus est revelacio intellectualis per species tamen sensibiles qualis fuit data Johanni in Apocalypsi Et Ezechieli et ceteris Et hic respondet quarto gradui munditie de simplicitate intencionis que intellectualis est quia a bonitate elicit racione dictante. Et hic est circa sensibilia et agibilia Quintus gradus est revelacio intellectualis Et hec fit per occultam inspiracionem Et non datur nisi intellectualibus mentibus et competit angelis per naturam, et multo magis anime xpi que competebat per gratie plenitudinem Sed hec revelacio non fit nisi mundatis xpianis in vite sanctitate et in angelorum puritate Sicut in Johanne evangelista qui in hoc gradu cognicionis fuit quando scripsit evangelium In principio erat verbum Sic omnes apostoli constituebantur in isto gradu Item ad hunc gradum assumpti fuerunt Augustinus cum beato verbo apostoli Induimini dominum ihesum xpistum et statim quasi infusa luce securitatis etc Et tunc insinuati sunt ei in profundo multa divinitatis ut ipse refert xx confessionum. hic gradus correspondet quinto gradui mundicie cordis scilicet adaptacioni Sextus gradus divine cognicionis est supraintellectualis Ubi licet prima facie videatur oppositum in adiecto dicere aliqua in cognicione supraintellectuale, quia quicquid intelligitur et cognoscitur intellectu intelligitur et cognoscitur Est tamen sciendum quod est duplex cognicio scilicet intellectualis et affectualis vel experimentalis secundum quod duo sunt oculi anime scilicet intellectus et affectus vel cognicio et amor secundum Dionisium Unde cognicio est oculus sinister, amor oculus dexter Et sicut videmus tam in oculis quam in manibus quod sinistre debiliora naturaliter sunt et dextra vero forciora sic hic Sicut in hac vita non possumus deum cognoscere, sic in corpore subsistit, ipsum tamen amamus ut in ipso subsistit testante Cantico iiii Vulnerasti cor meum soror mea sponsa mea in uno oculorum tuorum Ubi hic oculus sponse amore sponsus se vulneratum testatur, sic alio solum vulnerare videtur quando ab amantibus utroque oculo deus si alto plus vulnerare videtur quando ab amantibus utroque oculo deus si alio solum vulnere videtur quando ab amantibus utroque oculo deus si alto solum vulne videtur quando ab amantibus utroque oculo deus si alto solum vulne videtur quando ab amantibus utroque oculo deus si alto solum vulne videtur quando ab amantibus utroque oculo deus si alto solum vulne-

ratur Unde ubi intellectus caligat amor impetrat ubi illa repellitur ista admittitur, secundum Hugonem super angelica ierarchia c viii Intelligas que sit vis veri amoris et quantum supereminet dilectio sciencie vel intelligencie, plus enim diligitur quam intelligitur et intrat dilectio ubi sciencia foris stat et recedit Unde amor presumens et confidens in amato penetrat suo acumine omnia et impetu ardentis desiderii, nec dissimulare valens donec ad dilectum suum perveniat et eo amplius ipsum vult intrare et esse cum ipso tamquam ipse ipsum vel si fieri posset hoc ipsum idem sit sic et ipse Unde quod ipse dicit quod verus amor immediatus unit deo quam intelligencia et iste est oculus dexter vulnerans cor sponsi Et hec est cognicio intellectualis que respondet mundicie cordis sexto gradui Et post hunc gradum non restat nisi visio clara et aperta in eterna beatitudine Ad quam nos perducat qui sine fine vivit et regnat in secula seculorum Amen

Hic ponuntur quinque dubitaciones sex Prima

quod anima postquam separata est a corpore vivat vita angelica vel humana Secunda quod cum recedit a corpore recedat cum maximo dolore Tercia quod anima cum separatur a corpore possit videri oculo corporali Quarta quod post mortem debeat esse unio et uxoris matrimonialis operacio Quinta quod post mortem vir et uxor se invicem cognoscant Sexta quod teneamur ad illum modum implendum in via quod

hic tamen post scriptum est per errores scripta sunt

dus in precepto dilectionis hic implicat diliges dominum deum tuum ex to
to corde tuo et ex tota anima tua etc. Ad primum dicendum Est dicere animam
per separacionem a corpore viuere vita angelica potest intelligi dupliciter primo quantum
ad naturam et substanciam angeli vnicte ut quod natura anime vertetur cum fuerit
a corpore separata in naturam et substanciam angeli et viuat vita angelica.
talis intellectus est falsus, quia anima est substancia vnibilis corpori, angelus
vero non continue et actualiter sperent propter dualitatem et inmortalitatem
eius. vnde eciam philosophus vult quod separatur a corpore sicut perpetuum a corrup
tibili hoc tamen. aliter tamen semper manet vnibilis corpori. propter quod dicit Augustinus
Est anima separata a corpore non potest videre illam incommutabilitatem substancie
est sicut angeli videt, quia inest ei quidam naturalis appetitus corporis ad
ministrandi et informandi quo appetitu retardatur quodammodo ne tota
intencione ferat in illud summum celum quamdiu non subest corpus cuius
informacione et administracione appetitus ille non conquiescat Secundo
potest intelligi quantum ad modum viuendi et viuit enim eciam separata a corpore
viuere vita angelica. vita angelorum vita est intelligere et cogno
scere et carere omnibus operacionibus sensibilis vite et non indigere actibus
animalis vite. vnde philosophus xii methaphisice dicit, quod hec nomina vita potissime
dicitur de comprehensione et operacione intellectuali, propter quod ibi concludit
quod quia deus se et omnia perfecte comprehendit et intelligit. ideo viuit
vita optima et sempiterna. talem igitur vitam angelorum cognoscere et
intelligere et operacionibus vite animalis non indigere anima separata a
corpore dicitur viuere. Ad secundum dicendum quod sicut Augustinus dolor est di
splicencia et dissensio ab hiis rebus que nobis nolentibus accidunt
vel euenerint. Cuma quod in nobis est duplex voluntas, vnde dicit Dama
scenus nota hic voluntas naturalis que sola conueniencia sui subiecti et sine
ratione appetit contraria vero fugit. Alia deliberatiua que libere quod vult
agit. Ideo dicendum est ad quantum quod quia voluntas naturalis respicit mortem
ut malum nature et ut summum et vltimum omnium malorum, quia est finis om
nium terribilium, semper voluntas dissentit morti, et de ipsa dolet, ymmo talis
dolor fuit in domino nostro ihesu christo, sed voluntas electiua, quia quandoque re
spicit mortem in ordine ad finem tamquam bonum ideo talis voluntas
non dissentit morti semper, aut quod hoc non semper de ipsa dolet. ymmo aliquando
de ipsa gaudet et eam desiderat, sicut apostolus qui dicebat Cupio
dissolui et esse cum christo sine dolore quod et dissensione vel displicencia
voluntatis naturalis anima a corpore non separatur nisi esset hoc de speciali
gracia alicui concessum, sicut dicit Iohannes croata Est sicut a dolore mortis fuit
conueniens sic a correpcione fuit alienus, sed sine dolore et dissensione
vel displicencia voluntatis electiue bene potest anima a corpore separari.
Ad terciam est dicendum quod Gregorius primo dialogorum reprehendit suum discipulum
petrum querentem eciam oculo corporali videre dum a corpore separabat dicens
Petrum valde fuisse, quod oculis corporeis rem incorpoream videre volebat
conspicere aut Gregorius ibi tres racionem, quare eciam in natura sua propria o
culo corporali videre non potest primo racione diuine ministracionis Illa sunt nuncius
dicitur esse conformis illi cui ministrat, deus autem inuisibilis est et oculo cor
porali videri non potest, quod similiter dicendum est angeli autem inuisibiles debet esse
scribitur eius voce christo in Johanne, quod deus spiritus est, et eos qui ad
orant ipsum in spiritu et veritate adorare oportet Secundo racione corporis

macionis nullus enim dubitat corpus anime et vivificari per animam, quia anima recedente nec corpus vivit nec animatur, sed animam in corpore existentem et ipsum animantem et vivificantem nullus videt oculo corporali, planum est ab nec dubium erit a corpore oculo corporali videri non potest, Ideo racione corporalis rei visionis, unde magis est quod res corporales oculo videntur, sed non nisi per animam quia anima separata a corpore remanent oculi in corpore et quamvis aperti tamen per duos oculos iste nichil corporale videri potest, unde natura spiritualis sicut est anima demonis angeli et potest videre naturam spiritualem oculo intelligentie et potest videre rem corpoream, unde narrat ibi Gregorius sanctum Benedictum media nocte vidisse oculo mentis animam sancti Germani episcopi in globo igneo ferri in celum ab angelis, patet quod et in natura propria et in specie corporali. Natura spiritualis potest videre spiritum sed natura corporalis spiritualem secundum oculo corporali videre non potest. Ad quartam est dicendum, quod questio dubia est propter hoc quod primo ex paradiso antequam homo peccaret fuisset mirum et operacio mirabilis ut ipse primo sibi post tempus natura humana facta spectabilis potuerit esse humanis miraculis operacio unde quod sanctus Augustinus ut in quodam sermone

Hic possunt esse quinque dubitaciones prima utrum mandatum de dilectione dei sit primum mandatum. Secunda utrum sit maximum mandatorum. Tercia utrum sine caritate sancta eterna possit acquiri. Quarta utrum per solam caritatem unus debeat esse beatior alio. Quinta utrum teneamur ad illum modum implendum in via quem dominus hic in precepto dilectionis implicat diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo et ex tota anima tua etc. Ad primam est dicendum, quod Exodus ubi enumerantur mandata dei inter mandata prime thabule primum ponitur Non habebis deos alienos coram me. Inter mandata vero secunde thabule primum ponitur honora patrem tuum et matrem tuam. Non igitur mandatum de dilectione est primum. Dicamus ergo quod ante legem et ante Christum et dicto beati Augustini patet mandatum de dilectione esse primum et mandatum. Nam deuteronomii vi statim in ipso legis exordio dictum est audi israel dominus deus tuus unus est diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo et ex tota anima tua et ex tota fortitudine tua. Salvator vero cum questium fuit ab eo de mandatis sic indicat quod primum mandatum esset deum ex toto corde diligere Augustinus vero in libello de laude caritatis dicit Si tibi non vacat omnes sacras paginas perscrutari omnia volumina librorum revolvere, omnia mandata dei enumerata tene caritatem ibi tenebis quod didicisti, tenebis eciam quod non didicisti. quia ille tenet quod patet et quod latet in divinis sermonibus qui caritatem tenet in moribus. Et vero dicitur esse non primum mandatum in prima thabula vel secunda, dicendum quod mandatum dilectionis dei continet tria precepta prime thabule mandatum vero dilectionis proximi continet septem secunde thabule igitur dilectio dei non continetur inter mandata prime thabule sed radix et fundamentum omnium illorum sicut superbia non enumeratur inter vicia capitalia, que sunt septem, sed est inter et radix et fundamentum omnium malorum. Sic dilectio proximi non enumeratur inter mandata secunde thabule sed est radix et inter omnium illorum mandatorum. Ad secundam est dicendum quod tria genera mandatorum data sunt homini secundum successionem temporis primo mandata legis nature secundo mandata legis mosaice tercio mandata legis evangelice. Prima mandata fundata sunt super naturali inclinacione que non est aliud quam lumen intellectus inditum nobis in principio creacionis quo cognoscimus quid agendum et quid faciendum sit unde quia aliquis excusabat se per ignoranciam talis legis in quorum persona dicit psalmista Quis ostendit nobis bona. ac si ignoraret quid bonum sit agendum et quid malum vitandum statim ipsemet psalmista videt Signatum est super nos lumen vultus tui domine

Nullus enim ignorat naturali lumine non esse faciendum alteri quod sibi non vult fieri. Et alteri facere quod sibi nollet fieri. Secunda vero mandata funda
ta sunt super penali timoratione. Dicit enim apostolus ad hebreos quod irritam
quis faciens legem moysi duobus vel tribus testibus moriebatur. Sed tercia manda
ta fundata sunt super dei et proximi dilectione. Johannis xiiii Salvator
solum hoc mandatum dedit apostolis quod se invicem diligerent. Naturalis ergo incli
natio ad bonum agendum et malum vitandum quod est fundamentum preceptorum
nature imperfecta fuit ad salvandum hominem quia multiplicata fuit talis inclinatio
obtenebrata per legem concupiscentie de qua dicit apostolus video aliam le
gem in membris meis repugnantem legi mentis mee. Trahit enim hic car
nalis appetitus huius inclinationem naturalem sicut sphera trahit spheram ut dicit
philosophus. Penalis vero timoratio que erat fundamentum mandatorum legis
mosaice imperfecta similiter fuit et insufficiens ad salutem hominis quia propter
multitudinem talis legis multiplicatio erat non observata et prevaricata. Sed dilec
tio dei et proximi perfecta et sufficiens est ad salutem quia sola hec dividit
filios regni eterni et filios perditionis eterne. Igitur mandatum de dilectio
ne est maius et perfectius omnibus mandatis legis nature et legis mosaice.
Ad tertium est dicendum quod ad consequendam vitam eternam quinque sunt necessaria per
ordinem. Primo illuminatio mentis. Secundo peccatorum remissio. Tercio vite spiritualis
acquisitio. Quarto dei mandatorum observatio. Et quinto appetitus quietatio. Ista
autem quinque sola caritas operatur in homine et nulla alia virtus. Nam primo
operatur in nobis mentis illuminationem quia enim ut scribitur in Job omnes
involuimur tenebris sedentes ignorantes quid agendum sit et quid
operandum ad salutem nostram. Sed caritas docet nos totum nos expediens
ad salutem. Unde prima Johannis ii scribitur Si unctio quam accepistis manet
in vobis non habetis necesse ut aliquis vos doceat quia ipsa unctio docet
vos de omnibus. Secundo operatur in nobis remissionem peccatorum quia universa
delicta operit caritas. Et Jacobus dicit quod sola caritas operit multitudinem
peccatorum. Nullus namque remittit offensam sibi factam nisi per amorem. Per
solam ergo dilectionem deus offensam sibi factam per peccatorem remittit. Tercio
operatur vite spiritualis acquisitionem quia si me homo loqueretur linguis hominum
angelorum et si haberet omnia dona spiritus sancti sine caritate non vivet vita spiri
tuali sicut si corpus induatur auro et purpura sine anima non vivet. Unde
dicit Augustinus quod caritas est vita sicut anima est vita corporis. Quarto operatur
divinorum mandatorum observationem quia caritas nescit esse ociosa. Sicut
enim ramus nullum fructum facient sine radice sic omnia mandata imple
ta et observata sine caritate que est radix omnium nichil prodessent homini.
Quinto operatur appetitus quietationem quia quietus appetitus hominis esse non
potest nisi maneat in deo. Iuxta illud Augustini Inquietum est cor meum donec
requiescat in te. Sed in deo homo non manet nisi per caritatem eo quod dicen
te Johanne in canonica sua Qui manet in caritate in deo manet
et deus in eo. Per ipsam solam caritatem fit huius appetitus quietatio ac
per hoc per ipsam solam vita eterna acquiritur ad quam acquirendam ista quinque
requiruntur. Ad quartum est dicendum quod per caritatem sola erit disparitas be
atitudinis. Nam per caritatem denarius diurnus omnibus dabitur per caritatem
fiet quod quilibet omne bonum divina visione fruatur. Unde dicit Augustinus super Jo
verbo Deus omnia in omnibus quod caritas est. Ideo per solam caritatem
fiat ut quod singuli habent quilibet sit omnibus. Igitur per caritatem erit beatitudinis
communicatio. Similiter per caritatem erit beatitudinis disparitas. Quia ideo
quilibet erit beatior alio quia quilibet erit maioris caritatis quam alius. Unde
super illo verbo Jo xiiii In domo patris mei mansiones multe sunt dicit

Aug(ustinus). Et diversitas mansionum diversitas meritorum dignitatum in vita eterna
domo sufficit / et quia diversitas meritorum est ex diversitate caritatis ideo
ex sola caritate erit gradus in beatitudine. Nam multi forte fuerunt
maioris abstinentie vel in aliqua virtute alia potuerunt excellere
apostolos in beatitudine tamen apud maiores sunt propter maioritatem caritatis quia
fuerunt primitias spiritus habentes. Et dato similiter quod apostoli in dignitate
fuerint maiores omnibus aliis non tamen convenienter dicere quod aliqui sancti fuerint
equales eis in beatitudine propter equalitatem caritatis. Unde dicit Aug(ustinus) et
po(nitur) d(istinctione) 29. q. viii. puto quod sine ulla sit contumelia [illegible] Cyprianus episcopus
petro apostolo comparatur quantum attinet ad meritum et martirii coronam
caritatis magis vereri debeo ne in petrum contumeliosus existam. Ad quintum
videtur quod non probat per b(eatum) Aug(ustinum) in li(bro) de perfectione iustitie quod mandatum
caritatis solum implebitur in patria quia mens ibi fert totaliter et perfecte quantum
sibi possibile. Item Aug(ustinus) est allegatur per magistrum in 3° sententiarum [illegible] dicit
de(st) carnalis concupiscentie non omnino et tota anima diligitur deus sed dicitur
quod in hac vita esse aliquid carnalis concupiscentie ergo etc. Item in hac vita
dum esse non possumus sine veniali peccato sed tamen quamvis peccat venialiter
movetur motu quem nec est in deum nec ad illum ordinatur ergo etc. In oppositum
tamen est hic textus et super 19 Si vis ad vitam ingredi serva mandata
ergo tamen illud sit preceptum mandatorum habeo propositum. Si autem dicas quod homo
excusatur a tentione propter impossibilitatem precepti implendi contra quod Jo(hannes) dicit Anathema
sit qui dicit deum precepisse impossibile. Et Aug(ustinus) in quodam sermone
Secundum preceptum non damnaret si ea que nullo modo fieri poterat imperaret.
Item diligere deum ex toto corde et ex tota mente et ex tota anima secundum
Bern(ardum) est diligere dulciter sapienter et fortiter. Et secundum b(eatum) Aug(ustinum) est
diligere sine errore sine gravatione et sine oblivione. Sed hoc totum potest
homo et tenetur in statu vie. Ergo tenemur ad huius mandati impletionem.
Si tu dicas quod Aug(ustinus) intelligit non tamen privative sed etiam positive ut
omnis motus intellectus et affectus feratur in deum. Adhuc videtur posse
impleri in via quia preceptum affirmativum non obligat ad semper sed pro loco et tempore
sed aliquis potest homo cogitare solum de deo et etiam aliquem affici ergo videtur quod modus
ille dilectionis in via semper debeat et possit impleri. Et si non posset impleri
ad quid ponentur nobis precepta divina. Si tu dicas sicut dicit b(eatus) Aug(ustinus) quod sicut
facie ad faciem quia illuc tendere debeamus. Ideo quod aliqui sancti doctores dicunt
tamen posse impleri. Aliqui dicunt non posse impleri in via. Sibi videtur quod dicit potest intelligi quod
amor dei possideat totum cor et ita quod excludit omnes affectiones contrarias et sic dicitur plene
et perfecte cordi qui sunt omnes motus cordis per amorem referuntur actualiter in deum. Alio modo dicitur
cor totum possidere qui excludit omnes affectiones contrarias sic quod nihil diligat supra deum nec equaliter deum
nec contra ipsum deo etc. dilexit deum ex toto corde quod diligit eum propter se et super omnia. Et ponitur duo
[illegible] quia non potest continue sed in deum actualiter motu dilectionis in hac vita ergo etc.
[illegible] modus diligendi toto corde non potest impleri in via etc. [illegible] dicto precepto [illegible]
debeamus tendere secunda ergo etiam diligere ex toto corde deo homo potest et tenetur impleri
istud preceptum dilectionis in via patet quia tenetur nihil diligere ut super vel contra deum et quolibet facit
qui est sine peccato mortali ergo etc. Sibi videtur quod secundum utramque acceptionem volunt sancti intelligi
mandatum quia quidam dicit posse ipsum impleri in via quidam non dicit quod non potest
impleri quousque perveniatur ad patriam et secundum hoc procedunt rationes ad partes oppositas. Si altera pars
de precepto magis proxima quo tendere debeamus quam in aliis preceptis intenderent
patet quod plenitudo legis est dilectio et finis precepti est caritas et mandatum dilectionis
est primum et maximum. Et ideo disponit [illegible] ita ipsum continue perfectioni et complementum ad quod
in via quam ad [illegible] potest [illegible] deum [illegible] potest quod hoc potest aliquis [illegible]
[illegible] excellentibus [illegible] ut [illegible] ibi sit felicitas motum
Et sic modus perfectus potest impleri secundum perfectionem vie et ita potest impleri ex parte et tamen omnia perfecte et integre etc.

Congregatis autem phariseis interrogavit eos dicens ihesus Quid vobis videtur de christo cuius filius est. dicunt ei david. Ait illis Quomodo ergo david in spiritu vocat eum dominum dicens Dixit dominus domino meo sede a dextris meis donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Si ergo vocat eum dominum david, quomodo filius eius est Et nemo poterat ei respondere verbum neque ausus fuit ex illa die quisquam eum amplius interrogare

Confutatis et convictis adversariis christi in suis questionibus et prudenti christi responsione hic confutat eos in sua interrogatione de fine omnis questionis qui est christus. Ubi ponitur primo questio eius de christi origine, secundo phariseorum responsio insufficiens de humana responsione generatione ibi dicunt ei david. Et quia ut ait Crisostomus iudei estimantes christum hominem purum temptabant eum, neque enim temptassent si dei filium credidissent. Ideo volens christus eis ostendere quia deus erat talem interrogationem eis proposuit ut ipsa interrogatione eis ostenderet quis esset. Et ideo cum ad passionem venturus erat opinione falsa iudeorum corrigit qui christum filium david non dominum eius esse dicebant ut dicit Jeronimus, palam eis de se loquitur ut inexcusabiles sint. Congregatis autem phariseis qui ad temptandum venerunt interrogavit eos ihesus Quasi non eis dicet, hucusque questionibus vestris satisfeci tempus est ut in aliquo respondeatis michi. Interrogat autem de illo quem credebant eum venturum quia presentem credere nolebant cuius filius esse debebat dicens Quid vobis videtur de christo id est messia in lege promisso quem venturum creditis cuius filius est. Dupliciter enim errant iudei circa christum primo quantum circa personam, non enim eum credunt fuisse christum qui venit in mundum natum ex virgine sed adhuc expectant eum. Item errant circa eius naturam quia non credunt etiam quem expectant deum esse sed purum hominem. De isto secundo errore eos interrogat cuius filius sit, et hoc ideo forte quia ex quo totam legem direxerat ad duo mandata dilectionis tamquam artifex suus legislator vult ostendere christus hec duo mandata redire in unum diligibile quod est christus. Nichil enim diligitur tamquam deus et proximus nisi propter se ipsum christum. Dicunt ei david secundum illud psalmi De fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Credebant enim illum fore purum hominem de genere david unde dicunt eo solo sed divinitatem negando. Ait illis arguendo contra eum

Quod go si xpus est purus homo ut vos credidistis dauid tn oculta diuine sapie manifestata sunt in spu sco et phetico no de corde suo ppe vocat eu dnm suu quod no liceret si esset filius eius dicens dixit dns dno meo i pater filio Iudei aut sic exponunt dixit dns creator celi et terre dno meo i messie Quod go iste messias no sit purus homo patet tripliciter ex hoc verbo primo ex eo q dauid vocat eu dnm et hoc sic Nullus pater filium suum qui tenet natam suam ab ipo testat dnm suu / s dauid spu sancto inspiratus testat dnm suu xpm / go no solu hz natura qua tenet ab ipo s altorez sm qua e dns eius sz diuinam qnia no est homo filius et dns alterius sedm eandem naturaz go est alia natura sm qua est filius et hec e huana alia sm qua e dns et hec est diuina Secdo pbat ibi sic Qn dauid hec dixit nondu messias homo erat quo go dns eius erat qui nondum erat Et qui no an eu s post eu extitit go oz pone aliaz naturaz sedm qua an eu erat Tercio pz idez ex hoc quod sequit Sede a dextris meis Impossibile e em purum hominez ad dextris dei sedere / ~~Dicit go Congregatis phariseis qui ad temptandum venerat interrogauit eos dicens Cupan interrogat de illo que credebat esse venturum et pure nolebat credere~~ / Ieronimus dicit Et iudei ad deludendaz interrogacionis veritatez friuola multa confingunt sz vernaculum abrahe s Eliezer asserentes hoc dicere z ex ipius psona scriptum post cedem quinqz regum Gen xiiii Sed quo Abraham conuenit Tecum principium in die virtutis tue in splendoribus Itez an luciferum genui te Itez tu es sacerdos in eternum Patet go q sm veritatem de solo xpo intelligit qui et filius dauid fuit sm carnez et dns dauid sm diuinitatez et an luciferum sm diuinitatez et post sm huanitatez Dicat go dauid dixit dns s deus pr dno meo i filio suo xpo cui dicere est equalez sibi filium generare go domino meo no sedm q equalis ho factus est s sm qd prie filius eternus sede quiete regni potitus a dextris meis ide in equalitate mea sedm q deus vel in pociorib bonis sedm q homo est ut sit in gla prest angelis donec pona inclusiue no q postea no sedeat qz semp sedebit / inimicos tuos i inobedientes tibi scabellum pedum tuorum i donec omes rebelles tibi subiugauero vel bona et voluntaria subiectione s ut credat te vm deum z hoiez sponte vel coacta subiectione ut in die iudicii puniant et credant inuite ita ut velint nolint subiecti sint tibi sic scabellum pedibus e subiectum hec em subiectio complebitur in iudicio qn omnia pfecta subiacent homini xpo pe ad Cor xv Oportet illum regnare donec ponat inimicos suos sub pedibus suis Tangit go dd in illa auctoritate hoc ptinencia ad xpi diuinitatez primo consubstancialitatis magnificenciam ibi dixit dns i filium equalez sibi genuit Scdo ptatis excellenciam ibi dno meo Athanasius dns pr dominus filius Tercio equalitatis honorificenciam ibi Sede a dextris meis Quarto sublimacionis manifestacionem ibi donec pona inimicos tuos Domius go et dca auctoritate

arguit contra iudeos et etiam contra hereticos Si ergo david vocat eum dominum secundum veritatem quomodo filius eius est. scilicet tamen tantum filius propagatione subiectus est patri et matri secundum consuetudinem patrum antiquorum. potius enim parentes sunt et dicuntur domini filiorum quam filii parentum. filius enim debet esse subiectus patri et non dominari. Et dicere eum secundum naturam humanam sit filius david et per consequens eo inferior. ergo ponere in eo aliam naturam per quam sit dominus eius et eo superior et hec est divina ergo in christo sunt due nature scilicet divina et humana. Est itaque filius david et dominus secundum filius inquantum homo. dominus inquantum deus et sic restat est deus et homo. Non ergo errabant neque reprehenduntur quia christum filium david dicunt sed quia christum purum hominem et non dei filium credunt. Christus autem non tantum david sed et dei filium se esse probavit et per auctoritatem david eos convicit. Et nemo poterat ei respondere verbum quia non poterat scripturam negare. et irrefragabile erat argumentum. Nec ausus fuit quisquam ex illa die eum amplius interrogare. quia plane testimonio et ratione erant convicti. Unde Ieronimus. Ideo confutati sermonibus ultra non interrogant sed apertissime comprehensum romane tradunt potestati. Ex quo intelligimus venena invidie posse quidem superari sed difficile posse quiescere

Tunc iesus locutus est ad turbas et ad discipulos suos dicens Super kathedram moysi sederunt Scribe et pharisei. Omnia ergo quecumque dixerint vobis servate et facite Secundum vero opera eorum nolite facere Dicunt enim et non faciunt Alligant autem onera gravia et importabilia et imponunt in humeros hominum digito autem suo nolunt movere. Omnia vero opera sua faciunt ut videantur ab hominibus

Circa primum considerandum quod a tempore moysi fuerunt constituti adeo [illegible] senes etate et sapientia provecti. qui cum moyse haberent curam populi et dicebantur iudices ordinarii. quia ad ipsos fiebat recursus in dubiis et causis magnis etiam cause non tractabantur sine eis Et istud erat observatum apud iudeos quamdiu fuerunt in potestate Et hoc est quod dicit hic salvator Tunc scilicet illis confutatis et imposito eis silentio scribis et phariseis qui dolose interrogabant dominum ut temptarent eum nec plebs et alii ydonei sine pane doctrine evanescerent. Locutus est dominus eadem feria tertia ad turbas et discipulos suos Turbe erant simplices et imperfecti qui sua meruerunt simplicitate ut eis dominus loqueretur discipuli autem erant docti et perfecti qui verbum vite etiam moribus contrectaverunt Ad hos loquitur dominus unde hanc doctrinam utrisque est communem

Vn Crisos postquam dominus sacerdotes visione perstrauit et incorrigibiles
eorum conditionem ondit sic et laicos si male fecerint remedabiles sunt la
yci vero delinquentes facile emedant. tunc conuertit sermonem ad populum
Infructuosum namque est verbum in quo sic alter confundit ut alter non
erudiatur. Locutus est ergo ad eos instruens et docens scribarum et pharisa
eorum doctrinam audiendam sed eorum vitam non imitandam et nichilominus
hortans eos subici illis propter sacerdotii nomine dignitatem non opera
sed dignitatem considerantes. multaque eorum crimina enumerans et ali
os de eis dehortans Vn dicit Super kathedram moysi id est in auctoritate doce
di et iudicandi sederunt sed indigne scribe et pharisei Non legitur
de moyse quod ad literam kathedram habuisset Sed per kathedram moysi
actas docendi legem dei intelligitur quod in loco moysi ad docendum
doctrinam legis diuine per ministerium moysi tradita sederunt scribe et pha=
risei Signanter dicit Sederunt propter duo primo secundum Crisostomum ad ostendendam infru
ctuositatem operum eorum. Vn non laborantes in opere legis sed sedentes et
quiescentes in ambitione honoris dicitur Job 29 In plateis parabant
sibi kathedram Hyeronimus de kathedra sapientie faciunt faciunt kathedram pesti
lentie de qua psalmus. Et hic usque ad presens seculum in ecclesia dei
principatur. Non enim labor sacerdotii sed honor a plerisque inquiritur
Vn Crisos Multi sacerdotes et pauci sacerdotes multi nomine et pau
ci opere videte ergo quomodo sedeatis super kathedram Non enim kathedra
facit sacerdotem sed sacerdos kathedram Non enim locus sanctificat homi=
nem sed homo locum Non omnis sacerdos sanctus est sed omnis sanctus sacerdos
Cum bene sederit super kathedram honorem capit ab illa Cum autem male
sederit iniuriam kathedre facit In medio sedes si bene vixeris bene
docueris omnium iudex eris Si autem bene docueris et male vixeris tantum
solius dampnator eris Nam bene viuendo et bene docendo populum instruis
quomodo viuere debeat. bene autem docendo et male viuendo deum instruis
quomodo te dampnare debeat Secundo dicit Sederunt in preterito ut denotat
eos iam de dignitate kathedre cecidisse. quod sic dominus ait 21 Et
kathedras vendentium columbas euertit et mensas nummulariorum
Moraliter autem super kathedram moysi sedet prelatus qui docet ac=
tem spiritualem quam moyses permittebat De quibus Amos contra preter
ordinem et commoneant super symoniaca. auaricia enim in capite
omnium hec est kathedra pestilentie in qua vir beatus non sedet
id est predicator imitator christi paupertate predicatam. Mt 5 beati pauperes
spiritu Jaco. allegat arcaplep est kathedra prima regalis potentie hec
est honoris Job 29 In plateis et cetera hec non est appetenda quia ubi honor
ibi periculum imminet Ideo dicitur Eccli 7 Noli querere ab homine ducatum
neque a rege kathedram honoris Secunda doctrinalis sapientie hec est fulgoris
que si bene tenetur est guidanda secundum id psalmus In kathedra seniorum lau
dent. et si bene geritur est venerabiliter audienda Tercia est criminalis culpe
hec est doloris et fugienda psalmus Beatus vir et cetera non abiit in consilio im=
piorum consentiendo suggestioni peccati. non stetit in via peccatorum perpetrando
opus peccati Nec sedit in kathedra pestilentie perseuerando in peccato Vel secundum
Augustinum kathedra pestilentie est appetitus honoris qui quasi omnes infici
at Sic pestilencia est morbus qui in omnes decernat Vel kathedra pestilentie
est peruersa doctrina venenosa que inficit omnes auditores ad quos
pertingit Et quia in sacerdotibus et prelatis inueniuntur aliqui quod est prosequibi
le et aliquid quod est fugibile Ideo dominus subdit admonitionem suadens corp

doctrine · no͂ aut vite imitatonem · Omnia ergo ad kathedram ptinē
cia quecumqꝫ dixerint vobis · ad eorum vtilitatem servate corde et fa
cite ope · i · doctrinam Non tamen simpliciter quecumqꝫ · ſꝫ illa tantum que mosi
kathedre doctrine qꝫ conveniunt et que a vera fide no͂ discrepant neqꝫ
divinis repugnant mandatis neqꝫ bonis absunt moribus · Unde Crisostomus
Omnia ergo que corrigunt mores et meliorem faciunt vite modum et no
ui testamenti concordant legibus et no͂ diminuunt de religione sub iugo
legis esse ħet Crisostomus Ex quo patet qꝫ etiam malis platis et doctori
bus est honor obediencie exhibendus no͂ in hiis que manifeste
sunt contra deum et sunt habendi in reverencia quamdiu tolerantur in
officio suo quod patet per exemplum david qui venerabatur Saulem
licet sciret ipsum esse malum et a deo reprobatum et per hoc auditoribus tol
litur excusacio non bene agendi Nam obediendo malis platis et doc
toribus deus in eis honoratur cuius personam gerunt · non enim sua sed que
dei sunt dicunt Secundum vero opera eorum que preter id quod dei requirunt
faciunt Nolite facere qꝫ no͂ sunt imitandi in malis ſꝫ tantum in bonis
Unde Crisostomus Si bene vixerint eorum est lucrum si bene docuerint vestrum Accipite
ergo quod vestrum est et nolite discutere quod alienum est ħet Crisostomus Dicunt
enim et no͂ faciunt qꝫ vita doctrine no͂ concordat Docebat enim bene vivere
secundum legis precepta et ipsi per prevaricacionem legis male vivebant Contra
quod dicit Augustinus Bene docere et male vivere no͂ est aliud quam se sua lin
gwa dampnare De talibus enim qui dicunt et no͂ faciunt potest dici illud Genesis
vox quidem vox Jacob manus sunt esau Unde Crisostomus Magnam accusacione
dignus est qui doctrine auctem habens legem transgreditur primo quidem
qꝫ prevaricatur qui alios corrigere debet deinde qꝫ peccans maiori
pena dignus est propter honorem Tercio qꝫ plus corrumpit qꝫ dei ordi
ne doctoris peccans · Omnia quecumqꝫ dixerint etc Jere 12 prope illos ori
eorum longe autem a renibus eorum In quo dominus innuit qꝫ omnia que plati
et doctores katholici ad kathedram et plebis vtilitatem pertinencia docu
erint sunt corde servanda et ope adimplenda Racio est qꝫ sunt tam ex ore di
ui ab ore ipsorum tam ab ore dei verba salutis sunt suscipienda Jere 17
Si separaveris preciosum a vili tamquam os meum etc Ex Secunde filii israel dicebant
ad moisen platum eorum et doctorem Cuncta que locutus est dominus per te fa
ciemus Exo 19 et luce 21 iota unum aut apex no͂ preteribit de lege Et
signanter dicit Cuncta qꝫ de verbis sacre scripture nichil debet negligi ſꝫ
omnia debent impleri qꝫ omnia licita sunt et salubria Unde Jacobi 2 Qui
Totam offenderit in uno factus est omnium reus · secundo dicit dixerint vobis
Jo · 2 Quecumqꝫ dixerint vos facite · Prelati enim et doctores ecclesie tam
auctoritatem habent pape et ceterorum platorum habentes verba salutis proferre bene
et mandatum docendi a deo receperunt ysa ergo Super montem excelsum ascen
de tu qui evangelizas syon exalta in fortitudine vocem tuam qui
evangelizas ierusalem Et eiusdem 58 Clama ne cesses Et Eze 3 dicit cuilibet do
ctori Speculatorem dedi te domui israel israel audies de ore meo verbum
et annunciabis eis ex me Si no͂ annunciaveris impio ut avertatur a via
sua impia et vivat ipse impius de iniquitate sua morietur sanguinem
autem eius de manu tua requiram Et ideo eorum doctrina est memo
riter servanda et ope sollicite et efficaciter adimplenda Servate
ergo doctrinam et secundum eam facite vitam autem malorum platorum fugite

Joh viij Si quis sermonem meum non servaverit mortem non gustabit in eternum. Secundum opera eorum nolite facere. Crisostomus Accipite quod verum est
et nolite discutere quod alienum est. Sic enim boni sacerdotes docent infi-
deles et malos propter fideles et bonos melius indicantes propter bonos
bonos et malos fovere quam propter malos etiam bonos negligere, sic et vos
propter bonos sacerdotes etiam malos honorate. Ne propter malos etiam
bonos contempnatis. Melius est iniuste malos iusta portare quam bonos
iusta subtrahere. Accipite ergo etiam a malis sacerdotibus sanam doctrinam
sed fugite insanam vitam. Frequenter enim de malo homine bona predit
doctrina. Et ponit Crisostomus tria exempla. Primum est hoc. Vilis terra preciosum
aurum producit et tamen propter terram vilem aurum preciosum non contempnimus.
Sic et vos doctrinam sacerdotum accipite et malos mores relinquite.
Hoc exemplum pertinet ad sacerdotes luxuriosos quorum doctrina est
aurea et vita fetida, et ideo tales de plateis celestis urbis ut lutum
expurgabuntur et in infernum detrudentur. Ps. Ut lutum platearum de-
lebo eos. Secundum exemplum Apibus herbe vel radices utiles non sunt sed
flores herbarum. Apes ergo flores herbarum colligunt et herbas relin-
quunt. Sic et vos flores doctrine colligite et conversacionem malam re-
linquite ut cum dictis herba arescat. Hoc exemplum pertinet ad sacerdotes
superbos qui similes sunt herbis florentibus et cito cadentibus. Sic superbus
cito extollitur et subito decidit. Ps. Mane sicut herba transeat mane
floreat scilicet tempore corporalis sanitatis vespere i. tempore infirmitatis. Tercium
exemplum Spine lilia producunt et tamen homo lilia odorat spinas deui-
tat. Sic quilibet vitare debet vitam sacerdotis spinosam et accipere doctrinam
dei odoriferam. Hoc exemplum pertinet ad avaros qui sunt spinosi. Spi-
ne enim divicie sunt Luce 8. Sed lilium est verbum dei odoriferum. Concordat
hugo de s. v. Non est curandum de vita medici dummodo secundum phisi-
cam dat consilium salutare. Stultus esset peregrinus qui nollet ire
per viam ad terminum optatum ducentem, rectam quam claudus ei indicaret.
Stultus est viator qui nollet ire per viam ad terminum optatum ducentem, quamvis
ipse cursor per eam incedere nollet. Stultus esset omnis qui nollet come-
dere folia illius arboris que fructum non facit dummodo folia essent bona.
Sic stultus est qui verba bona predicatoris accipere recusat licet predi-
cator fructum operis non producat. Item tu auditor non omnia facis que
audis. Noli ergo mirari quod predicator non omnia facit que dicit. Unde dicit
Mt 2 quod magi quesierunt a sacerdotibus ubi Christus nasceretur. Et eorum ac-
cepto consilio iverunt in Bethlehem inde non expectantes sacerdotes sed illis re-
manentibus processerunt. Sic vos simpliciores debetis a theologis veri-
tatem eterne vite ubi Christus panis vite est querere et ad eam festina-
re quamvis ipsi non cant vel vadant. Bonaventura subdit huius dicti Sicut
enim et non faciunt quia non concordat vita doctrine et ostendit eorum inobedi-
enciam quo ad deum cuius doctrinam despiciebat eam opere non implen-
tes. Unde Crisostomus Bona dicunt et mala faciunt fidem predicat et infi-
delitatem agunt, pacem aliis dat et sibi non habent, veritatem laudat et
mendacia diligunt avariciam castigat et tamen eam exercet. Jer. 8 A
minimo usque ad maximum avariciam omnes sectantur. Cum ita sicut bonum
et malum in natura positum est, facere aut in voluntate. Ideo bonum dicere
cum est, bonum autem facere penitere. Unde talibus dicitur Gen. 28 Vox quidem vox
Jacob est manus autem Esau. Et id figuratur per ficum fatuam in qua
dominus non invenit nisi folia quam maledixit et arefacta est continuo

Mt 21 Vn qrunt dns Jere q no e vna in vitabz et no sut ficy d sti
tulhea q. d. in sacerdotibz fructz bonoze opm correndes doctrine no
inuenint, cu tn pm esset faciend, deinde docendu Cepit ypd dicit
sa Cepit ihus facere et docere Gz qr doctores hr no faciunt Jo dns
dphendit eoz mala cuisatom p inobedienciam quo ad deu dicit
Dicunt em et no faciunt Et io sut qs histriones in torneamts qui
adminat alios ad plud sj videntes conflictu statim recedunt Ite
similant crucibz in capite viarz posite ondentibz viam p qua ipi
no incedunt Vn quidam inqr requisitg quis fecisset sermonem Cuidnt
ego dixi sj isti boni hoies faciunt Deinde ondit malicia sacdoz
quo ad deu ondit eoz crudelitate quo ad pxim p qua con
normam iusticie agunt dicit go Alligant aut onera sz sacrarum
traditionu et legz ut sit qs fastig inportabil Vn pharisei no sum
legez sj etiam quasdam alias grues tradicos imposuerunt hoibz pcipi
entes eas tanqm saluti necias obsuari Vn sibi potuerint dice
sic ong gue gravati sut sup me Gravia z inportabilia p onera
gvia z importabilia grauissima legis precepta intelligunt que scribe
et pharisei subiectis sibi ppliis imponebant Que quidem precepta legis
dicunt gvia quantu ad affectu z importabilia quantu ad effectum
Act 17 Qm temptate deu impone iugu sup ceruices discipuloru
in memoria. Et nota plures oblationes pro peccato quia est Christus sunt inebria tot obtulit pro
peccatis nostris satisfaciens. De 30 Gen 28 Cum evigilasset Jacob de sompno ait vere dominus
est in loco isto et ego nesciebam, paveris quia quam terribilis est inquit locus iste non est hic aliud
nisi domus dei et porta celi. Dormit Jacob cum mentis sopita sollicitudine curiositatis quia cum
gratia cum illustrata veritate et sic clamat in loco isto esse deum quem ante nesciebat cum
in omnibus creaturis dei cernit vestigium quod ante non advertebat, et quia deum nesciebat
in omni creatura que reputat gloriam sui creatoris, ideo paveris dicit ibi nichil esse nisi do-
mum dei et portam celi quia debita consideratio creaturarum ducat nos ad perfectam contempla-
tionem supercelestium. Unde hec est porta, per quam intratur in celum sanctissimum et serenissimum celum, quia
cum mens incipit dei vestigium in creaturis agnoscere et per eas incedens ad se accedere
et per puram intelligentiam supra se ascendere, interiore lucis totam intrare et in hiis
que in intimis videt quod intime suavitate sapore the et quia eo intelligencia sua
condire et in sapientiam vertere, in excessu pax invenitur. et ideo in celo ubi est silencium
nulla altercatione cogitationum tumultuantium inquietatum esse dicitur cum enim serenitas
ubi nichil invenitur deesse quod petitur per desiderium, nichil arguatur per fastidium quod
acciperetur per odium quia pax sentitur que exsuperat omnem sensum. Et sic patet primum in
quo redduntur beneficia et commemoratione sanctitatis.   4 Secretus

Cum videritis abhominationem desolationis stantem et Primus magister in verbo
proposito reddit discipulos suos dociles ex abhominationum praticis iniquitate cum dicit cum
videritis abhominationem desolationis. Et sic est quia locus sanctus ita corruptus invenitur ab-
hominatio desolationis in loco sancto. In loco enim sancto celestis patrie inventa est abhominatio
cadencium cadencium angelorum prout dicitur Abhominabile domino cor pravum et voluntas eius in
hiis qui simpliciter ambulant pravum cordis et sic abhominabiles fuerunt illi angeli qui
se a suo creatore averterunt. Sed simpliciter ambulantes fuerunt illi beati spiritus qui se ad deum
converterunt et simplicitatem sue innocencie servaverunt. Triplicat et fuerunt abho-
minatio in illis malignis spiritibus contra tria que fuerunt in loco illius sancto angelis quia
puritas innocencie degeneravit in invidiam, unitas concordie in discordiam, humilitas
obedientie in superbiam. Unde secundum sunt contra deum elati inter se discordes et seditiosi ad nos invi-
di. et ideo abhominabiles. De abhominatione superbie prover 16 Abhominatio est domino omnis
arrogans etc. si manus ad manum fuerit non erit innocens. etc. si nichil videtur mali
manus operari cordis innocenciam perdit in quo largitorem bonorum se putat et sic tales dicuntur
dei et statera iudicia domini sunt, neque ab initio sibi sua virtute electus et celestis [illegible] po-
sito apud eum est sed eius ope qui omnia in mensura et pondere et numero constituit [illegible]
sic volunt mensuram fidei et gracie distribuit. Unde viri sancti de bonis sibi collatis non
se efferunt sed abhominabiles esse timentes humilitatem suam inter se custodiunt. Job 9 Si
lotus fuero quasi aquis nivis et fulserint velud mundissime manus mee
tu sordibus intingens me et abhominabuntur me vestigia mea, quia vir sanctus
abhominabilem se esse considerat et inde que de corruptione corporis portat etc. etc.
De abhominatione discordie prover 11 Statera dolosa abhominatio est apud deum et
pondus equum voluntas eius. ubi superbia erit ibi et contumelia. Statera dolosa
est cum lingua libre plus debito elevatur. cum sensus elati se supra plus debito appreciatur et
vilipendens alios cum aliis rixatur. Unde inter superbos semper iurgia sunt. quod in sermonibus
semper demones capiunt. Nam angeli numquam irascuntur et numquam reconciliantur. homines
quottidie irascuntur et reconciliantur. Demones quottidie irascuntur et non reconciliantur
discordias et inimicicias quas contra se exercent qui voluerit scire plenius legat col-
lacionem decem de principatibus. De abhominatione invidie prover 21 Abhominabiles regi   invidi
qui agunt impie. Et si enim omnes peccatores generaliter impii sunt tamen invidi dicuntur proprie
impii. quia moventur ut frequenter in conatum contrie et desperationem Job 11 Oculi impiorum
deficient et effugium ab eis et spes illorum abhominatio anime mee. Vel forte ideo dicuntur
impii quia se habent ad alios sine pietate quia nulla demulcentur humilitate. quanto enim te co-
ram plus humiliaveris tanto maioribus invidie pungeberis stimulis quia crescit sic et
alienis bonis Eccli 13 Abhominatio superbo humilitas. hec ergo tria a nobis repereremus
ne participes abhominationis dicamur fungi. De superbia Hester 14 Tu scis domine quod
abhominor signum superbie luc 16 Quod hominibus altum est abhominatio est apud deum
de discordia prover 14 Cogitatio stulti peccatum et abhominatio hominum detractor. Ecce detrac-
tio enim maxime excitatur discordie De impiete et invidia prover 15 Victime impiorum
abhominabiles domino vota iustorum placabilia. In secundo loco sancto scilicet militante ecclesie
invenitur abhominatio quia trium Eccli 11 filii abhominationum fiunt peccatores filii. Et est
triplex abhominatio hec iniustitia in temporalibus divitiis Symonie in ecclesiasticis personis
blasfemie in inferioribus et subditis. hec enim tria evacuat reverenciam ecclesie sine qua [illegible]
hic in ecclesia et sanctitate. De primo patet de abhominatione iniusticie prover 18 Qui iniustus

impiu et qui gubernat iniuste potius abhominabil apud deum / Hodie enim principes et barones ecclesiam persequuntur et inimici ecclesie sunt Eccl. 2 impiis iustificat et iniustos gubernat pro 3. Ne emuleris hominem iniustum et ne imiteris viam eius quia abhominatio est deo dicit Christus Illusores dei qui ludunt vel illudunt quia recuparare voluit quod in ludo perdiderunt Sic quod pro cessores post ecclesie impias ecclesias contulerunt quasi factum suum risibile et pueriliter ecclesie dei violenter afferunt et ideo pro 15 Abhominatio est domino via impii qui sequitur iusticiam diligetur ab eo // De 20 pro 22 hostie impiorum abhominabiles que offeruntur de scele re quia raro ecclesiastica beneficia conferuntur / quod prosequitur sermonis a pluribus possidet Deut 7 Et non concupisces aurum et argentum de quibus facta sunt sculptilia neque assumes ex eis ne offendas propterea quia abhominatio est domino deo tuo Sculptilia sunt ymagines neque mortu neque spiritum habentes facte de auro et argento homines sunt sine spiritu sine motu vite per pecuniam et symoniam positi in beneficio et officio ecclesiastico / Ezech 8 Ingredere et vide abhominationes pessimas quas isti faciunt hic et ingressus vidi et ecce omnis similitudo reptilium et animalium abhominatio et universa ydola domus israel et iechonias filius saphan stabat in medio eorum stantium ante picturas et ad literam omnes templi parietes diversis bestiarum ymaginibus depingebantur quia viri bestiales et diversis viciis pleni ad ecclesiastica beneficia assumuntur Caveat ergo sibi iechonias summus pontifex et princeps sacerdotum sic dicit glossa cum suis scilicet cardinalibus sive ecclesie prelatis ne per eos fiat in templo hec abhominatio desolationis Dan 11 Pollnet sanctuarium fortitudinis et auferent iuge sacrificium et dabunt abhominationem in desolationem impii in testamentum simulabunt fraudulenter / Sanctuarium fortitudinis polluunt prelati mali qui destruunt firmamentum romane fidei / Mali enim pastores simt curati auferunt etiam iuge sacrificium quia evacuant in cordibus laicorum fidem sacramentorum dum sacramenta despiciunt per malum exemplum vite / Nam laici ... dicunt de laicis eorum sacramenta despiciunt cum eorum prelatorum vident ab eis qui scelerate vivunt et dant abhominationem in desolationem quia ecclesiam faciunt abhominabilem propter eos desolata fuerunt et cantat quia in apostoli modico tempore ecclesiam dilataverunt et multos provocaverunt ad fidem trinitatis non est dubium cum sub eis multi a fide exorbitent ipsos prelatos causam esse eorum infidelitatis et impii in testamentum simulat fraudulenter quia impios et male moriatos alios meritos prebuerint in ecclesia neque 2 Non n. providebit in re spirituali aliquis animorum tractu eis curam infirmarum animarum et ut lac et lanam tollant sibi exponunt oves morsibus luporum et ursorum Si enim comes curam nullus committit nisi potenti scienti et volenti curam eius ad salutem ipsius peragere qui committit curam gregis spiritualis impotenti ignoranti negligenti plus videtur rationalia quam irrationalia vilipendere et sanguinem testamenti ymo christi qui ipse pro animabus effundit conculcare // De 2o Job 30 filii stultorum et ignobilium et in terra penitus non parentes nunc autem in eorum canticum versus sum et factus eis proverbium Abhominantur me et longe fugiunt a me quin in faciem meam conspuere non verentur / plebeios describit / Ad literam homines qui habent stulticiam ignorantie et ignobilitatem vite et in terra non habent parentes ecclesie defectu parantele hii abhominantur divina consilia et longe fugiunt non secundum sacramenta precepta et faciem eius conspuunt vilificando et detestando sacra ecclesie et prelatos ecclesiasticos Sicut enim per faciem designatur quia per faciem cognoscitur homo ita deus per sacramenta Et sic in facie sunt omnes sensus et primo mensurant in corpus sensibile sunt prelati in corpore ecclesie In 3o loco sco quod est religio inveniuntur abhominatio malorum religiosorum qui modo non habent puritatem intentionis nec puritatem operationis Levit 18 De semine tuo non dabis ut consecretur ydolo meloch cum masculo non commisceris coitu femineo quia abhominatio est Meloch interpretatur dyabolus qui est rex super omnes filios superbie Semen enim voluntas vel opus quod tunc meloch consecratur cum bonum opus non ex puritate intentionis sed ex intuitu commodi temporalis vel humane laudis perpetratur / Per masculum intelligitur viriliter agens / per feminam remisse Commiscetur cum masculo coitu femineo qui relicta spe virilitate exercetur in spiritualitate carnis molliciae / Est autem abhominatio in isto loco scilicet quia cordis compassionem non habent superiores omnes dilectionem aliis delectationem sectantur ministeriales et officiales / otiosi et remissi inferiores / De 5o Deut 23 Non abhominaberis ydumeum quia frater tuus est / ydumeus abhominatur qui patrem non compatitur Sanguineus enim interpretatur quod impletur in malis prelatis qui non compatiuntur pueris et temptatis Non sic beatus franciscus cum cum frater diceret ora pro me benigne pater credo quod de meis temptationibus cotinue liberabor si pro me oraveris ... non sic vires affligor Cum sic audit / quo magis temptaris a me magis dilexi te noveris Nulli se servum dei reputare donec gravissimas per tribulationes et temptationes transierit Annulus enim est temptatio quo desponsat dominus animam servi sui Vix enim obtinuit certamina fortia nisi ubi fuit virtus perfecta pro 11 Abhominabile domino cor pravum et voluntas eius in hiis qui simpliciter ambulant // De 20 Deut 18 Cum ingressus fuerit terram quam dominus deus tuus dabit tibi cave ne imitari velis abhominationes illarum gentium / electis chananeis possidet israel terram eorum quia extirpatis viciis religiosus obtinet possessionem virtutum Sed tunc imitatur abhominationes illarum gentium qui post ingluviem gentilium viventes colit ventrem suum / propterea prohibet Deut 22 Non induetur mulier veste virili nec vir utetur veste feminea / abhominabilis est enim apud deum qui facit hec / Mulier non utitur veste virili quia carnalis et effeminatus dare non potest perfectionis exemplum Nec vir utatur veste feminea quia viriles et officiales effeminati non dant per opera mollia et opere que sunt carnis suavia ...

abhominacio est michi neomenia sabbatum et festivitates alias non fero nisi quando sunt [illegible] quia non video quomodo religiosus devote possit orare quando sepe vult sollempnizare ingurgitari et carnem mittere. De 20 Levit. 8. Nulli leve est hoc domui iuda ut abhominaciones istas faceret quas faciunt hic quando replentes terram iniquitate [illegible] sunt ad irritandum et ecce applicant nares ad ramos ut ex odore reficiat olfactus, et [illegible] pulcritudine et viriore visus sed non ex fructu gustus, quia ex odore religionis quando sunt in antiquis patribus pascuntur et ex solo pulcritudine et honestate regularis habitus, ut in fructificat bonum opus. nichil enim religionis habent nisi solum habitum quem foris portant. Deut. 18 Non immolabis domino deo tuo bovem et ovem in quo est macula aut quippiam vicii quia abhominacio est domino deo tuo. bos arat et ovis lactat et utrumque alit [illegible] quia simplices et subditi dicuntur in religione sicut iuvenes fortes laborare iugum religionis et pondus portare et lacte devocionis et ordine [illegible] reficere. In sexto loco sancto est abhominacio [illegible] et transgressus est iuda et abhominacio facta est in Israel et ierusalem quia contaminavit iudas sanctificacionem domini quam dilexit. Iuda confessio divine laudis interpretatur visio pacis [illegible] videns deum. Est ergo in [illegible] abhominacio quando memoria non assurgit cum confessione divine laudis et graciarum actione pro beneficiis acceptis, voluntas non inflammatur in amore pacis eterne, quando eciam intellectus non videt deum ipsum [illegible] creaturis. Et tamen hic triplex est abhominacio in isto loco sancto. Nam in memoria est abhominacio per oblivionem [illegible] per teporem [illegible] in integritate per ignoranciam. De quo Ezech. 18 Adhuc conversus videbis abhominaciones maiores et introduxit me in atrium domus domini interius et ecce in ostio templi domini inter vestibulum et altare sicut xxv viri dorsa habentes contra templum domini et facies ad orientem. Magna miseria est non recordari [illegible] dei beneficiorum id est sicut ab eo recedere et ei vertere tergum et facies vertere ad solis ortum, magis diligere [illegible] creaturam quam creatorem suum. Et si aliquando contingat eius recordari loquimur [illegible] in oracione et graciarum actione sine devocione ac si loqueremur lapidi [illegible] recordatur [illegible] quasi quando [illegible] ydolo [illegible] deferunt in viis suis et in abhominacionibus suis anima eorum delectata est. De 20 Levit. 11 Omne de volucribus quod graditur super quatuor pedes abhominabile erit vobis. quod autem [illegible] super quatuor pedes et habet longiora retro crura per que salit super terram comedere debetis ut est bruchus in genere suo atthacus, offimachus atque locusta singula iuxta genus suum. Volucres graditur quatuor pedibus super terram quando [illegible] volare [illegible] alacriter se elevando in amorem divinum quatuor affeccionibus sectatur [illegible] terrena. Ambulant autem super quatuor pedes sed habent longiora retro crura per que super terram saliunt quando terrenis [illegible] affluentibus [illegible] ut divicias cor non apponunt, sed que retro sunt [illegible] obliviscentes ad anteriora se extollunt, et hec comedere debemus, quia tales imitandi sunt ut bruchus [illegible] humilitate et fusci coloris, illos signat quando de religione ad dignitates assumpti humilitatem servant in dignitatibus et deformitatem habent in vestibus competentem. Offimachus ab [illegible] quod est serpens grece et macha pugna avis que pugnat contra serpentes. istos significat quando pugnat contra temptaciones. Locusta equini capitis et coloris decori nobiles signat quando per consuetudinem gerunt mores in splendore habitus [illegible] elevat [illegible] gloria temporali humiliat se interius. Atthacus ab a quod est sine et teca quod est repositorium. fetus locuste est ut dicunt sic dictus quia posuit repositorium in quo latuerat involutus, et volare incepit et est [illegible] atthelabus, [illegible] est que relicta originali peccato se levat ad celestia. De 20 Levit. 11 Hec sunt que gignuntur in aquis et vesci licitum est. Omne quod habet pennulas et squamas tam in mari quam in fluminibus et stagnis comedetis. Quicquid pennulas et squamas non habet eorum que in aquis moventur et vivunt abhominabile erit vobis. Per pisces in aquis viventes [illegible] congregates gemunt sub aquis. hoc mundi [illegible] quando habent pennulas [illegible] de aquis in [illegible] saliunt et squamas [illegible] que impetum fluctuum a se repellunt. quia mens [illegible] vigore [illegible] et suspirat ad [illegible] in mari et mare salsum et impotabile flumina et stagna dulcia. sed flumina fluencia stagna stancia. mare ergo sunt quando se tedio tabescunt et amarescunt. ps. Ad me ipsum anima mea conturbata est. flumina vero sunt quando per motum desiderii ad aliud tendunt. Stagna vero quando de rebus acquisitis [illegible] quiescunt. Sive ergo in mari sive in fluminibus sive in stagnis pisces fuerint nisi pennulas et squamas habeant abhominabiles sunt. quia mens humana sive anxie [illegible] amarescat sive de oblectamento ad oblectamentum defluat sive de accepto desiderato gaudeat inmunda est si non habeat pennulas per quas [illegible] ad cognicionem, et squamas per quas roboretur ad composicionem. Hec est ergo abhominacio ignorancie cum pennulas non habent [illegible] intelligere. Et sic patet secundum. Tercio reddit dominus discipulos suos attentos et erudicionem future calamitatis. quando dicit Qui legit intelligat. Qui enim considerat tantam abhominacionem que dicta est intelligat futuram calamitatem, nisi resipiscat per penitenciam [illegible] Intelligite hec qui obliviscimini deum [illegible] que maxime [illegible] hic considerare debemus. Primum est [illegible] malicia nostra [illegible] iusta sunt dei iudicia [illegible] prima [illegible] ultima [illegible] De primo Nee. 8 Attulit Esdras sacerdos legem coram omni multitudine et [illegible] qui poterant intelligere. Et [illegible] legerunt in libro legis distincte et aperte ad intelligendum et intellexerunt cum legeretur et flebat omnis populus cum audiret verba legis. Sic enim ad libros consciencie [illegible]

et nos transgressores divine mandatorum intelligentiam statim nos exuberet et de ma fletu
De 20 Job xi utinam deus loqueretur tecum et aperiret labia sua tibi et ostenderet tibi secreta
sapie et quod multiplex sit lex eius intelligeres quod multo minora exigaris ab eo quam meretur ini
quitas tua lex dei multiplex caritas est que ad omnia virtutum opera se defundit et ab o
malo retrahit quam qui diligenter attendit quotidie contra deo penitens agnoscat et agnoscit
peccata iusta videt dei iudicia, non murmurat ex impaciencia con[tra] irrogata sibi supplicia
tunc mereatur multo maiora esse vero eius sapiens et intelliget ista intelligentibus et sucte
her quod vie recte domini et iusti ambulant in eis prevaricatores vero ruent in eis De 20 deut
32 gens absque consilio est et sine prudentia utinam saperent ac nos primo iudicii hec est spi
ritualis extatus summa ut sapienter disponeremus presencia ut ad se erogitemus in amaritudine
aie preterita nostra sollicite prudeamus futura si enim sic haberemus nos cito per orationem nostram
gratiam impetraremus Sed quoniam non sic disponimus gratiam non assequimur Job xxxiiii Qui quasi
de industria recesserunt ab eo et omnes vias eius intelligere noluerunt ut pervenire facerent
ad eum clamorem egenum et audiret vocem pauperum, qui de industria a deo recedunt, quod
non ex infirmitate ut petrus vel ignorantia ut paulus sed malitia et studio ut iudas
delinquunt et omnes vias intelligere nolunt, quia multiplicem eius clementiam contempnunt, et cla
morem egenum et pauperum ad eum venire non faciunt, quia non exaudiunt, eo quod sunt pau
peres et egenum fervente non petunt De 4to Job xxi interrogate quemlibet de viatoribus
et hec eadem illum intellexisse cognoscetis, quia in diem perditionis servatur malus et
ad diem furoris ducetur viatores domini qui presentem vitam viam esse non patriam
dicunt et ideo in ea cordis affectum non figunt, isti deum a presentia sua timent separare dif
fiunctiva sinam et furorem considerat extremum iudicium ubi ducetur malus ite maledicti
in ignem eternum, sed ducetur benedicti venite benedicti percipite regnum etc.

A h' sept. lrā

in iannuā Nob' inqm qui videmꝰ nō aplis / qz nō viderūt
ut ad aliquaz veritatez datū est nob' hec ppende posse
non tamq̄ꝫ sthorib' et ad secretiora vocatis / sed tamqm
vite habentib' et ad horam tendentib' arctiorez Nux
aliud pri debisti metuentib' te significacom / Et aut
dicat Joachim qz nobis videntib' et ad horam tendetib'
arctiorez et vite hntib' revelacō fit nō discipulis qui nō
viderūt pz qd id qd dictū est nō fuit loci tpe suo qui
fuit tpe frederici imperatoris primi sz anno dom m° c lxxx
a quo a tpe fluxerūt plus qm cc anni nec adhuc vide-
mus signa antixpi nisi in aliquib' effectib' malis quales
fuint ab inicio mundi et apparuerūt tpib' aplorz vn pauls
aplus vbi sup loquens de adventu antixpi dt Naz misterium
iam opatur iniquitas Et licet captō ihlm que fuit tpe Joa-
chim videt' vnū de signis antixpi adventꝰ que tūc fuit
ablacō iugis sacrificij in loco sco / adhuc tn tulth dim
nus remanet p totā ecclaz nec aliqua signa adhuc no-
tabilit' apparet Itez a tpe ablacōis iugis sacrificij sm p-
missa nō durabit regnū antixpi nisi trib' annis cū dimi
dio / sz a captione illa ihlm fluxerūt iam plus qm ducenti anni
quare ia captō vrbis ihlm et pphanacō templi nō est adhuc
in pphanacō abhoiacō desolacōis de qua dns h' loquit'
hec de tpe adventꝰ antixpi / p exeracō legenti dicta suffi-
ciant Cetera at veritate ita h' et qm venturꝰ sit deo comittan-
tia ut dicat Augꝰ vno de ciuitate dei Cessat ergo homi-
num curiosa calculacō qz diez illud novissim pernitꝰ deus voluit
homib' esse ignotū et quē aplis inquirentib' p'hibuit dicēs
Non est vrm nosse tpa vl momenta &c Nemo putet se nunc
fatigatū h' augꝰ Sz cū vbū Cū videritis &c dicitur h' dubio
qz nonnulli discipuli ut pdictū est in alia exposicōne victu-
ri erant et visuri destruccōm ihlm Ac p hec congrue dicebat
donmꝰ Cum videritis Nunc aut sm iam exposicōm de antixpo
quo hoc recte dici pt / cū nullꝰ aplorū om̄ multa tpa vixerit
quod hec dici pt sm vtraqꝫ exposicōm / qz dns illis verbis nō
solū alloquebat' discipulos p tūc pntes singlarit' / sz qnuar
omnib' fidelib' loquit' pro isto tempore futuris

Tercia exposicio Cum videritis abhoiacōm verba ista
licet ad literam dicta sint de destruccone vrbis ihlm et te-
pli in sexto sensu vl eciā de psecucōne antixpi sm aliud sensum
consistere tn ad moralitatez trahendo conveniēt' exponi pnt de
abhoiacōne desolacōis aīe que fit p pctm Ad cuiꝰ eviden-
ciam est sciendū / qz qnia pctm mortale deformat aīam
et ponit eam extra naturā hois ut patebit Ideo p abho-
minacōm desolacōis recte intellige possumꝰ abhominabilez
animaz pctō deformatā Itez qz pctm est subiectiue in aīa
aīa aut deberet esse templū dei sm aplm Ideo conveni-
ent' dicit' ydolū abhominacōnis stare in loco sco & pctm tūc
sup qnia nō omīs videt' nec intelligat magnitudinez
pctorz Ideo vtile est homī videre et lege' in libro consciē

ut defectus suos intelligat et cognitos emendet. Et ad hunc
sensum in verbis premissis salvator prima facie duo facit. Pro
instruit nos que et quanta mala ex peccato incurramus cum dicit. Cum
videritis abhominationem desolationis etc. qui legit intelligat. Secundo do
cet nos quibus cautelis et remediis contra peccatum uti debemus
cum subiungit. Tunc qui in iudea sunt fugiant ad montes etc. Circa
primum sciendum quod peccatum mortale quinque mala facit nos incurrere.
Primum est quod mentis oculos obtenebrat et offuscat. Quod notatur
in eo quod dicit abhominationem. Secundum est quod hominem nobilitate divine
ymaginis privat. Quod notatur in eo etc. quod dicit abhominationem. Tertium
est quod animam seu animum desolat quod tangitur in eo quod dicit desola
tionis. Quartum est quod etiam iudicio dei ream facit. Quod innuitur
in eo quod. Que dicta est a daniele propheta. Quintum est quod tem
plum dei inquinat. Quod notatur in eo quod subditur. Stantem in loco
sancto. Primo quod peccatum oculos offuscat et obtenebrat. Secundum
obscurentur oculi eorum ne videant. Plerumque peccator vel ex consue
tudine peccandi, vel obstinatione mentis vel ex obcecatione
diaboli peccatum suum non videt. quia videre non vult. nec peccatum repu
tat peccatum. Unde Gregorius in quadam omelia. Cum in quantum peccato
miser homo labitur. suadet ei diabolus ne peniteat vel ne con
fiteatur peccatum leve et modicum in corde reputat. et affirmat
insuper predicat longum spatium vite promittit. permanet in peccato
ut sic in contemptu dei et desperationem suam inducat et perdat.
Secundum Gregorium ut ergo peccator visum recipiat necessarium est ei collirium
gratie dei. ipse enim cadere in peccatum potest. sed ipse surgere non potest sine
adiutorio. Apocalypsis iii. Collirio unge oculos tuos ut videas.
Sed nota quod collirium non statim ita perfecte sanat ut clare
videre queat omnia. sed successive innuat. sed gratia dei preveni
ens que non est spirituale donum. sed quoddam auxilium dei. quod
per collirium intelligitur. quo mentis oculos iungitur. et tunc sa
natur ut peccatum suum videat et cognoscat. Non tamen prima fa
cie perfecte sed quasi sub nebula et in grosso. Et deinde pa
ulatim per quantum illustrat ad clare videndum. Et hunc gratia
dualem processum sanandi mentis oculos designavit dominus in
illo ceco nato sibi oblato de quo legitur Marci viii. Primo do
minus impositis manibus expuit in oculos eius. et tunc interro
gavit eum si aliquid videret. Et ait video homines velut
arbores ambulantes. Deinde iterum dominus imposuit ma
nus super oculos eius. et tunc clamavit videre se omnia. Per
hunc cecum intelligitur peccator ita obtenebratus peccatis. quod defectus
suos non videt. quem dominus paulatim sanat. Primo imperfecte
et postmodum perfecte. Primo enim tangens eum in oculos eius ex
puit. quod fit secundum Bedam. quando dominus afflatu sui spiritus sancti
tum verbo dei mentem illuminat. Sputum enim de capite influit
in os et tunc flatu emittitur. per quod significatur gratia dei preveni
ens. que sepe cum verbi dei spiramine ex ore predicatoris in
oculos peccatoris anime exspuit. quo mens sanatur ut saltem
in grosso peccatum videat. quod prius non videbat. Unde iste cecus
primo vidit homines tamquam arbores ambulantes. Non enim
ut dicit Beda distinguebat lineamenta humanorum
corporum. videbat tamen obscure corpora eorum moveri de loco

ad locu Sic pctor spiritu divine gre pvenientis q colliro tan-
gitur et sanat tunc incipit vide pcta sua sed adhuc indistincte
Sedp cu dns scdo manu gre habitualis sup mentis oculos
imposuit, tunc clare et distincte omes suos defectus videbit
Dubitaret aut hic aliquis de duobz primo de eo q dictu e
sz q ho p pctm ita obscuratur q pctm suu no videt quo videt
quo hic consistit Cu videmus plures pctores multu intelligentes
qui in lumine nali intellectus optime sciunt discerne int bonu
et malu, licet scdm hoc no operentur Vn etc angus qui olim fu-
it illius opinionis hic retractavit pro hoc retractacione qui sic dicit
Non approbo q in oracone dixi qui hoi nisi mundis scire voluisti
Tunc ei pt multos etia no mdos multa scire vera Scdo pt
dubitari de eo qd dictu est q deus paulatim pctores sanat
et illustrat primo imperfecte pca pfecte, quo hic sit vm cu sepe
tu sit pz dei pfecta sint opa Vn dns primo respectu illuminavit
vit petru et statim pfecte sanatus et illustratus cognovit
pctm negacionis flevit amare Ad primam dubitacionem dicendum
q intellectus ut p lumine nale sibi inditu de se sufficiens est
ad ea intelligibilia cognoscenda quorum noticiam p sensibi-
lia possumus devenire, altiora no intelligibilia intellectus
humanus cognoscere no pt nisi forciori lumine pficiatur sic lumine
fidei vl pphecie vl alicuius auxilii de sup illustrante qd tn dz
lumine gre inquantu e nature superadditu Scdm hic qd dicendum
q pctor in lumine nali sine gra bn cognoscit rez vl actu
pcti puta furtu homicidiu fornicacionem et cetera talia que
sensibilia sunt, et p sensibilia cognosci pnt, sz sub racione
pcti inquantu sz pcta sint talia no cognoscit sine gra, q
deordinaco quia ho deficit sibi a deo ex sensibilibz cognosci
no pt, quare ad eius noticiam requiritur forcius lumine, sine hic
sit lumine fidei sine motu divini auxilii p gram pvenientem
et p hic patet soluco ad obiecta Ad scdm obieccionem dicendum q
licet plura requirunt ad iustificacionem impii, omnia tn simul
sunt tpe, sz q ordine nature unum prius est alio, ideo successive
fieri describuntur Nam ei ordine in iustificacione impii
primum est gre infusio Scdm motus liberi arbitrii in deu Tertium
motus liberi arbitrii in pctm quartu remissio culpe, que tn oia
a deo fiunt in instanti uno Sic in pposito certu est q deus
potuit illu cecu statim in uno momento pfecte sanare
sz successive facere voluit, ut designaret qualiter nos pctis
obscurati spirituali ordine quodam reducamur ad lucem Vn dicit
glo et e Bede Qui verbo deus totu curare poterat pau-
latim curat ut magnitudinem humane cecitatis ondat que
vix et q p gradus ad lucem redeat, et gram sua nob indicat
p qua singula pfeccionis incrementa adiuvat Vn licet dns
uno instanti posset pctorem sanctu facere Sicut de latrone
declaravit tn ad conversionem expte impii plura successione re-
quiruntur, pcti vz agnicio, pcti displicencia, contricio confessio, et
satisfaccio, que nob sunt successiva, sz deus pt imple oia
uno instanti vl momento Sequitur aut aliquis sit auxilio gre
pvenientis intus illustrati fuerit ut pcta sua saltem grosso
modo conspiciat, ut locu habeat dicendi cu propheta prius sum ceci
vidite Deinde cetera mala que ex pctis nascuntur considera-
tes devenit ad pfectam cognicionem pmissorum defectuum illuminator

illuminacom spiritualis gr̄e p̄ducet quod sequitur in eo q̄ post
om̄ ēstorum malorum cognicom̄ subiungit q̄ legit alligatt ut id ẽ
Cum videritis abhominacõ etc. Viso de primo malo
quod inducit p̄ peccatum conveniente videndum est de aliis
Scd̄m igitur malum q̄d peccatum inducit est q̄ hoiez nobilitate
divini ymaginis p̄vat Quod notatur in eo q̄d dr̄ Abhomina
com̄ peccator enim est abhominabilis deo p̄ut xii Abhominabile dno
est p̄mum Et in ps Abhominabiles facti sunt in studiis suis
et no solum abhominabiles ymmo abhominacio in abstracto q̄d
peius est p̄ut xv Abhominacio est dno vita impii / Dicitur
ho peccator abhominacio ex duobus / p̄mo ex eo q̄ post id p̄ q̄d
ho dr̄ a bestia q̄d est racio Cum enim ho agit contra racio
nem peccat Vn̄ ait Aug de fide ad petrum Sm̄ peccatum
est contra naturam hois In ceteris enim animalibus irracionalibus
nullum est peccatum q̄ carent racione sz libertate liberi arbitrii
et discrecione boni et mali / et ideo nec p̄mium nec pena
eis debetur p̄ suis opibus sit homini qui ē animal racionale /
Cum igitur homo peccando racionem p̄ponit concidit cum besti
is / et ut sic no est ho / q̄ decidit ab hoie Vn̄ tunc bn̄
dr̄ abhominacio ab a q̄d est sine et hoie natone humana u
racio cogargit racionem qua liberata ho efficitur abhominacio Et
alio eciam ho p̄ peccatum eciam mortale fit abhominacio Cum enim
homo sit ymago dei, debet ymitare deum cuius ē yma
go / ymago enim dicta ē q̄si imitago Cum enim homo
imitatur deum in opibus bonis tunc recte dr̄ ymago dei ymo
eciam filius Ioh̄ma Cuius opa quis facit eius filius est Cum
vo quis peccat mortaliter filius diaboli ē q̄ opa eius facit
Et sic ymago dei vtitur in ymaginem diaboli Ioh viii Vos
ex patre diabolo estis / Et tales recte dnr̄ abhominabiles / de
quibus Ezech viii / ymagines abhominacionum suarum fecerunt
Tercium malum quod peccatum inducit ē q̄ animam p̄turbat /
et desolat Quod notatur in eo q̄d dr̄ Desolacionis Na hc̄
sibi male consciiis / nichil est animo p̄t letari / q̄ ff p̄sumit
seva et p̄turbata consciencia vt dr̄ Sap xvii Et ysidore ho ho
soliloquiorum suorum dt Nulla pena grauior pena conscie
ncie aut vis esse triste bn̄ vive Secura mens tristiciam
leviter sustinet / bona vita gaudium ff hz Consciencia aut
rei ff est in pena / nichil secura Mens enim male co
nsciencie pp̄ruis agit stimulis Et Aug p̄o confess dt Iussisti
dne et ita ē ut pena sibi sit ois inordinatus animus
Sz secura mens q̄si iuge conuiuium Ecci xv / **Quartum**
malum q̄d peccatum inducit ē q̄ maz dei iudicio rea facit / q̄d
denotatur in eo q̄d dr̄, Que dicta ē a daniele pp̄ha, que
sz abhominacio i peccatum, q̄d facit hoiez divino iudicio reum. di
cta est a daniele / tam noie suo q̄m etc pp̄terbus / Omnis
enim peccator eo ipso q̄ peccator reum se facit divino iudicio, quod
subire ipum oportet sive hic sive in futuro Et hoc indicat
nobis daniel p̄mo noie suo, Daniel enim interpretatur iudi
cium dei, et hoc quo ad nomen / Daniel etc actu iudicium dei
exercent ut in illis duobus senibus accusatoribus Susane / q̄d
instinctu dei sterne iudicavit / hoc quantum ad actum / Daniel

q̄m actu

etiam ore iustum iudicium dei affirmat dum pro populo a deo pla
gato orauit dicens Daniel iii° In veritate et in iudicio indu
xisti hec omnia propter peccata nostra / peccauimus enim et inique egi(mus)
et ideo vniuersa que fecisti nobis in vero iudicio fecisti Et
sic quo ad verba Recte igitur per danielem iudicium dei si
gnatur Et si sic iudicium dei tam durum est peccatoribus de presenti
ut patet ex verbis danielis quanto terribilius erit in futuro
Vnde Jeronimus super Matheum Quociens intueor diem illum considero toto
corpore contremisco / siue comedam siue bibam siue aliquid
aliud faciam semper videtur michi illa tuba sonare in auribus
meis Surgite mortui etc Et si de dei iudicio tremunt
sancti et electi quid facient miseri peccatores / quia horrendum
est incidere in manus dei viventis Augustinus dicit in [illegible]
In isto iudicio erunt aperta peccata accusancia / a
sinistris demonia / subtus horrendum chaos inferni / de
super iudex iratus / foris mundus ardens / intus consciencia
mordens et ubi vix iustus saluabitur / heu miser peccator
sic deprehensus quo fugiet / latere tunc erit impossibile / appa
rere intollerabile Certe quantum malum est esse reum iudicio
dei vnde dicit dominus peccatori per prophetam Eze. vii Iudicabo te iuxta
vias tuas / Quintum malum est quod peccatum inquinat et quia pec
catum animam templum dei inquinat et possunt eadem notari
in eo quod dicitur Stantem in loco sancto Grauius est quippe
peccatum quod committitur in loco sacro quam si committeretur in alio
loco vnde eiecit dominus ementes et vendentes de templo,
quia in templo non licet emptio et vendicio / Sed quamuis accipiatur
hic pro loco sancto nisi animam fidelem per baptismum sanctificatam
de qua dicit apostolus i Cor. iii° Templum dei sanctum est quod estis
vos scilicet animam et scilicet corpus hec glo(sa). Cum igitur christiana anima
est locus sanctus a deo sanctificatus et templum et habitaculum
spiritus sancti indignum est eam abhominari et fedo luto peccati
polluere / quod conqueritur Malach. ii° Et transgressus est iudas
et abhominacio facta est in israel Per iudam qui interpretatur
confitens significatur homo christianus qui deberet esse confessor domini
et factus est transgressor per abhominacionem deformitatis / quia
amisit speciem et decorem deliquit Jere. Egressa est a
filia syon omnis decor Et ideo in loco sancto stare est
peccatum mortale in anima abhominabiliter perdurare / Sequitur
tercium Qui legit intelligat quod refertur ad omnia precedencia
Postquam enim homo per auxilium gracie preuenientis incipit peccatum
suum aliqualiter videre quo ad primum Et quam abho
minabile sit peccatum quo ad secundum Exinde turbatur et de
solatur, quo ad tercium Et incutitur ei timor de diuino
iudicio quo ad quartum Aduertit eciam animam miserabilem
que debet esse quasi templum dei, si polluta est et contamina
ta, quo ad quintum Tunc incipit librum consciencie et in eo peccata
cum dolore et compunctione studiose perlegere Et tunc ac
cedente gracia spirituali velud in gradu sic incipit omnes defectus
suos clare videre, et perfecte intelligere ac ad emendacionem

pcta

Aliter expo^r moralit^r de malo plato platus malus d^r abhoiato desolacionis zach xi o pastor et ydolu delinquens legem gregem. Dr aut abhoiato qr ppt fastidiu respu dei abhominabilis est e de ppt pruitez cordis puer xi abhoiate sunt vt pruid ppt ... opis pu ... abhoiabiles regi tm faciut impie ppter indignitatez oblacionis ... vitie impitez abhoiabiles unde totus e abhoiabilis sz addit^r desolacionis ppt dispendiu sive dapnu respu pxim desolat^r aut pplus p malu platu vel p negligentiam officij vel p corruptionem exempli vel p subtractionem tpalis subsidij si stat in loco sancto tamq^m monstru vel ydolu respectu officij Qui legit intelligat sz ...e distruccoz plati dapnacionis pplo pussitacionem

vite sue accelerantur dicte gra procedera Sicut de bto aug^o de quo legit^r in lio confess quod cu ipe errorez suu consideraret videret erecto fundo suu cordis et correcta an^i ... coram oculos inmusa massa miseriaz suaz aborta e p^r procella ingens ferens ingentez imbrez lacrimaz et dolores non continentes lamentabiles voces dabat d. Quandiu quandiu quare non hac sunt turpitudinis mee Et audita voce tolle lege aperto codice legit et statim qsi infusa luce securitate ab eo omes dubietates diffugerunt Iste processus adaptari pt omnibz premissis quantu ad consideracionem cuiusqz peccatore Et quo qui legit mox omes errores suos pessimos clare vidit et veritatez intellexit Et ibi verificatu e vbu id Qui legit intelligat &c

Tunc qui in iudea sunt fugient ad montes Et qui in tecto non descendent tollere aliquid de domo sua Et qui in agro non revertatur tollere tunicam suam Ve autem pregnatibus et nutrientibz in illis diebus Orate autem ut non fiet fuga vestra hyeme vel Sabbato Erit enim tunc tribulacio magna qualis non fuit ab inicio mundi usque modo neque fiet Et nisi breviati fuissent dies illi non fieret salva omnis caro sed propter electos breviabuntur dies illi Tunc si quis vobis dixerit Ecce hic est xps aut illic Nolite credere Surgent enim pseudo xpi et pseudo prophe et dabunt signa magna et prodigia ita ut in errorem inducantur si fieri pt etiam electi Ecce predixi vobis Si ergo dixerint vobis Ecce in deserto est nolite exire ecce in penetralibus nolite credere Sicut enim fulgur exit ab oriente et apparet usque ad occidentem Ita erit et adventus filii hominis Ubicumque fuerit corpus ibi congregabuntur et aquile.

Hic subdit^r amonicio ad cautelaz Et primo ad fugiendum secundo ad orandum ibi Orate aut Circa prima ponit primo admonicionem secundo implicat huius racionem ibi ve aut pregnatibz Dr ergo Tunc qui in iudea sunt Quanta enim erit persecucio qr nemo poterit resistere sed sola fuge remedium erit Circa quam fugam tria tangit locum fuge Tunc qui in iudea sunt fugiant ad montes ut ibidem contra Roman protegantur exercitu Circa fuge celeritudinem Et qui in tecto

Cetere dubitacionis pmae in de in nono sdo ps h^c

non descendet tollere aliquid de domo sua / sed potius cuncta
relinquet · ne occupati capiantur / Tertio fuge celeritatem Et q
in agro non revertetur tollere tunicam suam In luca dicitur Et qui
sunt in medio urbis discedant · et qui in regionibus non intret
in eam Supervenente enim exercitu cessaverunt · qui in regionibus
fuerant ad civitatem fugere ut ibi tuerentur / sed non sic faciendum
erat romanis contra urbem venientibus quia tunc tutius erat civitatem
relinquere / quam in eam ingredi / Istud consilium secundum litteram sump
tum est tunc iminente excidio civitatis ut dicitur in historia ecclesiastica / ad
moniti enim fideles divinis oraculis transeuntes jordanem venerunt
ad appolonie civitatem que sub rege agrippo erat Et ibi
contra obsidionem civitatis salvati sunt Erat enim rex agrippa /
erat confederatus romanis Sic prophetiam ysaias xvi Absconde
fugientes et vagos ne prodas habitabunt apud te profugi mei
moab Esto vestibulum eorum latibulum eorum a facie vasta
toris Ad litteram enim terra ultra jordanem quondam fuit moa
bitarum sicut patet Judith v · Sequitur ve autem pregnantibus
et nutrientibus in illis diebus quando scilicet ierusalem a romanis co
mprehendetur Ve erit pregnantibus et nutrientibus / Enim sicut
dicit Origenes Tunc non erit tempus miserendi · sed nec super pre
gnantes nec super nutrientes seu lactantes nec super infantes eorum
qui potius pregnantes iudeorum romanus scindet et nutritos in
fantes allidat ad petram Aliter secundum Jeronimum ve erit pregnantibus
quia gravato utero fugere non poterit Ve nutrientibus quia amore
prolis detente capientur / sic simea amore filiorum ligata sil
tur eis capitur Deinde dat aliud consilium / propter fugam quod est
orationis suffragium / Orate autem scilicet deum qui potest solus exaudi
re et a periculo liberare ii paralipomenon xxiii Cum ignoramus quid
agere debeamus · hoc solum habemus residuum · ut oculos nostros
dirigamus ad te Ne fuga vestra qua fugere oportebit
ab impetu romanorum fiet in yeme · quia tunc homo potest male
fugere propter frigus et lutum Vel sabbato · quia non licet in
die ambulare nisi per mensuram Act i Sabbati habens iter
i mille passus Facto patet primi machabeorum ubi gens regis an
tiochi intulit bellum iudeis diebus sabbatorum · qui non mise
runt lapidem contra eos nolentes polluere diem iustum Sed propterea
hac simplicitatem correxerunt dicentes Si quis venit ad nos
diebus sabbati pugnemus adversus eum et non moriemur sic
fratres nostri Tertio salvator ondit suum consilium esse necessarium
propter tribulationis magnitudinem Erit enim tunc tribulatio
magna qualis numquam fuit ab initio mundi usque modo
neque fiet Illa enim tribulatio qua ultimo iudei afflicti sunt
excessit tribulationem captivitatis Babilonice tormenta antio
chi et cuncta adversantia que a nationibus sustinuerunt
Equalis vero ista tribulatio fuit dicitur luc xxi Erit pressura ma
gna super terram et ira populo huic et cadent gladio et cap
tivi ducentur in omnes gentes et urbem calcabunt a gentibus do
nec impleantur tempora nationum Crisostomus in omelia Interrogo quomodo
iudeos ut tam intolerabiliter ira divinitatis venit super
eos omnibus que ante facte sunt difficilior / nomine manifestum

propter cruce manifestacionem Sed adhuc ostendit ipsos euersione fuisse
dignos in hoc quod addidit Et nisi abbreviati fuissent
dies illi non fieret salua omnis caro Et si dicat secundum Crisostomum
Si amplius durasset pugna romanorum aduersus ciuitatem
ullum viuum non superessent iudei Non enim romani solum impu-
gnabant eos qui fuerunt in iudea sed et eos qui fuerunt dispersi
expugnabantur Quod autem dicit dies abbreviati secundum Augustinum ad
Hesicium non sic intelligendum sicut quidam estimant quod tunc
dies cursu solis abbreviarentur sicut tempore Josue prolongata sunt
vel quod ebdomades Danielis dierum abbreviacione sint turbate
sed sic accipiendum est Sicut enim in scriptura dicuntur dies mali
non quod dies mali ipsi mali sint sed ea que fiunt in eis ita
dies dicuntur breues qui in solacio deducuntur et longi qui in
afflictione tolerantur longi ergo dies breviabuntur quia ma-
la que quibus pati deo donante per tolerancia minus
senciuntur Ne autem iudei dicerent quod propter predicacionem et disci-
pulos hec mala venerunt ostendit secundum Crisostomum Et nisi illi bre-
uiati essent dies [illegible] periisset [illegible] subdit Sed propter ele-
ctos breviabuntur dies illi Non enim debemus ambigere
ut dicit Augustinus quod in euersionem urbis fuissent illo populo electi dei
qui ex circumcisione crediderant sicut fuerant credituri propter quos
fuerunt breviati dies illi ut tolerabilia fierent Hec sufficiunt
de euersione urbis de qua expresse loquitur [illegible] passus
ille ut scribit lucas capitulo xxi et sancti doctores eundem
passum exponunt de aduentu antichristi et nos ad exposicionem illius
sensum attendamus Tunc scilicet adueniente antichristo qui in iudea
sunt fugient quia iudei eum primitus suscipient et ibi maior erit
persecucio propter corporalem antichristi presenciam fugient in montes ad mon-
tes id est ad loca secreta ubi latitare possint Vel eciam ad mon-
tes id est ad maiores qui sunt in ecclesia Psalmus Leuaui oculos meos
in montes Secundum Hylarium iudeam deseri monet et confugi ad montes
ne admixtione plebis illius que creditura est antichristo vel
aut contagione afferatur Et qui in tecto id est in eminencia perfec-
cionis non descendat tollere aliquid de domo sua per cupidi-
tatem rerum temporalium propter quas eciam sepe perfecti ceciderunt a cul-
mine perfeccionis Et qui in agro sunt laborantes per fructu bonorum
operum quantum ad actiuos non reuertantur tollere tunicam suam id est non
redeat ad occupaciones seculi pristinas implicaciones quod intelligitur
per tunicam Ad litteram vult ostendere quod propter instanciam tribulacio-
num et malorum presencium ac propter expectacionem iudicii et ma-
lorum futurorum non vacabit alicui attendere negociis temporalibus
sed melius est quod saluet vitam suam quam rem possessam et cogitet
quomodo occurrat iudicis conspectibus Mystice autem distingui possunt pre-
dicta tria per tres status hominum per eos ergo qui in iudea sunt
intelligi potest status incipiencium qui tantum in confessione fidei
manent secundum illud apostoli Corde creditur ad iusticiam Per eos qui in
tecto status proficiencium qui iam super terrena que est domus anime
super mundum qui est domus hominum super aerem qui est domus de-
monum ascenderunt secundum illud Psalmus Factus sum sicut passer solitarius in
tecto Per eos qui in agro status perfectorum qui in se perfecti
iam alios perficere conantur secundum illud Cantica Egrediamur in agrum
Secundum hec triplex est consilium admonicionis Primum enim datur

consilium ascendendi ad montes ut sic qui in Iudea sunt id est in
confessione fidei licet imperfecti, Iudea enim confessio interpretatur
fugiat ad montes eternos id est ad scripturas apostolorum et prophetarum
vel ad culmina virtutum ut illuminetur a deo unde ps. Illuminans
tu mirabiliter a montibus eternis Secundo dat consilium non descen-
dendi sic et qui in tecto id est qui animo excedit carnem et mundum
per celestem conversationem non descendat tollere aliquid de domo
sua id est non inclinet se ad carnalia desideria ut redeat ad a-
ctus pristine conversationis mundane secundum id [illegible] carnis
ne feceris Tertio dat consilium non revertendi sic Et qui in agro
id est in ecclesia operatur sicut bos in agro domini non revertatur tollere
tunicam suam id est rem aliquam temporalem qua se exuit ut nudus in-
dutum Christum sequeretur secundum id Cant. Expoliavi me tunica mea
Secundum enim Augustinum In tribulationibus cavendum est ne quis sic devi-
ctus ad carnalem vitam de spirituali sublimitate descendat aut
qui proficerat in anteriora se extendens desistendo in poste-
riora respiciat Et bene dixit quod non est revertendum retro propter de-
fectum perseverantie in bono et ut hoc facilius faciat memores
estote uxoris Loth, quia que retro aspexit nature sue munus
perdidit, fugiens enim Sathanam et Sodomam per intemperantiam
respexit ea et mortua salis statua seu columpna est effecta
Secundum Augustinum hec uxor Loth significat eos qui in tribulatione
retrospiciunt et a spe divine promissionis se avertunt, et ideo
salis statua facta est hoc exemplo admonendo homines ne si-
milia faciant tamquam condiat et erudiat cor eorum ne fatui
fiant [illegible] Augustinus [illegible] mulier ista sunt peccata respiciendo
et videndo Sodomitas non autem Abraham et videt quod Abraham
respiciebat dei sinam approbando, ista autem in peccatis eorum delectando
Ve pregnantibus et nutrientibus in illis diebus quod non de pre-
gnantibus feminis est intelligendum secundum Hylarium sed de mun-
datis oneribus peccatorum et nutrientibus ipsa peccata Et ille
dicuntur pregnantes qui fetum mali propositi conceperunt et nu-
trientes qui partum mali operis fovent et nutriunt et sic
notatur ex conceptione peccatum in corde, in nutricione peccatum in
opere Vel pregnantes sunt qui bona proposita que conceperunt
non impleverunt et nutrientes qui peccata sub spe longi-
oris vite usque ad mortem deduxerunt Vel secundum Augustinum
pregnantes sunt avari qui aliena concupiscunt et spem
habent adipiscendi, sic mulier pregnans in spe est prolem habe-
ndi Nutrientes vero sunt qui quod concupierunt possident et posses-
sa nutrire student ea detinendo et augendo, et sic a-
nime cupide temporalium pregnantes sunt in acquirendo et nu-
trientes in possidendo Et nota secundum Augustinum quod quadru-
plex est caritas scilicet incipiens que nascitur, proficiens que
nutritur, perfecta que roboratur, perfectior que mortem deside-
rat Pregnantes ergo sunt qui bonum opus conceperunt sed
non fecerunt Nutrientes qui facere ceperunt sed non perfecerunt
Istis ergo pregnantibus et nutrientibus ve quia cito scanda-
lisabantur in antichristi persecutione vel amore male inflammate

vel timore male h miliante vel modo utroque orate aut hic
subditur alia ammonitio scilicet ad orandum ut ammoneatur
fuge impedimentum duplex scilicet in hyeme et in sabbato Ora
te autem ut non fiet fuga vestra in hyeme et in sabbato glo
in altero prohibet duricia frigoris ad solitudinem fugere
et in desertis latitare In altero transgressio legis est si fu
gere volunt vel mors si remaneat Nota in sabbato
non licebat ire vltra mille passus Est ergo sensus Expedit fu
gere sed orate ut habeatis tempus aptum quia sabbatum non
erat servandum per hyeme intelligitur habundancia ini
quitatis quia ubi habundat iniquitas refrigescit caritas
super eorum tempore sabbatum torpor et ocium a bonis operibus
Tren primo hostes deriserunt sabbata eius Spiritualiter secundum
glo precipitur ut non frigescat fides et caritas in deum
nec ociosi in opere dei torpeamus Item glo hanc sententiam
lucas illustrat dicit enim Attendite ne grauentur corda
vestra in crapula et ebrietate et curis huius vite et superue
niet in nos repentina dies illa vigilate itaque omni tempore ora
tes ut digni habeamini fugere ista omnia que futura sunt
Ad hyemem pertinet cure que tristes sunt ut hyemps Cra
pula et ebrietates ad sabbatum quia in eis affluere delicijs
mos est iudeis ignaris veri sabbati Erit enim tunc tribulatio
Superius predicta est temptatio que erit in simulata bonitate in antichristo
hic subditur temptatio que erit ex violenta tirannitate persecu
tionis et 2o datur ammonitio salubris ibi Tunc si quis vobis dixerit
dicit ergo Erit enim tunc scilicet tempore antichristi specialiter glo Iero hoc proprie
erit tempore antichristi Tribulatio magna Rab qui non solum tormenta
acerrima que fidelibus inferenda sunt sed quod grauius est suggere
operatio Beatos eos qui tormenta inferunt non eos qui susti
nebunt coronantabuntur Vnde glo Tunc non coruscant fides cum
persecutor pietate sit operator virtute Qualis nunquam fuit ab ini
tio mundi vsque modo Dan 12 Erit tempus quale non fuit ex quo
gentes esse ceperunt vsque ad tempus illud quia tunc conflabit persecu
tio omnium in vnum scilicet infidelium tirannorum fictorum fratrum hec sunt
quatuor venti et quatuor bestie pugnantes in mari Dan 7 Tunc
enim veniet antichristus cum signis et prestigijs ad decipiendum
racionales cum donis et diuicijs ad flectendum concupiscibilem
cum minis et supplicijs ad terrendum irascibilem Tunc
etiam erit in pacientibus defectus virtutis quia defectus dilectio
nis quia refrigescet caritas defectus fidei quia erit opinio
num dubietas Erunt ergo erit ydoneus ad resistendum Tunc
creberrima et acerrima tormenta longe lateque inferentur
fidelibus sed in illis regionibus tunc fideles sunt vexandi ve
hementius ubi dominus est tenacius Et ut dicit hammo super
apocalypsim Illa tribulatio non per partes sed simul totum examinabit
mundum Soluentur enim tunc demones qui modo ligati sunt
ne possint nocere quantum vellet Sic autem antichristus crudelior
erit omnibus persecutoribus ita sancti tunc temporis fortiores erunt
omnibus martiribus Illam vero tribulationem dicit fieri conformitatem

huanaz abreviabit propter electos secundum moderamen sue
eterne sapientie et affectum sue misericordie ne mora temporis fides
concutiatur credencium et malicia mutet intellectum quia
non durabit nisi per tres annos cum dimidio Ut enim dicitur
in daniele durabit per tempus et tempora et dimidium temporis id est
tribus annis et dimidio in quibus regnabit antichristus contra cristum
et predicantes ipsum Et iterum in daniele dies mille ducenti
nonaginta id est tres annos et dimidium Et in apocalypsi
dicitur quod data est ei potestas facere menses quadraginta duos id est tres
annos cum dimidio cum duodecim menses pro uno anno computantur
Et dicitur in porto docti intelliget a tempore quo
posita fuerit abhominacio desolacionis dies mille ducenti
nonaginta id est tres anni et dimidium Beatus qui expectat
et pervenit usque ad dies mille trecentos triginta quinque Unde
quadraginta quinque dies addit post mortem antichristi quia secundum
quod dicit glossa et beatus ieronimus addentur ad penitenciam malorum
et refrigerium bonorum Et nisi abreviati id est breves adeo
positi fuissent dies illi quibus scilicet operabitur antichristus non fieret
salva omnis caro nisi id est homo quia nisi hoc esset caro autem
nullas pressuras sustinere et per penitenciam salvari posset quia
infirmitas humana diu tribulacionem sustinere non potest Sed propter
electos breviabuntur ne ex tribulacionis magnitudine ca-
dat a veritate Breviabuntur autem non mensura sed modo quia bre-
viati dies non breves dies sunt intelligendi sed pauca quidem
dies accipiuntur pro tempore quia tempus illius persecucionis erit breve
Unde gregorius propter electos nisi gratia dei qui dat patientiam
pius et acius dedit potentiam impius Unde cum hec tribu-
lacio erit ceteris que precessere pressurarum pondere maior
tanto erit temporis brevitate moderatior ut salvi fiant e-
lecti qui soli in horreo celesti sunt reponendi Unde dicit ra-
banus quod tunc tribulacio tunc erit in tamquam area domini ut
omnibus velud cribro examinacionis paleis sequestratis so-
lum frumentum in horreis domini remaneat colligendum
Tunc qui in iudea sunt fugiant ad montes super ubi In iste
verbis salvator docet quibus remediis et cautelis ad eva-
dendum abhominacionem peccatorum uti debeamus quando homo videt
et legit et perfecte intelligat quanta abhominacio et deso-
lacionem inducit ex peccatis ut dicitur est Si evadere velit tunc
debet sex remediis seu cautelis Primum quod sit actu in
iudea Secundum quod inde fugiat Tercium quod ascendat super tectum
Quartum quod non descendat de tecto Quintum est quod egre-
diatur in agrum Sextum quod non revertatur ad tollendum
tunicam suam Unde ad moralitatem transferendo possu-
mus dicere quod innuuntur nobis hic sex gradus quibus post de-
testacionem abhominacionis devenimus ad statum perfeccionis
Primum igitur requiritur post detestacionem peccati est quod homo sit in
iudea per puram confessionem omnium peccatorum Iudea enim confessio
interpretatur hic primum omnium post detestacionem peccati est quod homo
sit in iudea per in exitu israel de egypto et per quod abhominacio

Caro hic accipitur pro homine secundum glossam de qua dicit non permanebit spiritus meus in homine eternum quia caro est

Ca m

tenebrosa p[e]c[ca]ti intelligit[ur] Statim subdit [con]fitat[ur] est in dea
sanctificatio eius De hac [con]fessione s[an]ctificac[i]onis dicit[ur]
Aug[ustinus] in li[bro] de p[eniten]cia Confessio est salus a[n]i[m]ar[um], dissi-
patrix vicior[um], restauratrix virtutu[m], [ex]pugnatrix demonu[m],
obsuratio inferni, portas aperit paradisi Sed q[uia] no[n] sufficit
p[er] [con]fessione[m] avertere se a malo nisi studeat p[er] devocio[n]em
se ad bonu[m] [con]vertere ad quod indiget homo consilio
et auxilio maiorum. Ideo 2o docemur de iudea fugere
ad montes p[er] quos intelliguntur viri p[er]fectione sublimes
sic ap[osto]li et eoru[m] sectatores qui b[e]n[e] dicunt[ur] montes Sicut
en[im] pes montis tangit terram et cacumen elevat[ur] versus
celu[m] Sic et viri p[er]fecti licet et pede corporis ambulant
in terra t[ame]n cacumine mentis elevatur in celu[m] S[ecundu]m id ap[osto]li philip[pensibus]
no[st]ra conversatio in celis est Ad istos montes confugere
deb[e]nt quasi de iudea confitentes et penitentes ut dicere
possint cu[m] q[ui]libet [pro]ph[et]a Levavi oculos meos in montes
unde veniet auxilium michi Et b[e]n[e] a talibus est auxilium
implorandu[m] ut accedat id os[ee] x[ci]m dicet montibus cadite
super nos et collibus operite nos Isti en[im] sunt montes et col-
les qui p[re]ter alios t[em]p[or]e adversitatis operire protegere et de-
fendere suis doctrinis oracionibus et exemplis [...] ut isti
abhominac[i]o[n]em fugientes a p[re]dictis montibus fuerint recepti
p[ro]tecti et op[er]ti Tu[n]c tecto deb[e]nt ascendere sup[er] tecta Tectu[m] e[st]
superior p[ar]s domus operiens et p[re]servans a pluviis q[ue] in
domo sunt p[er] quod intelligit[ur] superior porcio s[eu] sp[irit]us mentis
que supereminet omnibus viribus a[n]i[m]e custodiens eas a plu-
viis et tormentis passionu[m] et temptacionu[m] In h[oc] tecto a[n]i[m]a
p[ri]mus a montibus protecta et subvecta ut dictu[m] est habe-
bit residenciam s[e]c[ur]am maneat ibi q[ua]si solitaria ut possit dicere
id p[ro]ph[et]e [con]fectus sum sic passer solitarius in tecto Et b[e]n[e] soli-
tarius q[uia] de omnibus rebus creatis abstractus Et h[oc] e[st] quod
subditur Non descendet aliquid tollere de domo sua q[uo]d
est [con]trariu[m] De hac solitaria abstractione dicit Bernhardus quo-
dam dicens O s[an]cta a[n]i[m]a sola esto ut soli o[mn]i[u]m domino
serves temetipsam, quia ex omnibus tibi elegisti, fuge pub-
licum, fuge domesticos, fuge p[ro]pinquos et domu[m] p[at]ris tui Notand[um]
aut[em] q[uod] huius secessio vel abstractio a rebus mundanis sit triplici
modo sic[ut] p[otes]t colligi ex dictis Bernhardi in sermone de pe-
regrino Primus modus e[st] q[uod] quis solu[m] in necessariis contentus
et tamq[ua]m advena et peregrinus se reputans victu et vesti-
tu contentus q[uia] existimet alios oneratos de quibus dicit Gre-
gorius q[uia] eis affluencia onerosa est q[uia] h[oc] ip[su]m [con]tinuo tolerant
q[uia] festinantes ad patriam in itinere multa portant Et isti lic[et]
sint solitarii in tecto inter t[ame]n necessitas dictaverit descendunt
t[ame]n non sine delectacione utunt[ur] Secundus modus est q[uod] q[ui]s
ut ere in necessariis delectet[ur] et nullo ad temporalia sit affectus s[ed] tam-
quam mundo et mundialibus mortuus, et omnia adversa equa-
liter accipit Mortuus a[utem] si quid desunt no[n] subvertit Sic
a[n]i[m]a in suis affectibus mortificata commodum et incommodum
no[n] discernit De quibus dicit Ap[osto]l[u]s Gal. 6 Michi mundus
crucifixus e[st] et ego mundo Talis e[st] in tecto p[er]fecte abstract[us]
Tercius cu[m] summa peteret est deorsu[m] ad om[n]em rem creatam

pro quacumq utilitate profite͛ s͡ʒ solu delectat p amore deo dulat
adherere. talis passer solitarius maria magdalena fuit in
tecto In mg pp[ona] et Grege in omel sup io Joh xx Maria sta-
bat. Onerosi sunt michi inquit omes consolatores et consolacioes
qui at me / q quero creatorem Et ideo onus est michi ad
videndu omnem creaturam. nolo angelos vide / nolo tu cum ma-
nere. q posset dolorem meu augere No go quero angelos
s͡ʒ ipm qui fecit me et angelos. no quero s͡ʒ meu et angelorum
dnm Verum licet in hoc tecto abstractionis et contemplacionis valde
dulce interdum ociu contemplacionis postpone et p aliorum acquisi-
tione laborare Vn sponsus in Can sponsam i etiam amorose
de quiete contemplacionis ad laborem active vite invitans ait
Surge propera amica mea et veni vbi glo et Surge co[n]-
templacionis preposicione et propera i labora in aliorum acquisitione
Vn hac amicabili mutacione allecta et de fructu spuali ac-
quirendo gavisa q sine eo nu fructu facere possit. remutat
eu ad idem opus dicens Iusti veni dilecte mi egrediamur
in agrum vite active exitum. quod p agrum intelligit. De q
ere agro in verbis premissis subiungit. Et qui in agro est
In quo notat quintu documentu proposit[um] viz q aiam de abscu[r]a
tecte fugiente et usq ad pfectionis fastigium pficientem oportet
interdu in agrum active vite descendere et p fructu salutifero
laborare Quamuis enim vita contemplatiua tucior sit et quietior et
suauior. q ut dt ambo dulcis vita e in qua nichil sit qd
timeas que sustentat ocio. ut occupat alienis molestiis Actiua
tn vita est fructuosior et magis vtilis et magis meritoria
ceteris paribus qm contemplatiua Et sm hoc fecunditas lye pferetur
pulcritudini rachel Vn dt Grege in quada epla Sunt nonulli
qui magnis muneribus ditati du solius contemplacionis studiis
inardescunt parere vtilitati proximorum predicatione refugiunt secretu
quietis diligunt. secessu speculacionis appetunt. De quo si districte
iudicet de tantis proculdubio rei sunt quanti venientes ad
publicu prodesse potuerunt Ite Grege sup Ezech Sicut e Sicut
contemplatiua vita intrare possunt ad celestem patriam qui bo
que possunt operari no negligunt Sicut ad actiua vita intrare
no possunt qui negligunt bona operari que possunt Bonum e igr
p tpe de tecto contemplacionis descendere ad agrum actionis
Cauendu e aut sollicite ne in agro active vite quis
laborans nimis se immisceat negociis secularibus. q difficile est
mundanis occupari et mundiali conuersacione no coinquinari
Etiu sicut qui tetigerit picem inquinabitur ab ea Ideo subdit
Non revertatur tollere tunicam suam qd e sextu documentu istius
processus tunica p tunicam intelligit occupacio secularis ad quam
tollendam reverti pnitiosu est Vn sponsa Can v Expoliaui
me tunica mea quomodo induar illa, q. dicer. abieci a me actu
pacionis secularem qua quondam implicabar quo redeo ad
illam certe nullo mo sine piculo Exemplu in Joseph qui ne ma
pfecti quibus tunicam pristine conuersacionis retro se relinquere
ne abhominacione reuertat O propositu competentis agrum contolie
rit ut ad domu reuertendo ut ad tunicam rectiusq contemplacionis

reascendere festinet deinde cum oportunum fuit ad agrum descensurus
Et hanc scilicet alternationem quam deus in hac vita fieri continuet
exemplo legislatoris scilicet moysi qui nunc ascendebat in montem
et ibi gloriosam faciem domini cernens libertate, nunc vero descen
debat in castra ut cum utilitate necessitatibus populi provideret ut dicit
Innocencius papa in decretalibus. Nisi cum pridem Unde et de istis ca-
bus evangelio scribitur Ge xxviii Et ibant et revertebantur. Ibant enim
ad actionem et revertebantur ad contemplationem et vicissim eorum
earum desiderabilem vicissitudinem et nos continuare studeamus
donec ad illum celestem montem perveniamus ubi secundum augustinum de-
xxii li. de civitate dei vacabimus et videbimus et amabimus
et laudabimus Et quod erit in fine sine fine. Quo nos per
ducere dignetur deus deorum qui vivit et regnat per omnia secula seculorum amen

Tunc si quis hic subditur salubris admonitio dicens scilicet
in illa pressura Si quis vobis dixerit id est imitatoribus vestris
scilicet fidelibus Ecce hic id est in hac patria vel natione vel secta est
christus, aut illic id est in alia Unde Rab. hoc dicit quod donatiste dicunt eum
esse tantum in affrica, iudei in iudea Unde mth Ecce hic est christus
vel fides christiana aut etiam katholica, aut illic id est apud donati
stas, aut apud arrianos aut huiusmodi Nolite credere secunda ad
thessalonicenses secundo obsecro vos ne cito moveamini a vestro sensu. glosa. habet
namque heresis mundi partes Unde dicitur Ecce hic ecce illic vel
in oculte et in obscuris quesitis curiositates hominum decipiunt
Unde dicitur Ecce in cubilibus et ecce in deserto Nolite credere et no
lite vos perdere intellectum eorum doctrine credendo, neque sectemini pe
de affectum eorum vitam imitando: quia multi discipuli antichristi venient
ad seducendum populum dicentes quod ipse sit verus christus in lege et prophe
tis promissus Surgent enim pseudochristi. hic tercio subditur temptatio
seductionis erroris Ubi primo ponitur seductionis temptatorum, secundo cum hic
subdit salubrem admonitionem ibi Si ergo dixerint vobis In prima
ponitur temptatorum falsitatem quia pseudo secundo temptandi formam ibi Et
dabunt signa, tercio temptationis finem ibi Ita ut in errorem inducantur
Dicit ergo Surgent enim pseudochristi, id est falsi christi Et est hic christus plus nomi
ni tamen qui se christos esse mentiuntur secundum venerabilem antichristi id est falsi
christianum pretendentes doctrinam christi vel mentientes de christo Et pseu
doprophete Dicitur autem pseudo grece, latine falsus vel deceptor.
et est generis omnis et indeclinabile Et sic sunt pseudoprophete pre
tendentes doctrinam legis et prophetarum vel usurpantes sibi divinas
revelationes scilicet antichristi et discipuli eius qui sunt membra ipsius
Et dabunt signa aliquid magnum significantia, et prodigia
hominibus admiranda que digito porrigunt, et propter admirationem
demonstrantur vel signa que aliquid significent de presentibus
et prodigia que aliquid porrigunt et manifestant de futuris quia per vir-
tutem demonum multa miracula fieri possunt que deus permittit,
vel signa id est opera mirabilia ad movendum intellectum Et prodi
gia id est opera mirabilia ad movendum affectum secunda ad thessalonicenses secundo cuius
adventus erit secundum operationem sathane in signis et prodigiis Unde
Gregorius super moral: Tunc antichristus coram carnalium oculis miranda
prodigia fecerit sic cum honore extollet, quia qui bonis presentibus
delectetur, potestate illius absque retractione subicientur Unde sequitur Ita ut
in errorem inducantur si fieri potest etiam electi id est si aliquo fieri potest ut ei
possit immutaretur Unde secundum beatum Gregorium Non nos terrorem in electis
sed solum trepidationem quia non seducentur et ideo perire non possunt, quia deus
eos ad vitam preordinavit Ille vero dicit Etiam electos terret et tre
pida cogitatio concutit et tamen eorum constantia non movetur Una sententia

dus utrumque completus est. Tunc enim errare et in cogitatione titubat
et ideo hic exponendum est si proinde ut sit sensus si fieri potest, i. fieri
non potest. unde Greg. super Ezech. omne quod dicitur, quod electi veritate possunt
sed cadere finaliter nequaquam possunt. Per signorum omnibus et prodigiis de non
veris electis exponitur, unde quod dicitur si fieri potest non hic ait quod divina elec-
tio frustretur, sed forsitan multi cadere qui humano iudicio videntur
electi. Hec temporibus antichristi competunt et congruunt. Tunc enim non
vacillat et titubat fides quia non solum tormenta crebriora et acer-
biora quam prius consueverat inferet fidelibus, sed quod gravius est, signorum
quoque patrato eos quam tormenta ingerunt non eos qui sustinebunt coronam
subibunt et presentes virtute erit et operator virtute idem quod ipse qui
tormenta seviunt ut Christum negent, provocat miraculis ut antichristo credatur.
Nec mirum si ista tunc mali operentur quia a deo permittuntur. Solvetur
enim tunc ut ait Augustinus sathanas et per antichristum in omni virtute
sua mirabiliter operabitur sed mendaciter operabitur. Unde Greg. pen-
semus que erit humane mentis illa temptatio quando pius martir
et corpus tormentis subiicit et tamen ante oculos eius miracula tor-
tor facit. Et Cris. pensemus que erit humane mentis illa temptatio.
Sic enim in adventu Christi ante illum prophete et cum illo apostoli in spiritu
sancto faciebant virtutes. Sic et in adventu antichristi pseudo prophe-
ti et ante illum et cum illo in spiritu maligno facient virtutes. Et
subiungit: Vos ergo videte. Ecce predixi vobis omnia ut presciti
vigiletis quod momenti est. Cris. dicit: Ad hec ista predico nunc
ut caveatis prius et pullata segnitia providete quod premonita estis.
Et ut minus noceat vobis iacula que providistis. Unde Cris. propterea
dicit: Ecce predixi vobis ut excusationem ignorantie tollat ab omnibus
et prudens contestatio providere faciat penam. Segnitiem omnia enim est
mandat pervenire peccatum. Non vult enim quemquam perire quam omnibus
monstrat postionis adventum. Hec Cris. Non est igitur credendum alicui
nec de persona ut ipse sit Christus, nec de tempore futuri iudicii, neque
fides adhibenda signis quam coruscabat et certum tempus declarant quo
deus venturus sit quod hoc a nemine potest sciri nec observari. Unde interro-
gatus dominus de adventu regni dei, respondit: non veniet regnum dei
et dies iudicii cum observatione scilicet temporis neque ab angelis neque ab
hominibus potest observari quando veniet. Per adventum regni dei intelligitur
adventus ad iudicium, quod veniet tamquam rex ad iudicandum, et quod
tunc manifestabitur dei regnum et cessabit omne aliud regnum. Et
addit: Ecce enim regnum dei inter vos est, quod donum gratie et intra
regnum gratie intra vos est quando omnes vires et motus in nobis divi-
ne gubernationi obediunt, servus qui rebellat. Ac si dicat: non curre-
tis scire quando veniet regnum dei et obmittite questionem de regno
glorie quod eius adventus sciri non potest, sed querite regnum gratie quod intra
vos esse potest et patet vos intra vos per fidem cum dilectione operan-
te, quod intra vos est regnum dei. Nam in vobis cum gratia dei est
ut regnum dei capiamus nisi nos obice ponamus. Ubi nota quod
triplex est regnum dei. Primum est ecclesia nostra militans in qua nos sub regno
militante ecclesie. Secundum intra nos scilicet regnum gratie quo scilicet deus re-
gnat in anima. Tertium est regnum glorie quo deus regnat in sanctis
in gloria. Nec regnum dei dicit semper in cordibus fidelium regnantem.
Unde Beda dicit: Regnum dei intra fideles positum, quem enim quisque
venturum est iudex omnium nunc etiam regnat in cordibus fidelium. Unde
et Anselmus: Cum vere iustus est deus in se manentes habet.
Templum enim dei sanctum est quod estis vos ut ait apostolus. Summa

igitur diligencia considerandum est cum quanta cautione et reuerencia
sensus nostros et membra corporis nostri mouere debemus quibus di
uinitas ipsa presidet Deinque igitur ut dignum est tanto inha-
bitatori omne imperium cordis nostri ut nichil ei repugnet in nobis
sed omnes cogitaciones et voluntatum motus, omnia verba et vni
uersa opera nostra illius nutum attendant, eius voluntati deser-
uiant ad celsitudinis eius gloriam dirigantur Sic enim vere regnum
eius erimus et ipse in nobis manebit et nos in illo mane-
tes bene viuemus, Vos estis autem ait apostolus corpus christi et membra
de membris Serua igitur corpus ea dignitate qua decet, Oculi
tui oculi christi sunt Non licet igitur tibi oculos christi ad aliquas
vanitates conspiciendas dirigere, Os tuum os christi Non ergo
licet os christi non dico ad detractiones non dico ad mendacia
sed neque ad ociosos sermones aperire quod ad solas lau
des dei et ad edificacionem proximi debes paratum habere Sic de
ceteris christi membris tue custodie commissis intellige hanc regulam
Deinde subiungit Si ergo dixerint vobis ecce in deserto est
nolite exire sed tamquam homo religiosus in loco deserto commorans qui sub
spe sanctitatis vos decipere volentes nolite exire a vestro loco
et proposito ad videndum eum vel ad sequendum per operis imita
cionem Et si dixerint Ecce in penetrabilibus et in locis occulte
est sub specie cognicionis diuinorum archanorum malicias
eius palliantes et vos decipere volentes nolite credere
Vel secundum Jeronimum Si quis promiserit vobis quod in deserto gentilium
et philosophorum dogmate moretur, aut in hereticorum penetrabilibus
et occulte seu obscure conuenticulis qui dei pollicentur archa
na, nolite credere, non enim deus in secundo aduentu in deserto
vagabitur nec in penetrabilibus aut in aliquo angulo terre vel
in aliquo loco seu in aliquibus obscuris latitabit, sed de ce-
lo veniens omnibus manifeste vbique apparebit, quia licet ad
uentus christi in carnem fuit occultus tamen aduentus ad iudicium
erit ita manifestus quod non poterit aliquem latere tanquam dicatur
In primo enim aduentu venit in humilitate et a paucis cogni
tus et a multis despectus et reprobatus, sed in secundo aduentu ve
niet manifestus et gloriosus in potestate orbem iudicaturus Nam ut
ait Augustinus occultum oportebat eum venire ut iudicaretur ma-
nifestus autem veniet ut iudicet Ecce dixi Nolite eis credere
quia dies aduentus mei ita clara erit quod nullus de ea dubita
re poterit Ad quod similitudinem fulguris introducit Sicut enim ful
gur et splendor solis exit ab oriente et subito apparet v-
bique in occidente oculis sed omnium manifestus et non in vna parte
videtur et fulget sed in omnibus nec ciuitate vel personis indi
get. in instanti enim momento temporis secundum orbem terre vniuersum ap
paret, ita aduentus filii hominis ad iudicium generale erit subitus
et choruscus ac manifestus omnibus, et ita patens et clarus
quod nullus dubitare poterat, et non hic vel illic sed similiter vbique
per effusionem et splendorem glorie apparebit Stultum est
ergo eum credere esse vel querere in paruo loco et in abscondito
qui totius mundi lumen est Sic enim dicit christus sic fulgur cho-
ruscans per vniuersum mundum luminis sui globos spargit,

Et ideo nec in deserto vagatur nec aliquibus locis clauditur
qr celum et terram ego compleo dicit dns. Sz sicut fulgur
fulget ut in illa nocte resurrectionis gloriam videre possimus
Et ut dicit Crisostomus Sicut fulgur secundum claritatem fulgoris sui non
digne aspicitur sic et tunc veniet xpc secundum maiestatem glorie eius non
poterunt enim sufficienter aspicere. Secundum quod fulgur hic expe-
ctatur siles iudicia, qr nulli parcet Sap vi zelus et furor viri
non parcet in die vindicte. Tercia scindit tunc separabit agnos
ab edis mt xxv. Quarta incendit, tunc ignis ante ipsum precedet
Quinta cum illustratione veniet pc ad Cor v° veniet dns qui
illuminabit abscondita tenebrarum. Cum sonitu descendit Job
xxvi Quis poterit tonitruum magnitudinis eius intueri.
Ubicumque fuerit corpus. Hic ostendit adventum illorum qui cum
xpo sunt regnaturi, qui rapientur in nubibus obviam xpo in
aera pc ad thess iiii° Et sic iam instruxit discipulos de modo
apparicionis sue qr sicut fulgur manifeste veniet sic nunc
consequenter instruit eos de loco in quo futurus est cum subiun-
git Ubicumque fuit corpus. Ad cuius dicti evidenciam est sciendum
quod sicut dicit Luc xvii quod cum dns tractaret de eadem materia, inter
alia dicit sic Ut fulgur choruscans sub celo in ea que sub
celo sunt fulget ita erit filius hominis in die sua. Tunc inter-
rogantibus discipulis ubi domine dixit eis id verbum Ubi fuerit
corpus ibi congregabuntur et aquile. Sic enim primus instrue-
rat eos de modo apparicionis sue, qr manifeste veniet sicut
fulgur. Sic nunc in illo verbo instruit eos de loco in quo fu-
turus est dicit ergo Ubicumque fuit corpus id est xpus in humanitate
iudicabit in ffirma glosa. Illic congregabuntur id est sancti occur-
rentes xpo obviam venientes ad iudicium I thess iiii° Quasi
diceret Querite de loco ubi futurum sit iudicium. Unde eo
locus manifestus erit et publicus Quia ibi congregabuntur
et aquile per quas sancti intelliguntur, sed quibus iuventus reno-
vata ut aquile, et qui assument pennas volabunt nec
deficient. Locus autem iste congregacionis sanctorum xpo occurren-
cium erit ubi xpc erit corporaliter scilicet in valle Iosaphat secundum
sanctos: qui est locus publicus et famosissimus propter opera
nostre redempcionis que ibi gesta sunt vel in aere super locum
ubi xpc appenderit Quia ergo adventus xpi erit ita pub-
licus et manifestus quantum ad modum et quantum ad locum, ideo
ipse non indiget premissis et nunciis talibus qui nobis an-
nuncient dicentibus Ecce hic vel illic est xpc ergo talibus nolite
credere. Vel per corpus secundum glo et Iero. potest significari passio
xpi. Unde Ieronimus possumus autem corpus id est ioacon quod significantius
latine dicitur cadaver ab eo quod per mortem cadit passionem xpi
intelligere. Aquile ergo id est electi quorum congregatur ad corpus passi-
onem devote recolendo similiter imitando, et hii per passionem ut
aquile renovabuntur. Ubicumque ergo fuit corpus id est xpc in [illegible]
gnali, qui hic nominatur corpus propter tria ad denotandum
carnis veritatem, qr verbum caro factum est, ad insinuandum
passionis humilitatem, Ysa l° Corpus meum dedi percucienti-
bus, ad signandum similitudinem speciem in qua apparebit qr in

Margin notes: fulgur (right margin, beside line 7); sc (left margin, beside line 21)

ea carne qua passus est. Apoc. 1° Videbit eum omnis oculus et qui eum
pupugerunt. Congregabuntur aquile. propter multas proprietates, tum
propter corporis renovationem que renovabitur ut aquile iuventus tua, tum
propter visionis claritatem, quia irreverberatis oculis videbunt solem iusti-
cie sicut est ad literam, quia tunc videbimus facie ad faciem. Tum propter
elevationem sublimitatem Job 39 Numquid ad preceptum tuum elevabitur
aquila. Congregabuntur quasi tamquam in uno cum capite. Osee 2° Con-
gregabuntur filii iuda et filii israel pariter et ponent sibi caput unum.
ps. principes populorum congregati sunt cum deo Abraham. Jero
et glo. De naturali exemplo ipso instruimur sacro. Aquile et vul-
tures sicut cuiusmodi sentiunt cadavera ibi quia congregantur.
Nonne ergo nos carnales congregabimur ad eum qui ut fulgur
exiit qui est in cibus et refectio vel sicut aquile assilant, quia
sicut filios aquilarum ad solem probant ut si quidem recto aspectu in-
tendere poterint contra radios solis intelligunt esse legitimum
si autem non poterint intelligunt adulterinum. Sic et filii dei ad
[maiestatem] ipsum iusticia probantur. Si enim poterint maiestatem eius et verba
suscipere intelliguntur legittimi. Si autem non poterint cognoscuntur
de diabolo esse nati. Exponitur etiam hic de sacro altaris et an-
gelis. Sic ubicumque fuerit corpus scilicet christi sub sacro, ibi congrega-
buntur et aquile id est angeli ad venerationem corporis ad repulsi-
onem hostis, ad protectionem orantis ad delationem orationis in celum.
Exponitur etiam de peccatore qui significatur per corpus mortuum, et
predicatoribus qui per aquilas, hii debent congregari ad eripien-
dum corpus de manu diaboli, ad vivificandum de sempiterna
morte, ad sanandum de vulneribus peccatorum
Et quia dictum est de corporali persecucione tempore antichristi in fine
mundi et de cautelis earum. Nunc restat videre de remediis
et cautelis contra spirituales temptationes novissimi temporis et de ex-
ercitio mentis in deum. Et quia ut dictum est ante adventum do-
mini venient multi pseudo christi et pseudo prophete id est prelati falsi et
seducent multos qui ante videbantur etiam perfecti. Ideo consequenter
hic ponuntur aliqua remedia contra quasdam temptationes spiri-
tuales, que isto tempore habundant ad probandum et purgandum
electos que in cordibus quorundam seminantur a diabolo et spa-
rsim per locum antichristo. Dupliciter autem veniunt predicte temptationes.
Primo per suggestionem et illusionem diaboli qui decipit homines
in regimine quod debet habere erga deum et in hoc quod est dei. Secundo
per corruptam doctrinam et modum vivendi aliorum qui venerunt
tam temptationes huiusmodi. Propter quod ostendendum est primo quod regi-
men debet habere aliquis apud deum et ad illud quod dei est, et
post quomodo debes regi erga alios contra eorum doctrinam et modum
vivendi aliorum. Primum remedium contra temptationes spirituales id est
istius temporis quas procurat diabolus in cordibus illorum qui volunt
se dare deo per orationem et contemplationem vel per alia opera perfectionis
est illud ut non desideres visiones aut revelationes vel sentimenta
que sunt supra naturam et supra cursum communem illorum qui deum diligunt et
timent per verissimum amorem, quia istud desiderium non potest esse sine
radice et fundamento superbie et presumptionis vel sine intentione
aliqua vane curiositatis circa secreta dei vel sine fragilitate
et defectu fidei, propter que iusticia dei dimittitur eciam quod licet de-

siderium huiusmodi et venit quandoque taliter in temptacionem et illusionem
dyaboli. Per hunc modum seminat dyabolus maiorem partem temptacionum
spiritualium istius temporis et radicat in cordibus illorum quorum sunt multum
cupidi prout videre poteris in subsequentibus. Unde debes scire
quod vere revelaciones et sentimenta spiritualia secretorum dei
non veniunt per appetitum desiderium neque per aliquod conamen seu
studium quod anima habeat in se, sed tamen veniunt per puram bonitatem
dei in animam que est in magna humilitate et magno
timore et reverencia dei. Item scias quod exercitare se in magna
humilitate et magno timore ac reverencia dei propter
hoc ut homo habeat visiones ac revelaciones et sentimenta
supradicta est habere in se radicem et fundamentum ac finalem
intencionem quia secundum appetitum desiderium et ex hoc in eodem dere
lictu venit homo in quo est per desiderium supradictum. Secundum remedium
est quod in tua oracione vel contemplacione non sustineas quod
anima tua aliquam consolacionem magnam vel parvam. Et quo tibi
videtur quod fundat se in presumpcione et estimacione superbie
tui ipsius. Et postmodum ducat te in ambicionem tui propter honorem
vel gloriam sive istius vite sive alterius. Enim anima que se sentit
in tali consolacione venit in plures errores et mala
et deus per suum iustum iudicium permittit dyabolo posse augmentandi
et accelerandi predictam consolacionem et imprimit tunc
illa in animam falsissima et periculosissima sentimenta et
alias illusiones, quas anima imbuta dicta consolacione
credit et reputat esse veras relaciones. O quot persone per
istum modum sunt decepte. Et propter hoc caveas quod in tua oracione
vel contemplacione non sustineas aliquam consolacionem nisi illam
que venit per perfectam noticiam et completum sentimentum tue
inhabilitate et imperfeccionis, et que facit per fervorem dictam
noticiam et sentimentum tum inde ac magnitudinem ac altitudinem
dei per altam reverenciam et cum magno desiderio honoris
et glorie dei. Sic quod audicta consolacio fundetur et totaliter
sit in hiis predictis vel similibus aut equalibus. Et idem quod dictum
est de divina consolacione, intellige etiam de fervore et ardore
perfeccionis que possunt esse in eisdem modis. Tercium remedium
est quod omne sentimentum quantumcumque altum et omnis visio
quantumcumque secreta tibi appareat quecumque etiam sit si ducit
te tuum in opinionem contra aliquem articulum fidei vel contra bonos
mores et maxime contra humilitatem vel contra honestatem fugias
eam et horrestas, quod sine dubio ex parte dyaboli veniunt.
Et si appareat tibi aliqua visio quod de qua sis certus quod veniat
ex parte dei et quod id quod indicat visio est placitum deo
noli te famare in dicta visione. Quartum remedium est quod
propter altam vitam vel propter magnam devocionem aut propter preclarum
intellectum seu propter aliquam aliam sufficienciam quam vides in
aliquibus personis non sequaris eorum consilia vel modos ex quo
cognoscis clare et racionabiliter quod eorum consilia non sunt secundum deum
et veram discrecionem per vitam ihesu christi et sanctorum monstratam
et per sanctam scripturam in dictis sanctorum notificatam. Nec propter
hoc timeas quod spernendo talia consilia dictarum personarum [illegible] [illegible]

per superbiam et presumptionem solum quod facias propter zelum et caritatis
amorem. Quintum remedium est quod fugias et vites familiaritatem
et societatem illarum personarum que dictas temptationes seminant
et diffundunt et eas personas que easdem sustinent et laudant
et noli eorum verba vel allocutiones audire neque eorum modos
velis videre quia tibi demittibunt magnum signum perfectionis
in pluribus verbis et modis per que si vis accipe et eos tamquam
dinales sequi venies in pericula et precipitia eorum errorum et
inhonestorum morum eorundem. Post hec vide remedia que
debes attendere circa aliquas personas que per suam vitam
et doctrinam seminant dictas temptationes. Primum remedium est
quod non habeas magnam estimationem visionum aut sentimentorum
vel raptuum eorum. Immo si ducunt te in aliquid quod sit contra fidem
vel contra scripturas sacratas aut contra bonos mores vel contra vi-
tas sanctorum seu verba eorum sane accepta abhorreas eorum
visiones et sentimenta tamquam stultas dementias et eorum
raptus sicut rabiamenta. Tamen si ducunt in hoc quod est secundum fidem
et secundum scripturam et secundum sanctos et bonos mores noli spernere
quia forsitan sperneres hoc quod est dei. Non tamen totaliter confi-
das quia sepe et maxime in temptationibus induitur seu abscon-
dita est falsitas sub specie bonitatis ut dyabolus possit melius
et sepe mortales errores diffundere. Et ideo vide plus
placere deo quod visiones et sentimenta et raptus que secundum
ut dictum est habent similitudinem veritatis et bonitatis dimit-
tas vel pro tanto quantum valet nisi contingat aliquibus personis
ratione sanctitatis et humilitatis eorum probate certissime et ma-
nifeste de quibus esset certum et manifestum quod non posset
decipi per illusiones vel ingenium dyaboli. Et tunc quamvis sit prudens
visionibus et sentimentis talium personarum consentire cum securius
est non totaliter per certam veritatem eis credere si solum quod con-
cordant cum fide katholica et sacra scriptura ac bonis moribus
et verbis et vita sanctorum et cum ratione fundata super dicta.
Secundum remedium est quod nullam expositionem scripture et verborum
sanctorum velis accipere nisi concordet vite ihesu christi et sanctorum
quod tu intellige quantum ad illos nobis propositos ad imitandum
non quantum ad mirandum privilegia et singularitates eorum. Et istud
dico contra aliquos fictos seu discipulos antichristi qui palliant
et defendunt suos errores et periculosos modos vivendi expone-
do sacram scripturam secundum propriam eorum affectionem ducentes in exemplum
aliquos excessus et singularitates quas aliqui sancti fecerunt.
Tertium remedium est quod si per revelationem vel sentimentum vel per
aliud modum cor tuum moveatur ad faciendum aliquod opus
et maxime opus quod sive vel notabile et non tibi consuetum de
quo non habes certitudinem an deo placeat, immo et rationabiliter
dubitas, contrahas moram ad faciendum dictum opus usque quo
inspexeris omnes circumstantias et maxime finales et cognoscas
quod deo placeat non tamen quod tu iudicas per tuam opinionem sed si potes
per testimonium certum scripture vel per exemplum sanctorum patrum imi-
tabile. Et bene dictum est imitabile quia secundum Gregorium aliqui sancti
fecerunt aliqua opera in quibus non debemus eos imitari quamvis
essent in eis bona sed debemus ea habere in reverentia. Et si per tempus

Non potes venire in notitia an deo placeat vel no. petas co
silium a personis probatis in vita et doctrina et consilio tocius veritate
Tertium remedium est quod si tu es immunis a predictis temptacionibus
sic quod nunquam habueris vel consuetudinem eas habueras libertatem suis
dirige cor et intellectum tuum ad deum recognoscendo humiliter
graciam tibi factam Et quam tibi super multociens facit quod pro puta
graciam et bonitatem dei hec velis ascribe tue virtuti et sapi
encie seu merito tuo aut moribus tuis neque quod factum fuerit
a casu seu a fortuna, quia ut dicunt sancti hoc est principalius
per quod deus bonum sue gracie aufert et sublatis hominem
permittit eum subito temptacionibus et illusionibus diabolicis Quartum
remedium est quod te seu corde tuo existente in temptacione spirituali
per qua es in dubio non incipias tua propria voluntate aliquid
notabile tibi inconsuetum aut si tuum cor et tuam voluntatem
refrenando expectes humiliter cum timore et reverencia dei
usque quo deus tuum cor clarificet Quia si existendo in di
cto dubio incipies ex tua propria voluntate aliquid notabile et
inconsuetum non posses venire ad finem bonum Sextum reme
dium est quod propter temptaciones audictas si ab habeas non dimit
tas aliquid bonum quod tu incepisti dum in temptacionibus illis
non eras. et maxime non debes dimittere orare aut confite
ri vel opera facere humilitate licet consolacionem non invenies in
ipsis Unde scriptum est mane scilicet prosperitate et gracie semina scilicet
opus bonum et vespere scilicet adversitate et temptacione ne ces
set manus tua scilicet a seminando Septimum remedium est quod
omnes ymaginaciones et errores que te venire faciunt contra
si in dubium aliquam veritatem expelle a corde tuo et a me
moria tua cum summo studio et conamine tum cor et intel
lectum convertendo in puritate et veritate tradicionum nostre fidei et
in vita sanctorum et in veritate sacre scripture. de quibus si humi
liter et discrete ad easdem conversus fueris potius lumen
ettihere ad certe cognoscendum hoc in quo prius dubitaveras
Et istum modum debet homo tenere in temptacionibus spiritualibus que
non sunt de principalibus fidei nostre articulis sed de aliquibus veri
tatibus ipsi fidei proximis Octavum remedium est quod te existente in an
dictis temptacionibus habeas firmam et certam spem quod de istis temp
tacionibus te deus ad aliquid bonum te adducet et cor tuum cla
rificet, et credas firmiter quod deus te permittit venire in predictas
temptaciones propter exercicium tue virtutis et ut te humilies Attamen
ita se habeat spes supradicta quod negligencia non includatur
in ea sic quod tuum posse facias de expellendo a te temptaciones
predictas et similiter sic se habeat credulitas predicta quod superbia non
includatur sed quod dubites quod ille temptaciones veniant per tuam
culpam Nonum remedium est quod si habeas audictas temptaciones
multum absconsas et secretas non eas teneas ymmo eas reve
les tuo sapienti et discreto confessori et aliquibus singula
ribus personis si non multis de quibus comprehendere possis quod racione
experiencie temptacionum quas habuerunt vel racione humilis sa
piencie et sanctitate poterit tibi dare consilium et auxilium et con
solacionem Istud remedium commendant multi sancti, quia narratur
in vitis patrum quod quidam monachus qui per magna vita erat alti

et quia contempnebat consilium et auxilium sitare patrum sup tep
tacoibz eorz veniebat ad finez malum Et contigit aliquibz
q deo volente pcedebat teptatoes ppt eorz simplicitate et hu
militatez quam habebat in petendo gsilium et auxilium supte
ptacoibz suis Decim remedium est q si audictas teptatoes
heas leua cor et intellectum tuum ad deum querendo humilit hc
qd dei fuerit honorabilius et tue aie salubrius sup tua tep
tacone subiciendo tuam voluntatez volutati diuine sicut sibi
placeat q psenerez in teptacone simili et tibi placeat so
lum ut deum non offendas Vndecim remedium e q nisi per
aliam viaz possis euade pditas teptatoes debes eas oblivi
sci et p quadam negligenciam fuge et dimitte considerans
q no sunt teptatoes p dnaliu paritate si passiones et fragi
litates seu debilitates que sut qnes statui hui9 vite et
q sup et in sequentibz mltis modis hortat dns ut vigilem9
et ad incertum eius aduentum nos ppazem9 ideo ut gtinue ad
opa virtutum astendas ul saltim astende vehementer desideres
ponunt hic gsequent aliqne rones p quas poteris sentire pi
gricies et inutilitatez boni quod incepisti et cor tuum excitare
et moue ad maiores pfectos omnimode virtute cum no gcepisti
Prima racio e q si aspicias quo mo deus dignus e amari
et honorari scdm suam bonitatez et sapiam et alias suas
nobiles pfectoes que sunt in eo sine num et sine termino vide
bis q hoc q credidisti face multum et magnum ad honorem
dei et scdm suam voluntatez e minimum et qsi nichil in respectu
qd deberet esse scdm qd deus e dignus Ista ro pro ponit
ideo q pricipalit debem9 attende in omnibz opibz nris ho
nore et reuerenciam ac amorez dei q in se dignius e amari
et honorari p omnez creaturaz Scda ro e q si attendas
defectus et inopia qt egestates et penurias qt dolores et
passiones sustinuit filius dei amore tui ut ames de
um et honores cognosces q parum e qd fecisti ad deum ama
dum et honorandum scdm hoc quod face debebas Ista racio z
alcior et pfecior cum aliqua sequencia et ideo ponit scdo Ter
cia solum est racio q si cogitas inocenciaz et pfectoem cum de
bes hre scdm dei mandatum p qd teneris esse et absqz omni
pcco et sine omni culpa et in plenitudine totius virtutis sic
e q debes amare deum ex toto corde tuo et ex omni mente
tua et ex totis virib9 tuis videbis manifeste infinitatez et
distanciam in qua es a pdicta innocencia et pfectone Quarta
ro est q si cogitas multitudinez et largitatez dei beneficiorum
et graciaz corpalium et spiualium communium tibi et aliis ul que
singlarit tibi sut date senties q hoc qd fac ppt deum e nil
ad recompensand dei beneficia et gras dei benefitore et magne
si dei liberalitatez attendas et bonitatez Quinta ro e q si co
gitas altitudinez et nobilitatez remuneracionis et glie p
misse et pate illis cum faciunt opa virtutum ad honorez dei que
gla tanto maior dabit quanto opa erunt virtuosiora z maiora
cognosces p tanto tuum meritum nichil esse in comparacione ta
te glie et desiderabis face opa virtuosiora quam dum feceras
Sexta ro e q si attendas pulcritudinez et graciositatez cum
hnt virtutes in se et nobilitatez quam aia recipit p ipas
virtutes si attendas eciam vilitatez et turpitudinez quam d se
hnt vicia z pcca et inutilitatez quam aia recipit per ea
cenabere si sapiens es ad amplius acquirend virtutes et

amplius fuge vicia et peccata quantum vncquam conatus fueris. Sep-
tima racio est quia si attendis altitudinem et perfectionem vite sanctorum
priorum vel eorum multas et perfectas virtutes cognosces imperfectionem
et paruitatem vite tue et operum tuorum. Octaua racio est quia si cogi-
tas magnitudinem et multitudinem offensarum quas fecisti contra
deum cognosces quod omnia opera que facis quantumcunque bona mi-
nus sunt ad satisfaciendum pro tua iniustitie offensis dei. Nona racio
est quod si perpenderis diuersitatem et periculum temptacionum demonis mundi
et carnalium, conaberis ad ascendendum maiorem sanctitatem et alti-
tudinem in omni virtute quantum vncquam poteris ut possis esse in ma-
iori securitate contra dictas temptaciones. Decima racio est quod si
cogitas districtum iudicium dei finale et eciam quo apparatu
bonorum operum et eciam qua sanctificacione satisfaccione de offensis
dei debes venire ad dictum iudicium videbis quod parum est quod feci-
sti pro bona opera vel pro penitenciam secundum quod facere debuisses. Vnde-
cima racio est quia si cogites breuitatem vite tue et incertitudinem tue
mortis dubie, forsan non habebis spacium faciendi opera meri-
toria vel penitenciam, cognosces quod cum maiori corde et studio
deberes facere bona opera et penitenciam quam nunc facis. Duodecima
racio est quia si aduertas qualiter si incipias ad vitam bonam
in quouis gradu sine conamine et desiderio ascendendi ad
maiorem et altiorem vitam non potest esse sine fundamento pre-
sumpcionis et superbie. Hinc quod incepisti non potest esse sine multa
presumpcione magne tepiditatis et negligencie et ex quibus hec duo
mala includuntur non potest esse sine magno periculo veniendi
in multa vicia spiritualia, non dubium quod si velis dictorum malorum
esse liber et immunis quantumcunque altam vitam inceperis tu co-
naberis ad ascendendum in altiorem vitam et perfectiorem. Tercia-
decima racio est quia si cogitas abyssalia iudicia dei sciat sup-
aliquos qui diu perseuerant in magna sanctitate et perfectione
sic quod deus eos deserebat propter aliqua occulta vicia que non
credebant habere. Non dubium quod quantumcunque altam vitam inceperis omni
die eleuabis tuos affectus et intellectus, deserendo omne vi-
cium plus quam feceras antea, appropinquando ad perfectam et inte-
gram sanctitatem, timendo ne forte sit aliquod latens vicium omnibus
tuum propter quod sis dignus deseri a deo. Quartadecima racio est quia
si cogitas penas infernales dampnatorum paratas cunctis peccatoribus,
credo quod leuius tibi erit omnem penam et omnem humilitatem paupertatis
tatem vituperium et omnem laborem que in ista vita propter deum
posses sustinere ut euadas penas predictas, et conaberis
continue ad perfectiorem et altiorem vitam, timendo periculum veni-
endi ad penas illas. Predicte quindecim raciones plus abbreui-
ate sunt quam explicate ut adiscas in pauco magna co-
gitare sic quod qualibet racio sit tibi materia consideracionis spaciose. Sci-
as quod si velis proficere circa dictas raciones debes eas formare
non solum per intellectum, immo necesse est quod per affectum moueas tuam
voluntatem ad hoc quod dictat racio. Et nota quod gradus cuiuslibet voluntatis
debet esse in duobus: primo consentiendo propter imperfectionis et infide-
litate, deinde in desiderio et conamine veniendi ad altio-
rem vitam et maiorem perfectionem, sic quod non sit contentus propter e-
iusdem imperfectionis et multiplicacionis sine desiderio et conatu ma-
ioris perfectionis et vite altioris. Sic maior perfectio et altior
vita sine sentimento propter imperfectionem sine fragilitate multiplicacionis

Dubia

Hic ponuntur sex dubitaciones Prima utrum adventus ihu xpi possit dici
abhominacio desolacionis utrum per m cc xc dierum qui ponuntur in danyele
possit sciri certitudinaliter adventus antichristi 2a utrum per m cc lx dierum qui
ponuntur in apocalipsi certitudinaliter adventus xpi possit cognosci Tercia
utrum antichristus per Gog et Magog debeat ecclesiam expugnare (Gog)
Quarta utrum in subversione eius maior tribulacio et persecucio
fuerit quam in tempore antichristi esse debeat Sexta utrum angeli mali
spiritus habeant virtutem faciendi vera miracula Ad primam
est dicendum quod adventus antichristi potest dici abhominacio quantum ad eius
generacionem quantum ad eius predicacionem quantum ad eius signorum o-
peracionem et ad iudeorum subversionem Primo quantum ad eius genera-
cionem quia generabitur ex fornicacione in Babilonia egypti ex
tribu dan. sic videtur dicere quedam glosa super apocalipsim Ita quod ab
hominabili operacione diaboli generabitur non quod ex diabolo et
humanitate fiat una persona sicut dei filius ex operacione spiritus
sancti una persona sunt in duabus naturis sed generabitur ex fornica-
toribus per diaboli instigacionem ut dicit damascenus in quarto libro Secundo quan-
tum ad predicacionem quia predicabit in templo dei a iudeis tunc sibi
edificato et honorem dei debitum sibi faciet exhiberi Et ad con-
firmacionem sui erroris utetur sapiencia verborum simulacione virtutum
testimonio scripturarum resurreccione mortuorum et promissione
diviciarum Tercio quantum ad signorum operacionem quia venturus est ut
dicit apostolus in signis et prodigiis mendacibus aut quia sensus hominis
per fantasmata decipiet ut quod non erit faciet videri esse vel quia
faciet talia signa intencione fallendi et decipiendi ut dicit
augustinus Quartum quantum ad iudeorum subversionem Scribitur enim thessalonicensibus
non est ipse veniet in omni seduccione iniquitatis hiis qui pereunt
et caritatem dei non acceperunt ut salvi fierent Ideo mittet eis
deus spiritum erroris ut credant mendacio quia non crediderunt veritati sed con-
senserunt iniquitati Iusto namque dei iudicio et occulto fiet ut
iudei qui xpm venientem in nomine patris cum veritate et iu-
sticia non receperunt antichristum recipient venientem in nomine suo in
falsitate et iniquitate ad decepcionem eorum ut dicit augustinus Ad
secundam est dicendum quod daniel xii scribit Beatus qui expectat et pervenit
usque ad dies m cc xxxv per quos dies voluerunt antiqui dicere
tempus adventus antichristi posse sciri sed hoc est manifeste falsum quia ut dicit
augustinus dato quod unus dierum qui ponuntur in hac prophecia vellemus
intelligere unum annorum Adhuc non possemus scire tempus adventus
eius Cum iam tot anni transierunt ab adventu xpi usque nunc
nec tamen signa apparent Sed per m cc xc dierum positorum in hac prophecia in-
telliguntur anni dierum quibus ipse antichristus predicabit et quibus persequetur
eciam fideles cuius persecucio durabit tribus annis cum dimidio
et hoc expresse patet per id quod dicit apocalipsis xi ubi habetur quod antichristus
et membra sua calcabunt civitatem sanctam et persequentur ecclesiam iuste
et sancte viventes et congregatam et virtutibus munitam tribus an-
nis cum dimidio quibus ipse antichristus regnabit ut dicit glosa
Ad terciam est dicendum quod apocalipsis xii scribitur mulier fugit in solitudinem
ubi habuit locum paratum adeo ut ibi pascat eam diebus m cc lx per quod
similiter non intelliguntur anni annorum ab adventu xpi dato quod per
dies annos vellemus intelligere Eodem modo intelliguntur anni dierum an-
norum quibus xpus predicavit in hoc mundo secundum dicit glosa super dicto
verbo quod mulier id est ecclesia fidelium fugit in solitudinem quia a vo-
liccōnum equanimiter toleracōnem. vnde dūs dicit Ysa[ias] xvi
corpi 1o Deut 2. Tu tūsibis hodie terminos in pncipio
timos moab. moab interptatur de patre natus et de
signat penalitates corporis que originem hūt a pnt̄ a pibus
parentibus. quas ita tūsit sanctus quis ut a pis
dei amore equanimiter toleret vel omnio non senciat
hunc felicem tūsitum fecerat sanctus laurencius cum dixerat
rat Carbones hij non dolorem sed refrigerium michi pre
stant. Sigit quod sic in nobis celum et terra tūseunt, cer
tissimum argumentum ē q verbum eternum nunquam locum non
ptransit qui recedendo a nobis sed amorose in mentem
nostram declinauit. Et hic ē qd subditur. verba aūt mea
non tūsibunt. qn̄ d. scḋm adaptacōnem hanc in quocunq3 hō
innouacōnum illud verbum eternum non tūsibit ꝑ gr̄e
eum venit p mentalem eius conceptionem. Dicit aūt pluraliter
verba licet sit vnicum verbum simplicissimum et hic tum ꝑp
diuersam dispositionem et capacitatem mentium in quibus
capit. iux 1o Joh. xiiij ad eum veniemus et mansionem

p locum est
effusio ad ce

aperit eum faciem / tum propter varios effectus quibus verbum
eternum in mente concipitur et gignitur et quantum ad hec
duo dicitur in de celesti ierarchia capitulo quarto dicit sic lumen
diuinum quod est verbum eternum sinne est simplex in
essencia sinne multiplex in efficacia et in mirabili
bus eternorum exemplariorum theorijs et fulgoris mentibus
sibi vnite et in se simplicitate in thearchica commensu
ratione secundum quod diuinitas singulis ordinauit men
suratis capacitate. Unde etiam quia omnes tres persone coniuncte
veniunt licet soli verbo mentalis conceptio ascribatur
propter quod etiam dicit pluraliter Ioh. xiiij ad eum veniemus
et non dicit veniam quia opera trinitatis sunt indiuisa
vt sit sensus verba autem mea id est verbum quod ego sum mul
tifarie multe seu diuinis mentibus infusum quantum ad primum
sensum vel multis modis effectibus in mentibus fidelium
conceptum et genitum quantum ad secundum sensum vel sic verba
autem mea id est verbum eternum susceptum quantum ad tria sup
posita quantum ad tertium sensum quod in hac auctoritate mea
[illegible] innuebatur

Hic ponuntur septem dubitationes. Prima vtrum an iudi
cium mundus iste purgari debeat. Secunda vtrum debeat pur
gari per ignem. Tertia vtrum ille ignis purgabit mundum
quantum ad illam partem que est vltra medium aeris
interstitium. Quarta vtrum illam partem que est infra ita
purgabit eius substantiam et non consumet. Quinta
vtrum ignis conflagrationis erit eiusdem speciei cum igne elemen
tari. Sexta vtrum ille ignis precedet iudicium aut se
quetur. Septima vtrum corpora resurgentium illo igne pos
sint cinerari et non cremari. Ad primam dicendum quod
mundus factus est propter hominem. Unde dicit philosophus ii phisicorum
quod nos sumus quodammodo finis et ideo conueniens est quod
cum homo per resurrectionem gloriosam innouabitur mundus innouetur
innouatione conueniente conueniente pro illo statu. Unde Apoc.
xxj Ecce noua facio omnia. Et quia perfectam hominis inno
uationem precedit purgatio duplex, ab impuritate scilicet corru
ptibilitatis et culpabilitatis, sic sit conueniens est ut perfe
ctam mundi innouationem precedat purgatio ab impu
ritate duplici correspondente duabus hominis impuritatibus
predictis. Una est impuritas elementorum quia per mutuam
actionem et passionem sese alterant in confinijs suis secundum
philosophum i metheororum et per confusionem vnius rei alterius nature
totus enim aer iste conueniens corruptibili statui hominis
admixtus est cum vaporibus terreis et aqueis secundum doctrinam
philosophi in ii metheororum. Aliud partes terre in quadam sunt con
fusione cum aqua, ita quod in perfecta mundi parte nullum
est elementum in puritate sue nature quia hec puritas corrigendet
corruptibilitati corporis humani quia talis elementorum confu
sio pro corruptibili vita conueniens est. Est enim quedam

Dubia

impuritas alia correndens culpabilitati hominis, et illa
est quedam indignitas seu ydoneitas carencia ad
susceptionem innovacionis perdite propter pcta in hac par
te mundi commissa, longo tpe tam ab hominibus qm ab an
gelis malis, quorum mo gnus e habitacio in isto caliginoso
caliginoso, purgacio aut mundi a prima impuritate
erit p separacionem singulis sue essencie et disposicionis a quo
libet elemento, purgacio aut a 2a impuritate erit que
dam mundi reconciliacio ad similitudinem illius prima vero
ciliant esse prophanate, Ad secundum dicit phus 2o de
generacione, na ignis est congregare omogenea, et se
gregare etrogenea, si prima mundi impuritas e
propter confusionem et nature diverse, et eius purgacio
erit per iterum confusionis separacionem, ergo ad illa purgaci
onem conveniens erit ignis na, cuius virtus e partes cius
ne aggregare, et partes et disposiciones extraneas seg
gare ab eis, ut docet experiencia in purgacione
auri et argenti Ad purgandum etiam mundum ab alia
impuritate magis congruus erit ignis quoniam aliunde
secundum qr pcta committuntur et in ordinato amore qui
est ignis spiritualis dividens, et ideo ad reconciliandum
mundum cum illa indignitate que est in eo propter ho
tacionem peccatorum conveniens erit ignis sic instrumentum
qr inter alia elementa ignis magis representat qualita
tes corporum gloriosorum propter eius luminositatem et subtili
tatem et attualitatem maiorem et virtutem et sui incor
ruptionem cum vaporibus terreis et aquis, quamvis hic ignis
inferiorum cum materia aliena sit admixtus, non ut purus est
sic ignis in spera sua, vel secundum augustinum 20o de civi dei
dicit qr circa id finale iudicium hos tres dicimus esse
venturos heliam testatorem fidem iudeorum, antichristum
persecuturum, christum iudicaturum mortuorum resurreccionem bonorum
malorumque distinccionem mundi conflagracionem, eiusque renovacionem, que quidem omnia ventura credendum est sed qr
bus modis aut quo ordine veniet, magis tunc
docebit rerum experiencia, quam nunc ad perfectum hominum va
leat consequi humana intelligencia, non enim igitur affe
ctandum secundum augustinus quo ordine predicta sint ventura
tum saltem qr quantum ad aliquid operacio ignis debeat
precedere finale iudicium auctoritate et racione potest probari, auc
toritas e prophete dicentis Ignis ante ipsum exardescet vel
Ignis ante eum precedet ut dicit alia littera, super quo verbo
dicit glosa Et ignis iste materialis et corporalis quo conbure
tur facies mundi et mali comburentur et mali purgabun
tur iudicem precedet, Racio vero e talis Ignis qui a corrup
tur, qr primo maxime e activus et cor
ruptivus hic qr e maxime purgatur, decimo e materie
alluminatur et quarto e firmatur, Igitur quantum ad duas
primas proprietates ignis faciem mundi precedet, qr
corpa mixta, ut plante et animalia, omnino comburentur eciam

iam cessante anali vita et totus mundus purgabitur
ex infectionibus quas contrahit ex habitatione pctorum et mu
tua mixtione elementorum Sed quantum ad alias duas
proprietates sequetur iam datum incendium, quia facto incendio
totus mundus et potissime elementa erunt limosa et
clara, et quicquid claritatis est et limositatis est in mundo
igne et in omnibus elementis superius reservabitur ad glo
riam beatorum Et quicquid vero fuerit igne fumositatis et obscuritatis Quan
tum ad quatuor illarum proprietatum totum involvetur cum impi
is et mittetur inferius ad penam dampnatorum
Ad tercium est dicendum declarando sic Ultra medium
interstitium non est locus deputatus habitationi hominum pro
corruptibili statu, ille enim aer propter nimiam sui subtilita
tem non est bene corruptibili vite hominis proportionatus Unde
et phylosophi quique ascendentes in cacumine alicuius montis transce
dentis locum illud, portabant spongias plenas aqua
ad aerem ~~me~~ inspissandum, et ut refert glossa super illud
Gen vii° Operti sunt montes excelsi Sunt qui putant
altitudinem non fuisse tantam ante diluvium quanta est ho
die, et hoc sunt nite concedere tenentes ignem conflagra
tionis non transcensurum supremam partem medii interstitii
aeris, quia ut dicitur Gen vii° ~~Operti sunt montes excelsi~~
in diluvio quindecim cubitis altior fuit aqua super mon
tes quos operuerat Sed certum est quod ille ignis tantum
ascendet quantum ascenderunt aque diluvii Cui eciam con
cordat glossa super id ii pe iii° mo Mundus aqua inundatus
periit, que dicit quod aqua diluvii occupavit totam
istam capacitatem aeris ubi aves volitant Sed non
volitant ultra supremam partem medii interstitii Si
tamen aqua diluvii ultra locum illud ascendit, credo
quod ignis conflagrationis ultra ascendet Mali eciam
angeli divina virtute locum illud inhabitare prohibe
tur, et ideo igne purgari non indiget tota pars
mundi medium interstitium aeris transcendens propter ali
quam indignitatem causatam ex inhabitatione peccatorum
Criminis enim angeli peccaverunt in celo empireo
et homo in terrestri paradiso, que medium aeris interstitium
transcendit, non tamen propter hoc igne purgabuntur, quia lo
ca predicta purgata fuerunt, cum peccato commisso statim
peccatores de locis illis expulsi fuerunt, et hec pro pur
gatione sufficit In corporibus eciam celestibus non est
impuritas sive sentina ut per aliqua transmutatorum
ab alio corpore, quia non sunt impressiva peregrinare
impressioni Cuius eciam aer et ignis in suis confiniis
quodammodo sunt confusa, et cuius in suprema aeris
parte generentur quedam impressiones calide et sicce
ascendere, et ignis perpendiculariter lancea

Ca m

candela rotunda ut patet per philosophum primo metheororum, quare impressionum vapor situs est ibi. Et hec tamen in illis partibus non continetur talis impuritas que sit igne conflagrationis purganda. Unde ille ignis non plus ascendet quam ascenderunt aque diluvii secundum sententiam magistri [illegible] et secundum argentinum in sententiis et secundum glosam super illud ad thessalonicenses in flamma ignis. Et secundum glosam super illud ... in quo celi ... incipiet autem predictus ignis purgare aerem in inferiori parte que purganda est, et veniet successive in descendendo inferius. Et ad hoc assignari possunt due rationes congruitatis. Prima est, quia in medio interstitio aeris est commune habitaculum demonum usque ad iudicium, et plus peccaverunt mali angeli quam homo, et homines fecerunt facere contra dei mandatum. Alia ratio est, ad significandum quod ille ignis non aget tamen in naturali virtute, sed ut instrumentum divine virtutis, ignis enim per naturam tendit sursum non deorsum. Ad quartam dico quod secundum quod [illegible] declarat ... et auctores de ecclesiasticis dogmatibus, ... elementa in suis essentiis remanebunt, et hoc rationabile est, mundus enim qui servivit homini remunerato homine secundum modum suum debet remunerari, quod non fieret si destrueretur. Ut est intelligendum ut essentiis elementorum remanentibus saluis eorum naturales qualitates destruantur cum sint proprie passiones eorum, sed eis remanentibus saluis elementa per eas non agent nec patient abinvicem, quia talis actio et passio in elementis est propter corruptibilem hominis statum. Ad quintam dico quod ignis conflagrationis erit eiusdem speciei cum igne elementari, quod duplici probabiliter persuaderi. Purgatio mundi que erat per aquam fuit eiusdem speciei cum ista, ergo a simili et purgatio futura que erit per ignem erit eiusdem speciei cum igne elementari. Preterea illud verbum Genesis primo: Et requievit deus die septimo ab omni opere quod patraverat, exponit sic, quod cessavit creando novas species rerum. Sed si ignis conflagrationis non foret eiusdem speciei cum igne elementari, produceret deus speciem que non fuit producta in operibus sex dierum, nec in se nec in suis naturalibus causis. Nec intendo hoc argumento concludere quod deus non posset novam speciem substantie producere, quia scio quod posset et multa posset facere que facturus non est. Ad sextam dico quod ignis ille quantum ad suum initium precedet iudicium, concomitabitur quantum ad suum progressum, sequetur vero quantum ad sue operationis complementum. Ut enim aliqui dicunt, illo igne incipiente mundum purgare in superiori parte que purganda est, prius incipiet venire ad locum iudicii, et statim ad eius preceptum motus celi cessabit, et resurget illa

qui tunc inuenientur mortui, et illi qui tunc inuenientur
viuentes valde cito morientur propter cessacionem motus celi
Et ut volunt quidam propter distemperanciam caloris, qui erit
tunc erit in loco habitacionis hominum, cuius adhuc usque illuc
substancia ignis predicti non peruenit, et hic statim post pre-
dictus ignis descendet, et incinerabit corpora eorum, et pur-
gabit illud quod inuenerit purgandum in electis, quo
facto statim resurget, et tunc illi et alii electi qui pa-
rum resurget ante eos, rapientur simul obuiam xpo in aera
Et hec omnia fiant antequam perueniat ad locum iudicii, et sic
patet quod xpus ad locum iudicii veniet successiue, sic suc-
cessiue in celum ascendit Vnde act. 1o dicitur Sic veniet que-
admodum vidistis eum euntem in celum Aliqui autem di-
cunt quod antequam cessat motus celi, omnes homines erunt mor-
tui, quia ante cessacionem motus eius, erit quedam distemperancia
a in aere per caloris excessum, per quem homines qui tunc
inuenientur viui morientur, et secundum hoc pro tanto dicitur, quod
aliqui inuenientur viui in aduentu iudicis, quia aliqui
erunt viuentes ante iudicis aduentum valde parum, et etiam
ante ignem conflagracionis quamuis morientur parum ante
quam xpus veniet ad iudicium, et etiam antequam veniet
ignis predictus, corpora tamen illorum electorum, qui viui inue-
nientur in aduentu iudicis uel parum ante, per illum ignem
incinerabuntur, ut more aliorum a cineribus fit resurreccio
eorum, et sic patet quod erit actio ignis predicti ante iudicium
quia predictorum electorum purgacio et incineracio precedent
iudicium Ad septimum est dicendum quod in hac dubitacione
est duplex difficultas Prima est de motu ignis comburentis
et purgantis mundum, quia in fine mundi debeat ces-
sare motus celi, quia sol et luna stabunt in habitaculis suis
Stabit enim sol in oriente, et luna in occidente, et
non mouebuntur amplius, propter quod angelus apocalipsis iura-
uit per viuentem in secula, quod amplius non erit tempus, cum
igitur cessante primo motu celi, debeat cessare omnis mo-
tus elementorum, non videtur quod ille ignis conflagracionis
debeat post cessacionem motus celi moueri ad mundi pur-
gacionem et penam uel cruciatum dampnatorum Secundo est de
ipsis corporibus resurgencium, quia dicitur corpora illa non posse
pati ab illo igne ubi stabunt tunc illa corpora resur-
gencium mundo toto ardente et ipsis nondum reposite
uel locate in propriis locis, quia nondum erit factum celum no-
uum ubi collocari debent corpora beatorum, et nondum erit data
sentencia de reprobis ut ad infernum descendat, ubi debent
locari corpora dampnatorum, Ad primam difficultatem est
dicendum quod non est cessare omnem motum celi motu cessante

Nam tpe yosue stante sole in medio celi, filii isrl
monebat manu et pugnabat cont infideles. Cessan-
te ergo motu celi, cessabit omis motus omn illorum
qui in seipis no hnt principiu motus. sic firma et lema
possunt moveri cessate motu celi. Aliter dici pt qz ille
ille erit instrumentu iusticie diune. Ideo poterit moveri
absqz motu celi, qz ut dz in decamp, cessate motu
cause scde, qual tn est celu no cessat ea prima
influere et movere ad scdm d sdm. Et corpa mor
tuorz potuint reservari in superiori parte celi ad que
no ascendit flamma ignis illius. sic nec ibi ascendit
aqua diluvij. Vel pt dici qz in corpibz bteorz post
resurrectom erit duplex habitus impssus. unus pservans
a corruptione. et alius pservans a passione. sic et
tpus et tuserut. sunt in corpibz triu puerorz in cami
no ignis. In corpibz vo dapnatorz erit unus habitus p
servans a corruptione, si no alius prohibens passionez

De die aut illa et hora nemo scit, neqz angeli celorum nisi pater solus. Sicut autem fuit in diebus Noe, ita erit et adventus filii hominis. Sicut enim erant in diebz an diluvium comedentes et bibentes nubentes et nuptui tradentes usqz ad diez eu quo introivit in archam Noe. Et no cognoverunt donec venit diluvium z tulit omnes. Ita erit et adventus filii hois. Tunc duo erunt in agro, unus assumetur et alter relinquetur. Due erunt molentes i mola, una assumetur et una relinquetur. duo in lecto, unus assumetur z alter relinquetur.

Supius pnunciata sut signa pambula ad indicand
hic pnunciat incertitudo adventus, que ondit dupliciter
primo respectu tpis determinate qntu ad indicis ad
ventu. Scdo respectu salutis indicandorz ibi Tunc erunt duo
in agro. Respectu tpis determinati ondit certitudo po
de pnti zo de futuro ibi Sicut enim erat in diebz Noe
Dicit ergo De die aut illa et hora. Glo. Neforte audi-
tis signis quererent de certa die indicii aut de cer-
ta hora. Nemo scit, i. nullus hominu, neqz angeli celorz
Zach 13 Erit dies una que no d duos. Nisi pr solus

mat: s3 additur Neq3 filius qd est in aliquibus codicibus
hic additur s3 no est de textu sm ait Ven Jeronimus in origi
nali. In codicibus latinis additum est neq3 filius. licet in
grecis exemplaribus no inueniatur hoc scriptum. Secundum plu
res doctores intelligendum est q ho vel angelus nec
sibi nec alijs scit diem iudicij s3 filius in patre scit
sibi s3 vt alijs nesciat. i. nullum scire faciat. s3 pater
aut solus scire dicitur. quia solus facit filium scire
Non quidem est hec regula loquendi vt ibi temptat vos
deus vt sciat. i. vt scire vos faciat si diligitis deum
Et ibi nunc cognovi quod times deum. i. nunc feci vt
cognosceres. Vt enim dicitur dies letus q letos facit. et
frigus pigrum q pigros reddit. sic dicitur filius nescire
vel scire nobis quibus magister missus est. que scire vel
nescire nos facit Scit itaq3 in se et sibi no nobis Vnde
p hoc quod dicitur Nisi solus pater. a quo fons omnis
cognitionis e no excluditur filius vel spiritus sanctus qui
in eodem fonte habitat s3 magis includitur q vna
est trium personarum noticia Sicut ergo principium mundi
a solo deo fuit precognitum. q mundus ab ipso imedi
ate est factus. ita et finis mundi soli deo est cogni
tus. et homini ipso reuelatus. ad quem pertinet iudica
re de omnibus Nos aut volt hoc esse celatum eternum
sm Jeronimum Non expedit nobis immo nec expediebat apo
stolis scire diem et horam illam iudicij ne pigrio
res simus s3 semper incerti de temporibus futuris et aduentu
iudicis. sic quottidie viuamus cum timore. et sic vigile
mus solliciti. q si in primo et altera die iudicandi
simus. ac pendulo expectationis incerto semp eum
credamus esse venturum quem ignoramus quando venturus sit
Signa quidem appropinquante aduentus eius scire possimus
et debemus. s3 diem precisam nescimus Sicut enim Ecce.
senectutis signa cognoscimus diem aut ignoramus
vltimum. sic et labente seculi signa scimus finem eius
no cognoscimus Sicut enim quando videmus hominem senem. scimus
q ipse moriturus. quando aut nescimus. sic et cum mundum
perturbatum videmus. casurum cognoscimus. diem at igno
ramus Vnde et augustinus Finis quidem seculorum est etas
sexta mundi videlicet ab aduentu domini vsq3 in finem
seculi Senectus vero tamen temporis solet tenere contra omnes etates
tetere Nam cum ab anno lx senectus dicatur incipe
manifestum est sola senectutem tam longam quam omnes
etates priores esse posse. frustra igitur annos qui rema
nent huic seculo conarentur diffinire. Omnibus enim dicat

re calculancium digitos potenciam innuandi resolvunt
et quiescere iubet tum cum non est verum nosse tempora uel
momenta que pater posuit in sua potestate hec augustinus Non
est quippe verum nosse tempora ultra quam revelatur uel tra
ditur per scripturas quia hoc est presumpcionis scire vero scrip
turas nosse est erudicionis Eius ergo revelatum fuit
alicui forte tempus adventus antichristi non tamen sequitur ut sci
at de die iudicii Nescitur enim quanto interstitio post antichristum
futurum sit iudicium Creditur tamen quod nocte resurreccionis
dominice erit generalis resurreccio scilicet in nocte pasche Ideo
secundum hysidorum in primitiva ecclesia fideles tota nocte re
surreccionis illa vigilabant quia iudicium expectantes Ex quo al
domino iste venturus sit penitus ignorant Istud vero
quod hic ad litteram exponitur de die iudicii moraliter potest
intelligi de die iudicii particularis qui est dies mortis
tingit mortis hominis diem enim mortis sue nullus scit
nisi deus sibi revelaverit et ideo est nobis vigilandum
et de hac die sic de illa sollicite cogitandum quia qua
lis quisque exierit de hoc mundo talis erit presentabitur in fu
turo iudicio Sic enim fuit in diebus noe ita erit et hic
ondicitur incertitudo dictarum temporis de futuro Vbi ponitur
comparacio temporis iudicii et temporis diluvii In hoc implicatur duo
iudicia generalia unum quod precessit quod fuit per aquam in di
luvio Aliud quod futurum est scilicet per ignem in generali iu
dicio Ex primo ponitur comparacio quantum ad incertitudinem
ut sic ante diluvium erat incertitudo venturi diluvii
Ita ante iudicium est incertitudo iudicii quantum ad tempus
determinatum et erit quantum ad incredulitatem in litore
carnalium Dicit ergo Sic enim fuit in diebus noe uel loth
secundum lucam xvii quando diluvium erat occultum Ita erit ad
ventus filii hominis scilicet christi venientis ad iudicium quia tunc
incredulis repentinum veniet interitus Glossa Subitum
adventum suum diem pluribus affirmat exemplis Nam
fulguris corruscacio tipulacio (?) comparavit et diebus noe
uel loth secundum aliud evangelium comparat Sic enim erat in
diebus noe ante diluvium comedentes et bibentes
scilicet gule et ebrietati deservientes Vnde iudas in canoni
ca / hii sunt in epulis maculae convivantes sine timore
seipsos pascentes nubentes et impetum tradentes scilicet lu
xurie ~~se et glossa Non alimenta~~ insistentes et in magna
securitate existentes Iohannes et glossa Non alimenta sed imperie
et inordinatis et immoderatus licitorum usus arguitur
hec enim posita sunt in subsidium nature non in irritamentum
culpe Vsque ad eum diem quo intravit in archam noe
Gen. i Et non cognoverunt scilicet cognoscere noluerunt

temporis Noe predicante sed ipsum fabricantem archam et eis
predicantem deridebat donec venit diluvium et tulit
omnes et subito delevit et submersit omnes perversos. Ita
erit adventus filii hominis id est Christi ad iudicium scilicet subito et
insperate comprehendet filios noctis unde per verbo dies
domini sic fur. Interitus quidem eorum erat subitaneus
non quia ante nimis nunciatus sed quia a nullo creditus. Unde
magnus temporis Noe et si tacebat voce opere loquebatur
et silebat lingwa fabricatione clamabat. Nam utique
cum operaretur opus novum et nulli aliquando compertum admonebat
monebat cunctos novis periculis novis thabernacula
preparari, loquebatur ergo opere, et sic dicebat illud evan-
gelicum domini dictum Si michi non creditis vel operibus
credite. Hec maximus. Sed perversi homines archam in
tot annis constructam videntes sine dolore letabantur
nichil futurorum providentes et iudicia dei contempne-
bant non evigilantes sed in malitiis dormitantes et
subito a diluvio absorpti sunt et repentinus interi-
tus tulit omnes in magna securitate existentes
et nichil timentes. Sic domino fabricante archam
ecclesie extra quam non est salus predicatur adventus
domini ad iudicium inopinatus. Multi quoque hoc tempore pravam
agentes et exempla prave aliis ostendentes et si ta-
cent voce tamen cum Noe loquuntur opere dicentes Si nobis non
creditis vel operibus credite, sed reprobi contempnentes lasa-
vint et in die qua non putant veniet dominus et perdet
eos et cum dicent pax et securitas quasi securi existentes
et de nullo timentes veniet super eos repentinus inte-
ritus et non fugiet tribulationem imminentem. Unde Beda
Mistice autem Noe archam edificat cum dominus ecclesiam
de vivis fidelibus qui lingwis lewigatis adunando
construit qua perfecte consummata ingreditur cum hac
in diem iudicii presentia sue visionis eternis habitatorum
illustrat. Sed cum archa edificatur iniqui luxuriantur
cum vero intratur intereunt, quia qui sanctis hic certantibus
insultant eis illic coronatis eterna dampnatione ple-
ctentur, hec Beda. Sic multi de morte sua non cogitant
temporis certitudinaliter sunt morituri licet frequenter veniet
mors qui nullum timet periculum. Subitus enim erit adventus
filii hominis ad iudicium generale et particulare venientis
unde et cetera. Et quid mirum si futurum iudicium audiunt et
non credunt certe morituros se esse quottidie audi-
unt homines, quotiens mortuos alios vident, et

tu[m]ne no[n] credunt se morituros si eni[m] crederet se mo
rituros no[n] faceret ea pro quib[us] moriu[n]tur morte dig[na]
Et q[uo]d q[uo]d quottidie videt fieri in alijs in se futuru[m]
esse no[n] credu[n]t quo[modo] illud credet futuru[m] q[uo]d adhuc
nu[n]q[uam] factu[m] est h[ec] Cris[ostomus] hoc q[uo]q[ue] ondit ex silitu
dine facti in dieb[us] loth Simil[ite]r eni[m] sic tu[n]c factu[m]
est s[ed] q[uod] impij igne et sulphure pierunt sic impij
in die adventus x[rist]i p[er]ibu[n]t Cr[ist]ina hoi[n]es t[em]p[or]is illi[us]
edebat et bibeba[n]t erat p[ro]p[ter] voluptate[m] emebant
et vendebant erat p[ro]p[ter] cupiditate[m] pla[n]tabat et edi
ficabat erat p[ro]p[ter] nimi[a]e securitate[m] et in securitate
illa erant usq[ue] ad diem illam qua exivit loth a so
domis qua d[omin]us pluit igne[m] co[n]tra i[m]moderatu[m] ardorem
et sulphur co[n]tra fetore[m] de celo s[cilicet] aereo et p[er]didit o[mn]es
illos et adiacentes civitat[e]s Ubi Beda pretermissis d[i]c[t]is
illo maximo et infando sodomore scele[re] sola ea
que vel levia vel nulla putari poterat delicta comme
morat ut intelligas illicita qua pena feriantur
si licita et ea sine quib[us] hec vita no[n] ducit[ur] im
moderati[us] acta igne et sulphure p[un]iu[n]tur hec Beda
Sic q[uo]q[ue] filius hominis revelabit[ur] quo occultat[ur] s[cilicet] in
adventu suo futuro erunt hoi[n]es in securitate nil time
tes de futuro iudicio usq[ue] ad t[em]p[u]s illud quo x[ristu]s
in h[u]manitate gloriosa apparebit et videbit[ur] venies
ad iudiciu[m] Veniet eni[m] q[uan]n homines no[n] adverte[n]t pe
riculu[m] S[e]c[un]d[u]m Cris[ostomum] h[oc] co[ntra] dixit ondes qualit[er] repe[n]te
veniet et inop[in]ate et plurib[us] lasciviantib[us] [et] in
sollicitudine existentib[us] Ubi Beda revelare d[icitu]r revela
bitur quia q[ui] interim no[n] appares v[ide]l[icet] tu[n]c appares
o[mn]ia iudicabit Apparebit a[u]t[em] iudicatur[us] eo maxi[m]e
t[em]p[or]e quo cunctos iudicore deo oblitos hum[anis] stu[dijs] co[n]spe
rit esse mancipatos quia lic[et] mundi t[er]mi[n]us olim p[re]mi
ultore tanta crebresceret humanu[m] ge[ne]ris iniquitas ut
merito debeat cu[m] ipso que inhitat orbe deleri Nam
et nu[n]c q[uo]q[ue] i[n] mi[n]ores adeo comessatio[n]i et ebrietati
emptio[n]i et venditio[n]i tenet[ur] q[uod] mundi reb[us] inhere
re no[n] lateat S[ed] t[ame]n sine q[uo]d[a]m merore sapiens
quisq[ue] salte[m] cogitare no[n] valet hora iam iamq[ue] sup[er]
ventura formidanda Ut eni[m] de vna quada[m] gente
peccatrice delenda dictu[m] est nec du[m] completa su[n]t
p[e]cc[at]a amorreor[um] de tota p[ro]culdubio p[ro]vancie massa

dampnanda constat esse sentiendum Mistice sm Beda
loth qui interptatur declinans est pplus electorum qui dum
in sodomis i inter reprobos ut aduena morat cunc
ti valet eorum scelera declinat Exeunte aut loth
sodoma perit Crima secundum Crisostomum quamdiu sunt homines
fideles stat iste mundus et cum sancti de mundo defitiunt
est vicinus casui eius sic ecce egredientibus israhelitis de egip
to exterminatus est egiptus hec igitur predicta audien
tes teneamus actus nostros et ab odio ac lascimnijs
a mo abstinentes et de pritie pmam agentes ad illam
diem domini nos sine cessatione pparemus Sed querit
Crisostomus Cum mit que pacis sit ante iudicium memo
ratur cum supra scriptum sit Surget gens contra gentem
et tribulatio qualis non fuit Respondet quod post bella fa
mes terre motus et dierum breuis sequitur mox de
quibus Daniel 12 Et tunc reprobi pacem et securitatem
sibi pmittent unde ad Tessalonicenses 5 Cum dixerit pax et se
curitas repentinus superueniet eis interitus Unde glosa
post bella fames terre motus breuis subsequitur
pax ut fideles probentur dum transacti malis sperent
iudicem venturum Unde dicitur Cum dixerint pax et secur
tas tunc repentinus interitus superueniet Et contra xl dies
dantur eis ad pniam ut dicit ibi glosa quo tempore decla
to et non repentino veniet Respondet Intelligendum est
quod contra illos xl dies non erit iudicium sed incertum est quan
do Tunc duo erunt in agro hic post incertitudi
nem temporis ostendit incertitudinem salutis inducendo
ne aliquis de suo statu psumat Ostendit aut quod secundum
omnem christianum status erunt alii electi alii reprobi per quod
trinum statum designat scilicet existentem in agro in mo
la in lecto Ad agrum ptinet status platorum in agro in mo
lendo operantium in agro domini In mola labor actiuorum qui pomuntur
sine lectum In lecto quies contemplatorum actiuorum
operum De hiis tribus Ezechiel sub figura Noe Dani
elis et Job Et secundum btum Gregorium Ezechiel Noe
in vndis regens signat statum platorum Job in ambi
guo diuiciarum positus statum actiuorum Daniel vir
desideriorum abstinentie deditus statum contemplatiuorum
In quolibet quo statu ostendit aliquos electos esse et ali
quos reprobos Dicit quod Tunc i in illa consumatione duo
erunt in agro i in agricultura predicationis Unus as
sumetur scilicet ad gloriam ut bonus platus Alter relinquetur

ad dapnatoem eterna sz inutilis plati / Due erut mo
lentes i duo erut gnia activorz In mola x in exercito
active vite / que in modum mole volvunt / et solicitu
dinis involvunt . apostol . reimo . Vox mole no audiet
amplius Una assumet ad gloriam altam vero relinquet
ad gehennam que in interito speraunt . Nota istos
activos designat in sexu feminneo propter fecunditem
ul qr coniugati propter carnale comercium mage effe-
minati sunt / ul qr tamquam infirmi consilio aliorum
regunt Duo in lecto x duo gnia contemplatorum maiorum
sz et bonorum In lecto x quiete contemplacoimis de quo
tam vero lectulus ut floridus unus assumet ad gloriam
alter relinquet ad gehennam Unde Osee 13 Consola
cio abscondita est ab oculis meis quia ipse inter fratres
dividet / de omnibus hiis dicit glo Duo in agro / dne
sunt dre predicatorum in ecclesia / qui in agro laborantium
Eorum qui sincere xpm annunciat Et eorum qui verbum
dei adulterat Due dre sequitum ordinem vero molentium
qui mobilum qui femino genere designantur / qui maiorum
consilio regunt ut femine a viris Duo in lecto qui
ocium eligunt et quietem que sancto noie significatur
Non secularibus ut ecclesiastici negocys occupati Unus assu
met qui continere propter deum studet ut sine sollicitudine
cogitet que sunt dei tam at humana laude ut aliqua
victorum corrupcione monasticam vitam duxerit relin
quet / adeo illa sunt et alia gnia hominum in ecclesia qui
dicit aliquos esse electos et aliquos reprobos In quo
libet enim sunt boni et mali Extrema sunt angeli In ordine
condicione et gradu optimus mixta sunt pessima et
qui boni fuerit assumet in gaudium eternum ubi
est xpus / qr ubi est corpus x domus in corpore / xpus
qui est homo corporeus et aquilarum x avem scilicet
preda illic congregabunt / et aquile spiritales in cor
pore scilicet sancti et electi qui eius passionum humilitatem
qz imitando tamquam de eius carne saturant / et quorum
resurrectionem ut aquile iuvenes renovabunt / mali vero
cum dyabolo ad penam eternam relinquent Et eo dicitur
in Osee Consolatio abscondita est ab oculis meis quia
ipse inter fratres dividet Cum ergo dicitur de agro et de mo
la et de lecto unus assumet et alter relinquet
non de duobus hominibus dictum est sed de duobus generibus
affectionum sicut videntur alia esse gnia hominum qualibus

constat etiam quod ista tria habentia ternas differe-
ntias propter assumptionem et relictionem Unde Christus Cum iusti qui-
dem assumuntur peccatores aut relinquuntur omnes iusti in
uno homine figurantur et omnes peccatores in uno videat
modo unusquisque qualis sit et electionem faciat quod debeat
assumi et non linqui quia boni tamen assumentur
mali vero relinquuntur De clericis vero qui negotia
secularia et causas civiles tractant dubitatur potest sub
quo hore statu comprehendi possint et debeant
Hic ponuntur sex dubitationes Prima utrum dies iudicii de-
terminate possit per scripturam predici quando erit Secunda
utrum possit predici tempus propinquum illius diei Tercia
utrum diem illam filius nesciat aut spiritus sanctus sed
solus pater Quarta utrum signa precedentia adventum Christi
debeant esse signa celestia vel terrestria Quinta utrum iudi-
cium fiat in die vel in nocte Sexta utrum diu durabit iudicium

Duos

Ad primam est dicendum quod si adventus Christi determinate quando
posset sciri vel sciretur per signorum demonstrationem vel per prophe-
tarum revelationem vel per Christi determinationem Non primo
modo quia signa immediate precedentia adventum Christi tria
dicuntur esse Primo totius mundi discensio quia ut dicit glossa
super illo verbo II ad Thess 2 nisi venerit discessio pri-
mum ante adventum Christi erit triplex discessio in mundo Primo
omnium hominum separatio a Romano imperio Secundo omnium particularium
ecclesiarum a Romano pontifice Tercio multorum maiorum
a fide catholica Secundo debet apparere antichristi apparitio quia postea
revelabitur homo peccati filius perditionis qui extollitur
et elevabitur super omne quod dicitur deus aut colitur tamquam
deus super quo verbo dicit Augustinus quod non veniet ad iudi-
candos vivos et mortuos Christus nisi prius venerit ad
seducendos mortuos in anima adversarius eius antichristus
Tercio prophetarum predicatio et occisio quia illi duo prophete
Enoch et Elias debent tribus annis predicare contra anti-
christum et finaliter per eum occidi Sed ista sunt nobis sic igno-
ta sic adventus Christi ad ista ultima tribulatione inter
alias tribulationibus debeat pervenire ut dicit Gregorius
Secundo non potest determinate sciri per prophetarum revelationem
quia propheta Daniel non loquitur de numero annorum vel dierum
quibus expectetur adventus Christi sed loquitur de numero annorum
~~vel dierum~~ quibus Christus predicabit antichristus ut supra dicebatur
Similiter propheta Iohannes in Apocalypsi non loquitur de tempore
quo Christus ad iudicandum sit venturus sed de numero annorum
vel dierum quibus Christus in carne assumpta predicabit
Tercio vero potest sciri per Christi determinationem quia hic apostolis

de tali tpe quesierunt Primo xpo ad passionem appropinquan
te qn dixerunt, dic nobis qn hec erunt et qd signum
aduentus tui Scdo xpo celum ascendente qn dixerunt
dne qn restitues regnum isrl, et nichil aliquid dectiator
voluit dare s; arctate precepit esse vigilandum Semper igr
per scripturam no pt sciri aduentus xpi s; magis sibi
indeterminatus et inopinatus ponitur qd esse d; eius aduen
tus Ad scdam est dicendum qd aduentum xpi ad iudicium esse
propinquum tripliciter possumus intellige Primo p pteriti
tpis elongatonem, quia quanto elongamur ab aduentu xpi
in carne tanto magis appropinquamus ad eius aduentum
ad iudicium scdm quem modum dicit aplus Et propior est
nra salus quam cum credimus Et ipse saluator dicit Respicia
te et leuate capita vra qm appropinquat redemptio vra
Scdo possumus intelligere per pntis etatis copletonem
scimus enim qd in fine istius tpis venturus, quia dicit
aplo Nos sumus in quos fines seclorum deuenerunt Nam
ut dicit Aug in lio 83 qonum Sic variatur homo p diuer
sas etates ut prima sit eius infancia, scda puericia, ter
cia adolescencia, quarta iuuentus, quinta senectus, et sexta
senectus, sic mundus per diuersas etates variatus est
Prima in prima etate fuit ab adam usq; ad noe In 2a
a Noe usq; ad Abraham In tercia ab Abraham usq;
ad Moysen In quarta a Moyse usq; ad dauid In qui
ta a dauid usq; ad incarnatonem xpi Et in sexta usq;
ad finem Vel Incipiens ab Adam quem plasmauit
deus etas ad noe desinit prima sequens ab Abraham
ad dauid extendit etas Et tercia et quarta ad transmig
rantes in Babilone fuit Quinta facit cursum xpi venien
tis ad ortum ad finem time mundi Sex pat claudit in
regime senectute, ac tum clandere fulgorem vespera
nulla pt, tm tn poterit ista sexta etas quantum omnes
iste precedentes etates scdm Aug Tercio possumus intel
ligere appriciat iudicium conditonem, quia sic iudicium scdm
per aliquem factum tunc fuit quando multum multiplicata
fuit malicia hoium et quando cuncta cogitatio huius inte
ta erat ad malum, sic iudicium fiendum p ignem tunc erit
magis propinquum quando multum excreuerint pcta hoium
Unde saluator multas sollicitudines adducit ad iudi
cium factum tpe noe Sic ergo pt intelligi iudicium tale
propinquum esse quia multum frigescit caritas et sup ha
bundat iniquitas, Ad terciam est dicendum qd Jeronimus
dicit filium nescire diem illam nq in se sed qr apostolis
querentibus de illa die rndit non est vrm nosse ut

Nometa dicit^r go filius nescire, quia aplos de hoc
querentes nescire voluit et eos nescire fecit. Basi
lius vero dicit se legisse in quodam libro quod filius
hic positus non intelligitur pro filio naturali unigenito
patris eterni, quia si sic acciperetur, cum talis filius sit deus
eiusdem substancie et nature cum patre, angelos sibi non preposu
isset ipse xpus. Sic enim dicit de die illa et hora nemo
scit neque angeli celorum neque filius nisi solus pater.
Accipiatur ergo hic filius pro filio adoptivo de qua
filiatione scribitur Joh. primo dedit eis potestatem filios dei fieri
hiis qui credunt in nomine eius. Et planum est quod
tales filii diem illam ignorant quia apostoli fuerunt
tales filii adoptivi et tamen eis non datur scire. Sed Augustinus
dicit quod ideo xpus qui erat unigenitus dei patris di
cit se diem illam nescire sed solum, quia quod ipse scit non habet
a se sed a patre, sic enim a patre habet quod sit filius, ita quoque
scit et quicquid habet filius nascendo a patre accipit, nichil
enim est a patre magis proprium filio quam doctrina et sa
piencia, cum apostolus clamet predicamus xpm dei virtutem
et dei sapienciam, et tamen in Johanne dicit mea doc
trina non est mea sed eius qui misit patris, negat
ergo filius se nescire quia a se non habet quod sit filius
ac per hoc non habet a se quod sit sciens. quia quicquid scit na
scendo scit et nascendo accipit. Secundo quia nemo
novit illam diem excludit quod xpus ho
in xpo sunt omnes thezauri sapiencie et sciencie
absconditi. Item xpus homo aliquid scituris est
illam diem, sed xpus homo non proficit in sciencia
igitur de puncto scit. Secundo quid est quod dicitur Nemo i. nullus
homo dicendum est ad hoc secundum beatum Gregorium qui dicit
Novit unigenitus hominum iudicia sed non ex natura
humanitatis hoc est ex generali natura humanitate
quia tunc homines alii scirent, sed ex virtute divinitate
influente super illum hominem. Cum ergo dicitur Nemo
novit etc. per hoc non excluditur xpus homo a noticia
illius diei, sed per hoc excluditur quod non ex virtute humanitatis
quia habet sed ex virtute divinitatis. Tercio dico quod nulli
puro viatori est vel fuit dies illa nota. In hoc
concordant omnes doctores cum glossa, quia inutilis
a nobis sciretur, sed quod semper simus incerti de adventu
iudicis ut sic quotidie vivamus quasi in illa die

iudicandi sunt Sz contencio est inter doctores qz tunc
nota sit angelis et aiabz btis qui sunt ex statu
viatoris quidam dicunt qz sic quidam qz no Sed
certe quid sit super hc tenendum magis docebit ex
periencia pro loco et tpe quam mee doceat sciencia
Cum enim soli xpo sit coicata oms sciencia non
video quare angeli illud ignorare no possint cum
istud no sit gloie ipoz Rursum cum deo sint famili
ares et michil in huius rei sciencia perdere possint
quare istud reuelari no congruat no est facile dif
finire Vide qz aliqui auctores sctoz videntur signare
qz angeli hc norunt aliq qz ignoraret Sane dici pt
qz istud notum sit aliquibz angelis s. et btis aliquibz
uo ignotum sic dr etiam incarnacionis misterium et sic
in illa parte standum est qz alicui creature hora in
dicii nota sit. s quo intelligendum sit dcm saluatoris
Nemo scit etc Respondetur sic patet ex glosa In illa
auctte Non excludit filius nalis sed adoptiuus Sz
filius nalis pro corpe nec excludunt oms angeli s
illi qui sunt inferioris ordinis Nec excluduntur
oms homines s solum puri homines et viatores Vel
dcm qz no norunt ut aliis notificent Ad quartam est
dcm qz qo est dubia pro tanto quia sup dixit sal
uator quia ante diem iudicii surget gens in gentem
et regnum contra regnum et erit tribulacio magna qualis
no fuit ab inicio sctli nec postea erit et sic ante di
em iudicii erunt signa et prodigia sed hic ait ecce
sic tpe diluuii erant homines bibentes et come
dentes et nuptum tradentes usqz ad illum diem quo
intrauit Noe archam et nullus cognouit donec venit
diluuium sic erit aduentus filii hominis Et ita videtur
qz ante diem illam debeant esse signa pacis Ad hoc
scdm Jeronimum respondetur tripliciter Primo ut dicatur qz post
signa plurima erunt aliqua inducia pacis aut enim qz
post pugnas et plia quibz vastabitur huanum genus
breuis subsecutura erit pax que quieta omia repro
mittat ut fides credencium reprobetur Scdo ut ista lat
signa pacis no referatur ad iustos et sanctos qui semper
sunt in timore s ad peccatores vitam pecudum imitantes
ut sic tpe Noe ipo et filiis suis caste et sancte viuen
tibus aliis peccatores luxuriantes et epulis vacantes
erant etiam existente in medio ipoz quia mala fu
tura indicabit ita tpe filii iudicii sctis viris honeste

s. l

et sancte unctibus predicatores absque timore et tremore
sereno vacabat in militiis et pacis. non obstantibus persecu-
tionibus et tribulacionibus que erunt indicia plurium et futurorum
malorum magis quam pacis. Certe ut isti signa pacis
non referantur ad omnes sed solum ad iudeos quoniam cum debeant
recipere antichristum et pro deo ipsum adorare ab eo non pati-
entur persecutiones supra variatas sed letabuntur simul
cum eo et ostendent signa pacis et gaudii atque victorie
Unde dicitur Apocalypsis xi de morte illis duobus prophetis
per antichristum et iacentibus in plathea urbis iudei gaude-
bunt super mortem eorum et iocundabuntur et munera
mittent invicem. Ad quintam queritur de tempore
iudicii ex quo hic dicitur de die et hora illa. Et ad Roma-
nos. In die revelacionis iusti iudicii dei. Sed in sequen-
ti capitulo dicitur Media nocte clamor factus est. Utrum ergo
iudicium fiat in die vel in nocte dubium est. Respondeo
ut dicit beatus Augustinus Media nocte dicit venturum esse
dominum non pro hora temporis sed quia tunc veniet cum non
speratur. Media ergo nocte cum valde obscurum erit
vel occultum. dies enim domini sicut fur ita in nocte ve-
niet. Propter tamen non incongrue intelligi medie noctis
tempore venturus. Prima ut ait Cassiodorus hoc tempore pro-
primitiva egipti percussa sunt. Adventus vero Christi dicitur
dies domini non pro qualitate temporis sed rerum. quia tunc co-
gitaciones et consilia singulorum patebunt Prima ad Corin-
thios. Nolite ante tempus iudicare quoadusque dominus
veniat qui illuminabit abscondita tenebrarum et
manifestabit consilia cordium et tunc liber aperietur
Ad sextam respondetur sicut dicit Augustinus xx de civitate c. 10 per
quot dies hoc iudicium tendatur. incertum est. Unde enim
divini iudicii ultimum diem dicimus more solito scriptura-
rum que diem solet ponere pro tempore. novissimum tempus
significantes, probabile tamen est quod non tendetur per horam
multum pluream, quod videtur Augustinus sentire xx de civitate c.
xxvi ubi dicit quod iudex conciet conscientias reproborum sine
colloquio sermonis prolixitate. Unde illa vocalis disceptacio
non erit cum quolibet in singulari nominatim, nec de quolibet opere
singulari, sed sic saluator narrat in evangelio esse sic credendum

Vigilate ergo. et quia nescitis qua dominus
hora vester venturus sit. Illud autem sci-
tote quia si sciret paterfamilias qua
hora fur venturus esset vigilaret utique

et non sineret perfodi domum suam. Ideo
et vos estote parati, quia nescitis qua ho-
ra filius hominis venturus sit. Quis putas
est fidelis servus et prudens quem constitu-
it dominus super familiam suam ut det illis
cibum in tempore. Beatus servus ille quem cum
venerit dominus invenerit sic facientem. Amen
dico vobis, quoniam super omnia bona sua con-
stituet eum. Si autem dixerit malus ille servus in
corde suo moram facit dominus meus venire
et ceperit percutere conservos. Manducet autem
et bibet cum ebriosis. Veniet dominus servi
illius in die qua non sperat et hora qua
ignorabit et dividet eum partemque eius ponet
cum ypocritis. Illic erit fletus et stridor dentium.
Unde Ezech tres viros laborantes vidit, Noe Daniel
et Job i. rectores continentes et coniugatos. Et secundum hoc tria
genera hominum tres ponit parabolas. In prima agit de la-
borantibus in agro quod est ubi dicit Vigilate ergo. In
secunda agit de existentibus in lecto ubi dicit Simile est
regnum celorum x virginibus. In 3a agit de molentibus
in mola ubi dicit eum homo qui peregre proficiens.
Vigilate ergo. Prenuntians que futura sunt in adventu
Christi hic subdit amonitionem ad vigilantiam. Ubi primo
ponit ammonitionem generalem, 2o specialem ibi Quis putas
est fidelis servus. In prima primo ponit amonitionem, 2o ap-
ponit persuasionem per exemplum patris familias ibi Illud
autem scitote, 3o infert conclusionem. Ideo ergo et vos estote
parati, dicit ergo Vigilate ergo i. solliciti estote quia
nescitis qua hora ~~dominus vester venturus est~~ vel in mane
puericie vel in tercia iuventutis vel in sexta sene-
ctutis vel in sero senii, dominus vester venturus sit ad
iudicium particulare in resurrectione. Ne cum venerit su-
bito et insperate dormientes vos inveniet et im-
paratos. Ecclesiastes. Nescit homo finem suum, sed sicut pisces ca-
piuntur hamo et sic aves comprehenduntur laqueo sic ho-
mines capiuntur in tempore malo. Unde Gregorius: hec est enim causa cur
nescire voluit diem adventus ut vigilemus. Ergo horam

"et semper in sollicitudine sitis

Ultimam ideo voluit nobis esse ignotam, ut semper
possit esse suspecta, ut dum illam providere non possu-
mus, sine intermissione ad illam nos preparemus.
Unde et Augustinus: Nichil morte certius, nichil hora mor-
tis incertius. Nam nescimus quo aut quando aut ubi
moriemur, quia mors ubique expectat nos ubique. Ideo
debemus esse parati ut cum corpus reuertetur ad terram
de qua sumptum est, spiritus redeat ad deum qui misit
illum. Unde et Gregorius: Nemo in huius vite itinere tor-
peat, ne in patria locum perdat eternam. Cum adhuc
hodie licet bonum agere, scimus utrum cras liceat ignoramus.
Unde et Crisostomus eadem ratione ab uno quoque homine
absconditus est dies mortis ipsius, videlicet ut semper
benefaciat semper mortem suam sperans; eadem ratione
et ab omnibus hominibus absconditus est dies adventus
Christi, videlicet ut non [illegible] generacio salvetur sciens aduen-
tum ipsius, sed omnes dum in singulis quibusque generacionibus
aduentus eius speratur. Hec Crisostomus. Et ideo quia tempus iudi-
cii et eciam mortis est incertum, ideo debemus semper
esse parati ad ipsum expectandum, et semper esse in to-
tima sollicitudine ne imparati inveniamur in mor-
te. Unde Bernhardus contra negligentes se parare: Miser, quare
omni hora te non disponis? Cogita te moriturum, que-
stus de utilitate moriturum distinguere qualiter cum
vertentur in capite, mene rumpentur in corpore et cor
scindetur dolore. Hec Bernhardus. Habeamus igitur in memo-
ria quia mundus fallax, vita brevis, finis dubius,
exitus horribilis, iudex terribilis, pena intermina-
bilis, et hec semper nos terreant et ad vigilandum
inducant. Unde Basilius: Semper enim ante oculos tuos ver-
setur ultimus dies. Cum diluculo surrexeris, ne adue-
speram te confidas peruenire; et cum quiesces in bra-
tia composueris, de luce non confidas aduentu; et
facillime poteris refrenare ab omnibus viciis. Semper
cor tuum celestia promissa meditetur ut ipsa te ad
virtutis viam provocent. Esto nunc talis in omnibus
operibus tuis qualem te vis futurum post modum. Hec Basilius.
Hec itaque scientes et illam diem semper suspectam ha-
bentes faciamus nunc de nobis iudicium et te occupan-
do faciem domini in confessione et iusticiam perficiendo

tiendo

dignos fructus penitencie ut deum nobis propicium inueniamus
et benignum Vn. Bernhardus Si nos metipsos diiudicaueri-
mus non utique iudicabimur Bonum iudicium quod me ab illo
districto diuino quod iudicio subducit et abscondit Prorsus
horreo incidere in manus dei viventis volo voltum ire in-
dicatus presentari non iudicandus Iudicabo proinde mala
mea iudicabo et bona Mala melioribus curabo cor-
rigere actibus diluere lacrimis punire ieiuniis cete-
ris quoque sancte laboribus discipline In bonis de me
humiliter senciam et iuxta preceptum domini seruum inutilem
me reputabo qui quod facere debui tantum feci Scruta-
bor ego vias meas et studia mea quo is qui scru-
taturus est Ierusalem in lucernis nil inscrutatum in me sine
indiscussum inueniat Neque iudicaturus est bis in idipsum
Vn. et Crisostomus In presentis peccatis non erubescamus homines
sed timeamus ut oportet deum qui et nunc videt que
fiunt et tunc punit eos qui non penitentes hic agunt
Qui enim verecundiam hominum inspicit nunc solum deo
aut inspiciente non verecundatur hic aliquid agere
indeuinemens neque vult penitere et tunc mutari in illo
dei die vniuerso orbe terrarum considerante exemplificatur
omnia enim ut in ymagine tunc stabunt secundum oculos
nostros ut per se condempnatus unusquisque sit derelinquo
Igitur si non vult quis diuulgari que sua sunt in illa
die sanet iam vulnera Instat enim derelinquo norare
tempus Sumus semper parati Non enim semper horum
potestatem habemus Quocirca hic peniteamus ut ita pro-
picium deum inueniamus ante futuram diem et multa po-
tiamur eius clemencia h. Crisostomus Illud autem saluator hic
probat per exemplum quod sit vigilandum Magis enim vi-
gilandum est pro eternis quam pro temporalibus Sed paterfa-
milias hora suspecta de aduentu furis vigilaret
pro temporalibus seu corporalibus Ergo et nos cum omni hora
omnis hora est suspecta debemus vigilare pro spiritua-
libus et semper esse solliciti ut in morte inueniamur
mur parati Si ergo paterfamilias sollicitus est de domo
custodienda multo forcius nos debemus esse solliciti
de vita eterna ne perdamus eam quod erit si in-
ueniamur parati in morte per gracie carenciam Sm. Crisostomus
Confundit hic desides quod non tantum studium faciunt pro
anima quantum alii pro pecunia qui fures expectant
ne perdant eam Illi enim vigilant ut resistant

furi/ hy aut vigilant vt inueniant parati Ex
ponit aut hec similitudo sm Crisostomum dicitur Primo modo
vocat furem dyabolum Domum mentem/ quam si inuenerit
per negligenciam ianitoris spoliat domum racionis illam
vestimentis iusticie auro sapientie argento innocencie Do
mum ergo suam quis sinit perfodi cum suggestioni con
senciens virtutibus spoliatur et in viciis leditur Secundum
hanc viam notant tria de patrefamilias vzt scire
vigilare et non sinere/ dicit ergo scire insidias furis i. cog
noscere prudenter vigilare ad sui custodiam. i. cauere so
berter non sinere i. resistere fortiter/ ne perfodiat domum
fossorio dyaboli/ qui primo parietem suggestione/ secundo fodit
delectacione/ 3o perfodit consensu Primum vir ponit
cauere/ secundum magis 3m maxime Alio modo expone
do vocat furem mortis diem/ quia occulte venit sicut
fur/ domum corpus/ ianuam os et aures/ fenestras oculos
vel sensus Extrema si sciret paterfamilias qua hora fur veni
ret i. mors/ que fur est/ et merito vel propter repentinum
aduentum vel occultum introitum vel propter sentimentum
spoliacionis rerum omnium vigilaret vtique/ ne moreretur in
peccato/ et culpa/ quia mors peccatorum pessima/ Et non
sineret perfodi domum suam i. cum violentia animam a cor
poribus extrahi/ sed sponte exire Unde Crisostomus Extremum anime per
catrices in corpore qui in proprio domicilio delectatur veni
ens cum sua dei angelis mortis perfodit corpus et animam
violenter auellit ab eo Anime aut iuste que non de
lectatur in corpore sed qui in exilio ibi sunt veniente sententia
non perfodiuntur nolentes/ sed vocantur gaudentes Unde
et Gregorius Nesciente patrefamilias fur domum perfodit
quia dum a sui custodia spiritus dormit/ improuisa mors
veniens carnis nostre habitaculum irrupit/ et eum quem
dominum domus dormientem necat/ quia dum ventura dampna
spiritus minime prouidet/ hunc mors ad supplicium nesci
entem trahit/ furi aut resisteret si vigilaret/ quia ad
ventum iudicis qui occulte animas rapit precauens ei
penitendo occurreret/ ne impenitens periret Et iterum
horam vero vltimam domini nostri ideo nobis voluit esse
incognitam ut semper possit esse suspecta ut dum illam
prouidere minime possimus/ ad illam sine intermissione
preparemur sed Gregorius Deinde concludit et ponit et

admonet nos ut parati simus / quia si tanta adhibetur diligencia pro custodia rei pravie, multo magis adhiberi debet pro custodia anime. Unde dicit: Ideo et vos estote parati sine macula cordis oris et operis, quia qua hora non putatis et inspirate filius hominis venturus est ad iudicium particulare in morte vel ad iudicium generale in mundi fine. Igitur quia nescimus diem vel horam illam una scilicet qua occulte et furtim venturus sit dominus vigilemus non una die vel una hora sed semper omnibus diebus et horis quasi semper sit venturus ne in illa die et hora dormientes et imparati inveniamur. O quam felix qui novissima provideret qui sibi a peccatis cavet qui seipsum non negligit qui se omni tempore ad mortem parat et disponit. Ut quandocumque mors venerit paratum eum inveniat, gaudenter scilicet ipsam accipiet quasi qui liberatoris sui adventum desideratum expectat dicens cum apostolo: Cupio dissolvi et esse cum Christo. Deinde generaliter subiungit: Quod autem vobis dico omnibus scilicet presentibus et futuris tam rectoribus ecclesie quam subditis dico vigilate per solliciitudinem quam sibi quilibet impendere debet ut commune omnium preceptum novissimum per plures audiant. Ubi ostendit quod non loquebatur tantum discipulis sed omnibus fidelibus presentibus et futuris. Extremus enim dies ille non omnes inventurus sit in hac vita, tamen ad omnes quodammodo pertinet videlicet quia tunc unicuique dies ille veniet cum venerit ei dies ut talis hinc exeat qualis illo die iudicandus est. Talis enim presentabitur in iudicio scilicet in parte dampnatorum vel electorum qualis invenitur in morte quantum ad graciam et meritum, vel culpam et demeritum. In quocumque statu quemque invenerit suus novissimus dies in eo comprehendet eum mundi novissimus dies, quia qualis in die isto quisque capitur et moritur talis in die illo presentabitur et iudicabitur. Unde Augustinus: Nemo querat novissimum diem quando futurus sit sed vigilemus omnes bene vivendo ne novissimus dies cuiusque nostrum inveniet nos imparatos, et qualis quisque hinc exierit suo novissimo die, talis inveniatur in novissimo seculi die. Et ideo vigilare debet animo omnis christianus ne imparatum eum inveniat domini adventus. Imparatum autem inveniet dies ille quem imparatum invenerit sue vite huius ultimus dies. Ubi invenimur ibi iudicabimur. Hec Augustinus

Qualem ergo dominus in morte quemque invenerit talem illo die iudicabit qui et iam in morte iudicium suum cognoscit Unusquisque christianus in morte christum videbit et tunc cognoscet an de electis vel dampnatis sit Unde lotharius qui postmodum Innocencius tercius est dictus in libro de miseria condicionis humane sic ait Videt ergo tam bonus quam malus antequam anima egrediatur de corpore christum in cruce positum Malus videt christum ad erubescenciam et confusionem ut erubescat se non esse redemptum sanguine christi sua culpa exigente Unde de malis dicitur Videbunt quem pupugerunt quod intelligitur de adventu christi ad iudicium et de adventu ad diem mortis Bonus videt ad exultacionem Unde et christus de Iohanne ewangelista ait Sic eum volo manere donec veniam ad obitum eius Quatuor namque leguntur adventus christi ad homines Duo scilicet visibiles et duo invisibiles Primus adventus fuit visibilis in infirmitate corporis scilicet in carne Alius adventus visibilis erit in maiestate dei scilicet ad iudicium Primus adventus invisibilis fit in mente iusti per graciam Secundus adventus invisibilis est in obitu cuiusque fidelis Unde dicitur obitus quasi obviam venit christus Hos quatuor adventus representat ecclesia in quatuor dominicis de adventu domini non solum uno dierum sed etiam racione officiorum Hic lotharius Eya ergo advocata nostra illos tuos misericordes oculos ad nos converte Et ihesum benedictum fructum ventris tui nobis post hoc exilium ostende o benigna o clemens o pia o dulcis maria:

Quinquagesimus Postquam ergo dominus in communi nos ad indefessam vigilancie curam admonuit Consequenter specialem rectoribus et principibus in expectacione et adventu suo sollicitudinem mandat Et quod vigilandum sit ostendit per secundum exemplum De servo prefecto qui sollicitus est regere domum sibi commissam non solum in presencia domini sed etiam in absencia eius Et sic veniens dominus eum remunerat Si autem in contrariis actibus eum invenerit eternaliter puniat Unde dicitur Quinquagesimus est fidelis in tenendo duo propter dominum serviens Ducitur christo non ad lucrum temporale sed pro amore christi pascens servus et humilis affectione non suam sed domini gloriam querere Et prudens in officii execucione qui subditorum capacitatem vitam et mores discuciat Quem constituit dominus super familiam suam

qui sz sit vocatus a deo et ipse se no ingesserit / Super fa-
miliaz suaz regendam et pascendam / vt sz det illis
non subtrahat negligent' pigricia vl occasione alia nec
vendat symonice nimio sz cupiditate terrene vl laudis
huane Det mensuram in tpe opportuno sz nccitatis et con-
lacionis .i. huta tpis opportunitate no indiscrete tritici
mensuraz .i. cibu anime et corpis sz dini verbi vl exepli
vl tpalis subsidij elem ad vsu hoim et mensuratum
pro qualitate auditoru et indigenciu / Qd aut dicat que-
rendo, quis putas. no est ignorante nec sit hec interogacio
impossibilitatem perficiende virtutis sz difficultatez et
rei raritatem / Rarus est em talis et difficile est ista
in vno inuenire no aut est impossibile vn Theoph dic
em in dispensacionibz facultatu sine aliquis incautus
sit fidelis dno suo existens sine eciam prudens sit et
infidelis dispergit res dni Sic et in rebz diuinis op3
est fidelitate et prudencia Duo ergo sim Crisost expetit
ab huiusmodi seruo sz fidelitatez ut nichil qd dni sui est
sibi ppriu furtiuiendo faciat aut vane consumat Et prude-
nciam ut ad id quod opportet que data sunt dispenset
Debet aut familiam pascere magis qm se et dare eis
cibu triplicez pdictu scdm mensuram et capacitatem sin-
glorum et hoc in tpe quia pdicatio nec debet esse assidua
ne vilescat neqz nimis rara ne subditi insolescant /
Idem em panis esurienti quide appetibilis est / saciato
aut no mltu / Prelatus ergo in debet vigilare sup se et
super gregez suu et aut3 fideli pro modulo suo / Beatus
em ille seruus quem dns in suo aduentu et tu veniet
in morte ipius querens sui sermones racionem / inuenerit
ita facientem .i. bona spualia et corpalia fideliter et
prudenter ac bn ministrantez hoc est in actibz caritatis se
exercentem ac pro se et sibi comissis vigilantez q2 per
talia meretur eternaz btitudinez / Nam super omnia
bona sua .i. sup omnia celestis regni gaudia et in di-
gla vltra quia nichil melius est constituet eum, quia
in btitudine eterna consequetur bonum infinitu qd
includit omnia bona / Btitudo em est status omni
bonoru aggregatione perfectus / Bona quippe pnncia
sunt pticularia / sz bona celestia sunt omnia et perfecta
eterna nunc ergo cognoscimus sz tunc perfecte Constituet
aut super omnia ut solus sz ut preterea possideat pmia
et gaudia eterna tu pro sua vita tu pro sui gregis,
custodia / Nam scdm Crisost / ex propriis meritis habebit

auream et ex aliorum acquisitione aureolam ¶ primum quia bn vixit / secundum quia alios bn viuere docent ¶ Unde apls ¶ Qui bn psunt dupplici honore digni habeantur maxime qui laborant in verbo et doctrina ¶ Und' dicit Augus ¶ Nichil apud deum nichil beatius epi vel psbiteri ad dyaconi officio si eo modo militet quo nr imperator iubz ¶ Iste seruus de quo hic dicitur est quilz xpianus qui e dispensator domini sui ¶ Quod pt tripliciter intelligi ¶ Uno modo in dispensatione spiritualium quod pprie pertinet ad platos ¶ Alio modo in regimine tpalium quod pertinet ad principes seculares et ad iudices ¶ Tercio modo in bono usu gratie a deo sibi collatarum ut qui aliquis in quo ro vires inferiores debito modo regit vitam virtuose pagit et hic ptinet ad omnes ¶ Unde quod dr ¶ Quis putas est fidelis seruus etc potest r'nderi hic est bonus platus vel bonus princeps vel iudex vel etc bonus simplex xpianus ¶ Quia ut dr in Ecclesiastico ¶ Unicuique madauit deus de proximo suo ut det illi cibum i omne auxilium in tempore necessitatis ad quod quilz pdictorum tenetur ¶ Unde Crisos hec aut no de pecuniis dicta sunt solum s et de sermone et virtute et de pecuniis et de omni dispensatione que vnicuique commissa est / hec ad principes seculares ꝫ aptabis utique parabola i vnicuique enim hunc quelibet ad communem utilitatem uti oportet et si sapienciam habite et si principatum et si divicias et si aliquid quotumque non ad nosmetipsos conseruare neque in perditionem insipienciis hec Crisos ¶ Nota bona presencia sunt particularia et imperfecta. sed bona celestia sunt perfecta et omnia. quia virtualiter omnia bonum continent ¶ Et tunc erit deus omnia in omnibus sic dicit apls ¶ Unde super omnia hil. quia nichil est ultra quod melius sit saltem obiectiue. Si aut dixerit / hic monet platos ad malum declinandum sub similitudine mali serui ¶ In quo primo detestatur meritum male vite / 2o comminatur supplicium eterne pene ibi ¶ Et diuidet eum ¶ Dicit ergo ¶ Si aut dixerit malus ille seruus in corde suo i cogitare presumpserit ✝ moram facit dominus meus venire ad iudicium particulare quod erit in morte vel ad iudicium generale ¶ Vbi dicitur 2o Si moram fecerit expecta eum ¶ Et cepit percutere seruos suos i iniuriare eos i incipit affligere vel infirmiorum consciencias prauo verbo vel exemplo viciare / omnes sunt conserui vnius domini / De hac percussione loquitur apls p'e ad Corinth 8o ¶ Sic aut peccantes in fratres et percucientes eorum consciencias in

✝ ac si in corde suo diceret mors longe e a me hec quippe dicit ille qui non cogitat de morte

Nichil cogitans de dni aduentu in morte vel in iudicio et pmittendo sibi longam vitam.

Voluptatibus et illecebris carnalibus voluptatibus operibus et cecitati continue conservos suos quos salvare defendere debuit percutit inimicus lacerando vel pravo verbo aut exemplo corrumpendo vel peccare faciendo sic quod cum securitate multa procedit, veniet dominus servi illius in morte vel in iudicio generali, in die qua non sperat et hora qua ignorat

firmat in Christum peccatis vel percutit id est opprimere. Et dicit si cepit quanto magis si perseveraverit. Et sic exprimitur malicia ex parte irascibilis. Manducet autem, ecce malicia concupiscibilis. Ubi detestatur gulam et carnis illecebram. Manducet autem et bibet cum ebriosis, deditus societati et imitationi eorum in gula et lascivia. ysa. 28. Sacerdos et propheta nescierunt pre ebrietate absorpti sunt a vino. Veniet autem dominus servi illius. Vide in quo mali omnes prelati intelliguntur. Veniet ergo dominus scilicet in morte ubi est iudicium particulare vel in extremo examine ubi erit iudicium generale. In die qua non sperat et hora qua ignorat. Remigius de divite congregante luc. 12. Et sic exprimit vitam et meritum malorum prelatorum in sex que sunt propria eorum scilicet est presumptio, inferiorum oppressio, castrimergia, luxuria, contemptus et negligentia. Et dividet eum scilicet a consorcio fidelium, quia separabit bonos a malis sicut oves ab edis. Partem quoque eius ponet scilicet premium et remunerationem cum ypocritis id est cum dampnatis. Sed quare potius dicat cum ypocritis quam cum aliis. Respondeat potius cum ypocritis quam cum aliis ut similitudo pene respondeat similitudini culpe. Ypocrita enim aliud est et aliud ondit. Sic qui in agro vel in mola seu in lecto erant et eadem facere ac si boni videbantur, sed exitus diverse voluntatis apparet cum derelinquuntur et cum dampnatis sociantur. Ecce malorum conservorum remuneratio scilicet eterna dampnatio. Ubi Crisostomus. Dividet eum de consortio Christianorum ut neque cum sanctis glorificetur neque cum hiis qui mediocriter deliquerunt mediocriter puniatur. Et iunget cum ypocritis et infidelibus ut quorum imitatus est mores, ipsorum sumat interitum. Sicut enim sacerdos quemadmodum super omnem populum glorificatur si bene fecerit, non solum propter suam iusticiam sed propter omnium quia causa est ipse iusticie universorum. Sic et peccans super omnes punietur, non solum propter suum peccatum sed et propter omnium quia ipse sit causa omnium ad peccandum. Hec Crisostomus. Deinde de pena eorum subiungit dicens. Ubi erit fletus et stridor dencium ex vehementia frigoris. Unde Ysidorus. Maledicta pars eius in terra ad calorem nimium tabescat ab aquis nivium de hac pena hec latinus super de nohabete ve.

vestem nuptialem. Attende ergo hec o serve bene
male et te emendare stude quia nunc est tempus
emendationis et laboris postea erit retributionis
et mercedis. Hic ponuntur quatuor dubitationes
Prima quod sit universale futurum iudicium Secunda quod in iu-
dicio erit vocalis disceptatio Tertia quod disceptatio erit
de solis operibus nostris Quarta quod omnes in iudicio persona-
liter comparebunt Ad primam dicendum Ad hoc ut
omnibus clare manifestetur divine iusticie processio
in operibus suis ordinavit divina iusticia providen-
tia esse futurum universale iudicium quod erit omnibus ma-
nifestum in quo electi suum premium et reprobi suum sup-
plicium recipient complementum tunc enim augebitur
supplicium reproborum et gaudium electorum Ad illud autem
quod quod dicit Non iudicabit deus bis in idipsum
dicendum quia iudicium quo deus modo deus iudicat est
cuiuslibet persone singularis per se nec est omnibus
manifestum nec retribuit totum premium nec totum suppli-
cium quia punit animas non in corporibus et
similiter premiat de lege communi Illud autem iu-
dicium erit omnium simul et omnibus manifestum et red-
detur cuilibet suum premium et suum supplicium complementum
et compositum ex corpore et anima iudicabit sic ergo
patet quod non iudicabit bis in idipsum quia penam
quam ante animabus inflixerat iterum non infliget
sed quod deerat superaddet Ad secundam dicendum quod ad
istam questionem dixerunt aliqui quod nulla ibi erit
disceptatio vocalis sed tantum mentalis quia vocalis
esset superflua eo quod illi qui erunt in iudicio mu-
tuo cognoscent conscientias suas opinionem suam
confirmantes per Augustinum dicentem xx de ci. c. xiiii quod
simul omnes et singuli iudicabuntur sed si cum quolibet esset
in singulari vocalis disceptatio iudicium per ma-
ximum tempus procederetur Alii qui magis videntur
concordare cum textu sacre scripture dicunt quod ibi erit
disceptatio et mentalis et vocalis quia Christus qui
iudicabit deus est et homo et ideo iudicabit modo
divino et humano et ex hoc erit magis gaudium
sensibile bonorum et maior dolor sensibilis reproborum
Cum non erit frustra sic ut in corporali eius appari-
tione gaudebunt iusti et tristabuntur reprobi

Mentalis ergo et vocalis erit citacio, quia et metaliter
ad iudicium vocabuntur, et per ministerium angelorum vo
caliter. Unde idem dicit ibidem Mittet angelos et congregabit
electos suos a quatuor ventis et hoc facient angeli cum
tuba ut exponit magister quarto Sententiarum distinctione
xliii. Mentalis est et vocalis erit reproborum accusacio.
Accusabunt enim eos consciencie eorum secundum apostolum
Ro. ii et eorum iniquitates que erunt omnibus manife
ste. Unde Sap. iiii Traducent eos ex adverso iniquitates
eorum. Christus etiam vocaliter accusabit eos, sicut
habetur Math. xxv dicet eis Esurivi et non dedisti
michi manducare etc. nec hic erit contra formam recti
iudicii quod iudex proponet contra eos quia ipse procedat
ex officio suo. Testificacio est erit metalis et vocalis
quia omnes iudicabit consciencias singulorum, ita quod in co
gnoscentibus propriis testificabitur quilibet esse dignum. De
quo consciencia cuiuslibet reprobi accusabit ipsum. Ange
li etiam illi qui fuerint custodes eorum specialiter
testificabuntur contra eos quod non tamen tenent fideles sed etiam
philozophi plures, ut patet in libro de deo Socratis
homines etiam electi vocetenus contra eos testificabuntur.
Sententia etiam diffinitiva non tantum metaliter sed etiam vo
caliter proferetur, ut videtur sonare sacra scriptura
Math. xxv. Ad terciam dicendum ut in precedenti questio
ne dictum est in iudicio erit disceptacio metalis et vo
calis. Prima erit de omnibus operibus non tantum in spe
ciali sed etiam in singulari, quia sicut dicit Augustinus xx de civitate dei c. x
iiii. virtute divina fiet ut cuiuslibet opera sua bona
vel mala cuncta in memoriam revocentur et mentis in
tuitu mira celeritate cernentur, ut accuset vel excuset
scientia conscienciam atque ita simul et omnes et singuli
iudicentur. Utrum autem de aliis operibus mine ibi vocalis
aliqua disceptacio sit futura certum non est nobis, sed
tamen satis certum est quod aut fiet de solis operibus mine
aut precipue de illis ut omnibus appareat manifeste
quod qui peccata per mine opera non redemerunt, indigni
sunt mia. Unde idem per Dispereat de terra memoria eorum
pro eo quod non est recordatus facere misericordiam. Et Jacobi, non
iudicium sine misericordia sed saluate illi qui non fecit misericordiam. Ad quartam
tam est dicendum quod omnes in iudicio personaliter comparebunt
ut conscientie singulorum in presentia iudicis singulis pate
ant ad divine iustitie manifestationem et ut omni hic

presciendes et paudientes per sacram scripturam
Nulla sic oportebit eos probabiliter comparare diligenterque
se preparent ne in tanta congregatione et coram tanto
iudice extremam recipiat confusionem et ut singuli iudi-
ce quo ad humanam naturam videat ad contemplationem ele-
ctorum et reproborum ampliorem afflictionem reprobi enim in
eius aspectu vehementer affligentur Unde Apocalypsis vi dicitur
de reprobis dicent montibus et petris cadite super
nos et abscondite nos a facie sedentis super thronum
et ab ira agni

Capitulum xxv

**Tunc simile est regnum celorum decem virgi-
nibus que accipientes lampades suas
exierunt obviam sponso et sponse Quinque
autem ex eis erant fatue et quinque prudentes Sed
quinque fatue acceptis lampadibus non sumpse-
runt oleum secum Prudentes vero acceperunt
oleum in vasis suis cum lampadibus:** Postquam dominus
ostendit quedam antecedentia iudicium et monuit ad vigilandum
Consequenter describit ipsum iudicium Et quia universitas iudicanda
describitur et distinguitur in tres status scilicet activorum contempla-
tivorum et prelatorum ideo tres ponit parabolas ad istas tres per-
tinentes Prima est de decem virginibus et pertinet specialiter
ad contemplativos Virginitas enim vitam contemplativam
significat quia castitas mentem a carnalibus elevat et sic
ad contemplationem veritatis disponit Numerus autem denarius universi-
tatem contemplativorum significat Ad prudentem pertinet me-
morari preterita et providere futura debiteque et regulariter se habere
circa presentia ut imminentia pericula possit devitare Ideo dominus in
presenti evangelio hortatur nos ad prudentiam id est futurorum previdentiam
scilicet sui incliti tremendum examen in quo palee a tritico ve-
tilabro irrevocabiliter segregentur id est boni a malis et pruden-
tes a fatuis Primi enim per quinque prudentes virgines secundi per
quinque fatuas designantur ut memorando mala que fatuis vir-
ginibus evenerunt ne sequamur sed studiosissime nos venturo
sponso ad obviandum preparemus et tandem eterno supplicio de-
librato cum Christo sponso ad nuptias celestes ingrediamur Et hoc
est in ista parte evangelium Sed quia in festo etiam hoc evangelium le-
gitur de virginibus primo de virginibus exponendum est deinde de
omnibus Christi fidelibus Pro cuius introductione sciendum Et dominus
hic prudentes virgines commendat ut mulieribus sexus intelligat
se de cetero absolutum a maledicto legis cui sterilis subiacebat
et accepisse a domino licentiam continendi sed prudenter id est propter deum vir-
ginitatis amatrice ut sic virgo sit sancta et casta corpore et spiritu
Sed quia nonnulle sunt virgines in sancta ecclesia que insipientes

Hugo

nō pter deū s3 vana gl'am continet quas stulcior gemitet adu
lacionis commixte nichilominus prudent' cotinetib3 io regnū
celoꝝ s'ctā uir ecīa prudentib3 et fatuis simile esse evan
gelisat In pnti pabola s'cdm triplicis dram tres descri
bunt admonitos Est em tpus meriti in quo ntā admoni
tone pparamur et e tpus iudicii in quo examinabim' et pmiī
in quo remunerabim' pmū ptinet ad cursū vite s'cdm ad
examē iusticie zm ad examen date sine Meritū conversa
tonis describit' in pma parte evangelii iudiciū examina
tonis ibi dū aū irēt emere Tempus meriti describitur
dupr' pmo quo ad conversatonem exteriorem que omib3 comunis
est Deinde quātū ad consciam interiorem que multū differens
ex virginib3 1 multitas ecīa que pmitta e tam religiose
q3 supsticiose viuetib3 decem virgi Jero9 Non ad virgina
lia corpa s3 ad tom generis xpifidelium h' pabola pertinet
quib3 dr' ij Core xj Despondi vos enī' vni viro virginem castam
exhibe xpo Omē igit' ecclam virgines dīr s'cm Aug9 q2 tota
comune tenet castitatem virginalem pure maritate et vidualib3
talem sine adulterio ze vidualem mente z corpe ze com
ecīa constat ex bonis et malis Vel s'cm Cr. Tota
dīr virgines s. boni pp' puritatem mali ppt sterilitatem Vel
ideo q2 dñs deus in pmis parentib3 nām hūanam fecit virgi
nem et qmus nā sit corrupta p pcm originale tn baptism
puritatem restituit et innocenciam Dīr aū decem s'cm Greg
q2 hūna nā quinq3 sensib3 geminate ondit' insignita vt sut
quinq3 corpis exteriores et quinq3 aīe interiores exteriores sunt
duces interioꝝ s3 interiores sut reges exterioꝝ Nichil em exterio
res pficeret s' licz ipi essent aperti si effectus suos no haberet
in homine interiores Bernardus aū quinarius denariū pficit
Et ex vtriusq3 sensib3 fidelium multitudo insignit' congrue s'ctā
ecīa decē virginib3 silis esse pibet' Vel dīr decē q2 tota
lib3 fideli Si vis ad vitam ingredi serua mādata z q2
madator obseruancia sine fide no sufficit ad salute heb
xj Sine fide impo9le est placē deo ideo subditur Acceperūt lamp' suas Per lampadem em s'cm hug. vir. fides
intelligit' Est em vitrea et pvia et fides est speculm quo
in pnti videmus dum 1. Core xiii videmus nūc p speculm' Her
fides trib3 cathenis ligat' leuat' et tollit' in altū que
sut pōn pris. sapia filii et benignitas spus s'ctī Her em le
uat ponderosū cor hominis quod p se surge non valz ad ce
lū ideo dr' accep. lampa. suas q2 crede no pt quis
nisi volens Non em est xpiane discipline ut inuitus quis
conuertat Itez lampas dom illuīat et fides illuīat aiaz
tenebras infidelitatis expellens Ubi em fides ibi no sunt
tenebre figura hui9 Exod x. facte sut tenebre horribiles in
vniuersa tra egipti s3 ubi habitabat filii isrl lux erat hant

Cur dīr virgines tres rones

q' thoro dma- tealio casto

Vel bō q' ppt puritatem castitatis virgines dīr et mali q' ppt sterilitatem dīr virgines z ex hiis co stat ecclā

Cur decē

Licz nā hūana p pcm sit corrupta tn baptism9 restituit innocentiam z sic in pmis parentib3 ostendit' virginitas q' vta

nō

lampadem in baptismo suscepimus dum per nos aut per alios
dum et sanctam ecclesiam oraculo renunciando confitemur. In signum
huius ingredientibus ecclesiam per baptismum ianuam sicut egredientibus
per mortem ardens lampas aut candela offertur ut ductu lu-
minose fidei hanc vitam sine periculo transmeant. Item lampas
est virginitas carnis, quia sicut lampas confracta non reparatur. Amos
v° Cecidit domus Israel non adiciet ut resurgat. Virgo proiecta
est in terram suam non est qui suscitet eam sed quia virginitas
non precipitur. i. Cor. vii De virginibus preceptum non habeo. consi-
lium autem do. sed sponte et voluntarie suscipitur. Item lampas superius
aperta est. inferius clausa, sic virginitas debet esse clausa homini
aperta vero deo. Item lampas superius est lata sed inferius stric-
ta. Sic virgo debet dilatari in spiritualibus et stringi in terrenis. Item
vitrum lampadis debet esse tenue. et quanto magis tenue fuit
tanto clarius lux lampadis fulgebit. Sic mundicia virgini-
tatis plus appareret si assit corporis attenuacio seu carnis
maceracio. Item debet esse albi coloris. Albedini enim cognatum
est lumen. sic virginitati debet esse cognata vite innocentia.
Tres cathenule quibus in altum suspenditur. sunt paupertas vo-
luntaria. carnalium voluptatum abhominacio. et amor sponsi
celestis. De primo Job xxxi Si fuit in cathenis et vinciantur
funibus paupertatis. De secundo i Cor. vi. Qui fornicatur in corpus
suum peccat. De tertio cantat ecclesia. Regnum mundi et omnem ornatum etc.
Et b. Agnes d. Discede a me pabulum mortis etc. Oleum in
lampade est caritas in castitate. Sap. iiii° O quam pulcra est
casta generatio cum caritate. quasi dicat. pulcra est lampas cum oleo.
Sed oleum in lampade est caritas in castitate. tolle oleum
de lampade et non lucet. et caritatem de castitate et non pla-
cet. Hoc oleum a superbia ebibitur. Eze. xvii Aquila grandis
magnarum alarum venit ad libanum et tulit medullam
cedri. Aquila grandis est superbia. Due ale eius sunt con-
sideracio bonorum et oblivio defectuum. Hec continentia evacuat
per medullam cedri arboris imputribilis signatam. Et etiam ca-
ritatem expellit de corde. Eze. xxviii Elevatum est cor tuum
in decore tuo. Cor elevatum sine tumidum per superbiam non retinet
oleum sed effundit. Ideo preceptum Exo. xxvii ut altare fiat conca-
vum. Per altare cor hominis significatur quod debet esse concavum
per humilitatem ut oleum gracie valeat retinere. Unde Maria de sua
humilitate gloriabatur. Luc. i. Sed ad sponsam eiusque ut quilibet fidelis in
suscepta fide voluntatem suam voluntati divine et ecclesie conformet.
Unde sequitur Exierunt obviam sponso. i. Christo. qui est sponsus ecclesie
et sponse. i. ecclesie que est sponsa Christi secundum illud Osee ii Spon-
sabo te michi in fide et iusticia. Sic enim ex latere Ade dormi-
entis fabricata est eius sponsa. i. sancta ecclesia. Hoc cognovit s.
Johannes baptista unde Joh. iii Qui habet sponsam sponsus est. Apoc.
xxi Vidi civitatem sanctam ierusalem novam descendentem de celo a deo paratam sicut
sponsam ornatam viro suo. Vel exierunt obviam. i. in die exitus de utero
matris in baptismo ad occurrendum domino advenienti se paraverunt. Glo.
Vel exierunt obviam. quia in eo quod acceperunt lampadem fidei
voluntati Christi et ecclesie se conformaverunt. Vel exierunt obviam
sponso et sponse. i. Christo et beate virgini. Utrumque enim ad choros

virginum libent' attendit. Vn̄ Cant. v. invitem filius invitat d.
veni in ortum meum zc. Ortus undique clausus e. collegium quinque
prudentum sunt xpus et maria et omes chori angelici se li
bent' associant. fm̄ id ps. prevenerunt principes coniuncti
psallentibus in medio iuvencularum tympanistriarum .i. in carite
mortificatium carnem suam. Ibi beniamin adolescentulus
.i. xpus qui inter lilia pascit'. Ante ergo eis obviam est per
votum innocentie incedere vel votum virginitatis assume
quod fecit que ait. Quomodo virum non cognosco .i. me cognitu
ram non proponi. Hinc sponso et sponse dupliciter modo oc
currit. Quidam ore tantum sicut dicunt se xpianos ore et vivunt
gentiliter ope. Apostolus .i. confitentur se nosse deum zc. Et ysa. iii
populus hic labiis me honorat. Quidam ope exterius tantum ut ypo
crite de quibus dicitur supra vi. Amant orare in synagogis ut vide
antur ab hominibus. Quidam vero ore et ope. sicut xpum ore profitetur
et vita imitatur quod est ambulare in veritate et misericordia.
hee sunt due vie quibus dominus ad nos venire solet ps. univer
se vie domini misericordia et veritas. et hiis equis venientem ad eum
sibi obviando. ita ut veritas referatur ad confessionem fidei. misericordia
ad opera. Primum et secundum fatui sunt. Volunt enim vento umbri
zari. Sed prudentes. Ideo sequitur Quinque ex eis erant fatue et quinque pru
dentes. Quinque vero sponso et sponse obviam eunt que e. inter quinque ista
Quinque enim tamen conveniunt. primo in carnis continentia. quia omnes
virgines erant. 2o in fidei concordia. quia omnes accepe. lamp. 3o
in dei noticia. quia exibant obviam. Differebant autem in duobus
ab invicem. Primo quantum ad discretionem. quia licet virgines tamen fa
tue. 2o quantum ad affectionem voluptatis. quia licet habebant lampa
des tamen erant vacue. Dicit ergo Quinque ex eis erant fatue. quia vani
tati quinque sensuum servierunt et bona opera pro laudibus hominum fere
inferiora dederunt cum possent resistere .i. a sensibus quinque hominum deduxerunt.
Quinque autem prudentes erant .s. in veritate vivendo per eternis serviverunt.
hoc enim facere est actus prudentie. Est enim prudentia virtus
directiva humanorum actuum ad debitum finem. Dicit enim sexto ethi.
quod sit recta ratio agibilium. Vnde a philosophis auriga virtutum dicitur. Pru
dentes igitur sunt homines utriusque sexus qui iuste et sancte
vivendo in hoc seculo omnia in deum sicut in ultimum finem dirigunt.
Nam fm̄ ysidorum in libro ethimologiarum stulticia importat cordis dulci
ciam cordis et obtusionem sensuum. Fatuitas autem importat cordis duri
ciam spiritualem sensuum privationem. Virgines ergo prudentes sunt continentes
sive contemplativi que sua opera bona de genere ad finem debitum
ordinant. Scilicet ad gloriam dei principaliter. ad perfectionem suam et edifi
cationem proximi. Et quia fatuitas e privatio prudentie ideo fatue
virgines dicuntur continentes sive contemplativi a perfecto fine declina
dentes. et merito dicuntur virgines fatue. quia bonum opus de
genere ponunt propter defectum intentionis recte ut quia bonum et lucem
vigilare. carnem affligere. orare. et similia facere et nullam
aliam mercedem nisi vanam gloriam expectare. De talibus
enim dicit dominus. receperunt mercedem suam. Prudentes vero

ad deum totam intencionem referunt et pro operibus suis a deo tan
solum placere cupiunt mercedem recipiunt Prudencia quippe
magna est et mediocris magnifica et ex temporalibus acquirere
perpetua, et in hiis dimittitur totus mundus, et tota fide
huius mundi o / eterna ut aut Ieronimus Secundum eciam virgines pru
dentes hic pro deo operantes. et fatuas pro vana gloria labo
rantes videat ergo vnusquisque ut bone et bona inte
cione faciat hoc quia non bonum facere sed bene facere laudabile
est / Non enim celebris merentur sed cicius ut non in eo quod bonum
faciunt sed in eo quod bene Secundum quinque fatue acceptis lampadi
bus non sumpserunt oleum secum, Oleum sunt opera iuste que fi
dei vigorem portant / habent igitur lampadem sine oleo qui
habent fidem sine operibus Nam fides sine operibus fatua est
Ignis quo ista lampas accenditur est verbum dei quo fi
delis anima incipit illuminari et solidari in fide et quo fides
nutritur sicut lampas oleo psalmus lucerna pedibus meis verbum
tuum Vnde exodi xxvii precipitur filiis israel ut afferant oleum de ar
boribus olivarum purissimum piloque contusum ut ardeat lucerna
semper in tabernaculo testimonii / Oleum de olivis significat
opera iusta que debent esse purissima id est sine commixtione vane
glorie piloque contusa id est cum discrecione facta vel timore dei
humiliata, et cum illo debet ardere lucerna fidei in tabernaculo
id est in corde iusti hoc oleum fatue non habent, credunt enim sibi sufficere
hoc quod nomine christiani sunt et opera christi non faciunt Contra hoc dicit Iohannes
i Iohannis i° Qui dicit in christo manere debet quemadmodum christus ambu
lavit et ipse ambulare Ideo dicitur in evangelio Quinque fatue acceptis
lampadibus non sumpserunt oleum secum id est suscepta fide non operabantur
secundum opera fidei Vnde hugo lampas vacua est fides sine operi
bus que est mortua Iacobi ii Vel per oleum significatur recta intencio
per lampadem bonum opus, quia sicut lampas in nocte dissol
uit tenebras ita exemplum boni operis provocat nos ad lu
cem virtutum Sed fatue id est virgines acceptis lampadibus id est operibus in
genere bonis. non sumpserunt oleum secum id est defecerunt in recta in
tentione Sicut enim in lampade eadem lux ab eadem radios digre
diuersos effectus habet Sic idem opus in genere ex diuersa intencione va
riatur procedens Alii enim gaudent de consciencie puritate sicut paulus
~~Alii enim gaudent~~ Gloria nostra hec est testimonium consciencie nostre ii Corinthiorum
i Alii humane laudis vanitate ut ait vir Receperunt mercedem suam
Vnde Gregorius per oleum nitor consciencie designatur hoc fatue secum non
sumunt quia gloriam vanam in exterioribus non habent dum hanc ab ore
proximorum querunt Omnes igitur virgines lampades habent id est ve
dendo aliqua bona opera apparencia ostentant Sed non
omnes habent oleum, quia plerumque reprobi cum electis similiter bona opera
ostendunt, solum tamen illi cum oleo ad sponsum veniunt qui de hiis
bonis que foris gerunt non gloriam possidere concupiscunt, sed gloriam inte
rius conscientie querunt, secundum id psalmi Omnis gloria eius filie re
gis ab intus Sicut enim lampas sine lumine olei obscura est sic opus
sine recta intencione, Ideo dicitur Ecclesiastes ix oleum de capite tuo non
deficiat / quia sicut lux ornat lampadem / et intencio imponit no
men operi et dat decorem / 2° secundum Crisostomum per oleum significatur
caritas, quia sicut oleum supernatat id est superfertur omnibus liquoribus

Sic caritas preminet omnibus virtutibus Unde paulus 1. Cor. xiii Emulamini
diversis virtutibus concludit. Maior horum caritas In hoc oleo fatue
et mundi amatrices defficiunt ideo eorum opera non sunt deo accepta
lampas sine oleo est opus factum sine caritate Exito secundum Augustinum
Per oleum iocunditas mentis spiritualis intelligitur quod illi habent qui
gaudent in bonis operibus bene et ex habitu virtutis factis / Signa
signum virtuosi est gaudere de operibus virtutum 2o Ethicorum philosophus imo
gaudete in domino semper iterum dico gaudete In ista sunt fatui
deficiunt qui tristantur in bonis operibus Contra quod apostolus dicat
ii Cor ix Unusquisque prout destinavit in corde suo non ex
tristitia etc. De hoc oleo dicit ps Unxit te deus tuus oleo leticie
Nota quod multi sunt fatui qui delectantur in bonis operibus aliorum
et sua propria negligunt Sicut quidam gloriantur in sanctitate katherine etc.
illi habent oleum sed non in vasis suis sed alienis quia eius vitam
non imitantur Talibus dicitur Io. Joh viii Si filii abrahe estis opera
Prudentes vero acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus id est de
caritate fecerunt opera sua bona Generaliter vasa quibus oleum recipitur
do infinitum corda nostra sunt que spiritualium carismatum et fidei
spei et caritatis et aliarum virtutum odore replentur De hiis vasis
dicit paulus ii Cor iiii habemus thezaurum istum in vasis fictilibus
Comtor Sicut vascula corda nostra sunt in quibus feramus cuncta
que cogitamus / prudentes vero virgines acceperunt oleum in vasis suis id est cordibus
vel ostendentes suis cum lampadibus id est bonis operibus exterioribus lucentibus
ad edificationem proximorum et exemplis ut potest in fervore caritatis
et recta intentione et spiritualis mentis iocunditate facitis Ideo Cant
vel dicitur lampades eius scilicet prudentis virginis lampades ignis
id est fervide caritatis atque flammarum Aque multe non potuerunt extinguere
caritatem nec flumina obruent eam Super quo dicit Gregorius Caritas
dum interius in corde ardet ignis est dum lucet exterius in operatione
flamma est Aque sunt pravitates ii Cor. ii tibi vis in via peccati
ut bibas aquam turbidam Caritas igitur operit multitudinem
peccatorum flumina sunt impetus diversarum temptationum que ar-
dentem lampadem non extinguunt. N. Cor. ffe lux r qui habet ca-
ritatem prudenciae in conspectu ut sit de numero prudentium / pu
ritatem continencie in carne ut sit de collegio virginum caritatem
gratie in affectu ut habeat caritatis oleum / fervore devocionis
affectu ut habeat lampadem accensam Unde dicitur luce xii Sint
lumbi vestri precincti id est castitate et lucerne id est prudencie atque ardentes
tes per gratiam in manibus vestris et vos similes hominibus expectantibus dominum suum
de qua expectatione superius dictum est In hora autem sedem per
Nota quod ex textu isto colligitur quod quedam sunt virgines fatue. que
fructum bonorum operum non produnt. in Christo per caritatem tamquam per
copulam se miscuerunt sed in sterilitate perpetua permanserunt de quibus
Treni 1o dicitur Virgines eius squalide. sacerdotes eorum gemen-
tes et ipsa repleta amaritudine Alie sunt virgines pruden-
tes que habent carnis integritatem puritatem et mentis consciencie
de quibus loquitur apostolus 2a ad Cor. xi Despondi vos enim uni viro
virginem castam exhibere Christo. quod dicit Augustinus In hoc consistit spiritua-
lis autem virginitas quod fides sit integra spes solida. caritas sincera
ra Reges enim non solent sibi nubere mulieres corruptas
pelectas virgines sic revera Christus vult quod sibi in baptismo
virgines pulcre et munde id est anime sancte et iuste. non pecca-
trices fetide et corrupte Et ideo Christo ad modum virginibus in

gremio beate virginis marie regnaverunt Et eciam virginitatem volunt et
amant In cuius signum virgines plurores habuit et discipulos
virgines invenit virgines commendavit, amore cuius alias quasque
bonas virgines dilexerit de quibus dicitur in psalmo Adducentur regi virgi-
nes post eam proxime eius offerentur tibi in leticia et exultacione
Igitur dic mecum virginitatem et mentis integritatem deo servent
Et eciam quecumque bone religiose deo mundas et virgines se co-
servent, quia procerto nulla nisi sit virgo vel mente vel corpore deo de-
sponsabitur ut in paradiso suis castis amplexibus perfruetur Unde
Hester 2 querantur regi nostro virgines et puelle speciose Iste vero
que mente et carne erunt virgines Christi in paradiso erunt socii et
consortes Apocalypsis 14 hii sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati
et sequuntur agnum quocumque ierit Sed quia tamen multa requiruntur
ad custodiam virginitatis tam corporalis quam moralis hic est quod pre-
cipue hic ad virginum doctrinam isto ysaie 47 descende sede in
pulvere filia virgo babilonis In quo advertendum quod sicut lilium per
quod in scriptura virginitas denotatur sex habet folia quibus granum
quod est intus ambitur Sic vero hic ostenditur sex habet speciales virtutes
quibus in suo esse scilicet perficitur et tenetur Et iste prima duo sunt humi-
litas subiectionis descende tranquillitas quietacionis sede Asperi-
tas afflictionis scilicet in pulvere Sterilitas possessionis quia virgo
Nobilitas condicionis quia filia Vitacio confusionis babilonis De-
bet igitur virgo sapiens ad conservacionem sue virginitatis et perfectionem
humilitatem et subiectionem habere quod ostenditur cum dicitur in verbo descende quia
scilicet non debet alte sapere nec de suis viribus presumere nec per elacionem super
alios se offerre sed potius debet ad sue fragilitatis consideracionem de-
scendere et virginitatem suam deo humiliter commendare, exemplo illius
de qua legitur quod virginitatem domino suam precibus commendat Virginitas
enim et castitas ex propriis viribus non habetur sed a deo conceditur
et donatur Sapiencie 8 Non possum esse continens nisi deus det Et
ideo certe necesse est quod per humilitatem conservetur ut sit in bono perseverans
natura istud Tre[norum] 5 humiliaverunt virgines in civitatibus iuda
descende inquit ysaia 55 dicitur, descendit ymber et nix de celo Nix
enim personam candidam et castitatem designat, et de tali descensu
humilitatis intelligitur istud Amos 5 virgo israel precata est, dilatam
Et de tali humilitate dicit Augustinus in libro de virginitate Non solum
predicanda est virginitas ut ametur ymmo eciam monenda est ne
infletur dicit enim super amissus est pulchra premitto humilitatem virgini-
tis Deo ergo placet illa anima in qua virginitatem commendat humilitas in
qua humilitatem exornat virginitas Sic ergo habeat virgo humili-
tatem et subiectionem descende Secundo habeat tranquillitatem et quietem
quia sedit inquit Secunda sed ad virginem pertinet domi et in claustro qui-
escere et sedere non ad ludibria discurrere vel vagari, vinum enim
sepe motum in estate corrumpitur si tamen ipsum frequens foris administretur
Si vero in quiete dimittatur in puritate propria conservatur Sic vero
multe sunt mulieres que si domi sederent et quiescerent in pu-
ritate virginea ipse remanerent, que tamen quia discurrunt corrumpun-
tur et luxurie foris administrent Exemplum est de dyana virgine
filia Jacob que volens et vadens videre virgines et mulieres
regionis ab Emor est corrupta Genesis 34 sede ergo terre 2 sede-
runt in terra et conticuerunt senes filiorum Syon conspexerunt cineres
capita sua virgines ubi et bene dicit, hic conticuerunt quia taciturni-
tas et raro loquium multum iuvat etc Tercio dico quod habeat asperitatem et
afflictionem in pulvere inquit quia sed virgo non debet in deliciis vivere

non dignum

sed corpus per primam macerare, perditatur .i. castitas in delicijs, caritas in diuitijs, vitas in multiloquio, bonitas in hoc mundo / et reg. Et ideo ipsa sedet in puluere et cinere .i. in asperitate in vilitate pene. Qui virgo viuere sed corpus per primam macerare et a carnis delicijs abstinere et potissime vilitas et asperitas ornatus et non curiositas requiritur ad hoc quod castitas teneatur intus .i. in anima debet ornare et non extinus. quia in psalmo omnis gloria eius ab intus. puluere meo puluis eius cinis et saccus erat arma primum et plorantium prophetis. pro plangere quod virgo accincta sacco Ecce terre. 2. virgines vestimentum accincte sunt cilicio. puluere meo ut sic dicat id Job 10 Ecce nunc in puluere dormio. habeat vero asperitatem et afflictionem. Certo habeat sterilitatem possessionem. rationem est quod sit virgo .i. sterilis quantum ad bona mundi et non fecunda quantum ad diuicias temporales. Vir .i. potest esse virgo et casta que diues est diuitie .n. cor ad cogitandum de mundanis solet diuidere et trahere. paupertas non habet preter deum ubi defigeat cogitare. 4. i. ad Cor. 7. virgo cogitat que dei sunt. Certo quod habeat nobilitatem non deiectorum filia sed non serua filia. Cum nobiles quanto non faciliter in viles personas consentit. Virgo igitur et anima et que virgo sunt filie dei spirituales non debent ad turpia faciliter attendere sed nobilitatem et generositatem sui status et virginis cogitare. Et de hoc in mundo corpe et animalo non curare ut sic deus possit dicere tali virgini .i. anime sponse sue predilecte istud Judith 19 habeo filiam virginem. Certo dico hic et ut habeat timiditatem et confusionem quod ondit ... babilon .n. interpretatur confusio quia sed certe confusio bona et verecundia timorosa sunt conditiones virginum honestare ... 2. Abijcierunt in terra capita sua virgines inda. Vt sic de qualibet tali virgine dicat istud Ysa. 21 Babilon dilecta mea facta est michi in miraculum. Debent .n. verecundari et timere virginitatem amittere et maxime pro eo quod ipsam nullus potest amplius reparare. Amos 5 virgo israel proiecta est in terram nullus est qui suscitet eam. Sic ergo patet quod sex sunt speciales virtutes que virgini famulantur. Hic ponuntur quatuor dubitationes. Prima vtrum prudentia sit in omnibus habentibus gratiam. Secunda vtrum qui desiderat laudem humanam sit simile fatuis virginibus. 3a. vtrum virginitas cum voto sit magis meritoria quam sine voto. Certa vtrum virgo rapta habens corruptionem proficiens sibi factam possit premium virginum recuperare. Ad primam dicitur quod non ad prudentiam requiritur industria per quam quis prudere possit que agenda sunt. sed multi habentes gratiam carent tali industria. ergo non omnes habentes gratiam habent prudentiam. Preterea deus dicitur qui est bene consiliatiuus. quia consiliari est actus prudentie sed multi habentes gratiam qui non sunt bene consiliatiui sed necesse habent regi consilio alieno. ergo et cetera. Preterea philosophus dicit 2o Ethicorum quod iuuenes non constat esse prudentes sed multi iuuenes habent gratiam quia. Sed in contrarium est quod dicitur hic quod quinque virgines habentes oleum in vasis suis dicuntur esse prudentes per quas designantur omnes fideles secundum beatum Jero. habentes gratiam. Nota quod prudentia est habitus intellectualis dirigens operationem in ordinate in finem debitum per respectum agibilium in consilijs et diuicijs. Vnde philosophus 6o Ethicorum prudentia

Dubia

est recta ratio agibilium i. est habitus dirigens ronem recte et ordina
te circa agibilia in debitum finem. Item no. quod aliqua e falsa
prudencia que disponit aliqua convenientia circa malum finem
hoc modo dr aliquis prudens latro qui convenientes vias invenit
ad latrocinandum. Et hec est prudencia de qua dt apls ad Ro.
8 prudencia carnis mors est. que s. finem ultimum constituit in
delectatione carnis. Alia e prudencia vera que quidem invenit
convenientes ad finem bonum. Sz e imperfecta duplici ratione. Uno
modo quia id quod accipit pro fine non est finis cois totius vite humane
sz alicuius spealis negocii puta cum aliquis invenit vias conven
ientes ad negociandum vel ad navigandum. dr prudens nego
ciator vel navigator. Alio modo quia deficit in principali actu pru
dentie puta cum aliquis bene consiliatur et recte iudicat etiam de
hiis que pertinent ad totam vitam sz non efficaciter precipit. Tercia
autem prudencia est vera et perfecta que ad bonum finem totius
vite humane recte consiliatur iudicat et precipit et hec sola dr pru
dencia simpr et ista in peccatoribus esse non pt. Et ideo nullus peccator
est vere prudens. quia licet peccator recte consiliatur tm non recte
precipit quia non ordinat iudicatum directe in ultimum finem. Et hec
talis prudentia e in omnibus habentibus graciam quia omnes virtutes sic
fundantur in gracia &c. Item si tu obiceres quod aliquis esset gratus deo
qui non est prudens et sic aliquis esset gratus deo qui non ordi
naret omnes actus humanos in debitum finem. Est tm sciendum quod
aliqua est prudencia infusa quam quilibet habent in gracia hic.
Alia acquisita quam non hz quilibet existens in gracia. Sz d. quod ad
prudenciam requiritur industria in agibilibus. sz multi habentes graciam
qui non habent talem industriam. Dico quod dux est industria. Una
quidem que sufficiens est ad ea que sunt de necessitate salutis et talis
industria datur omnibus habentibus graciam. quos unctio docet de omnibus
ut dr p.a Joh. 2o. Est autem alia industria plenior per quam aliquis
sibi et aliis pt providere non solum in hiis que sunt necessaria ad
salutem sz etiam in aliis pertinentibus ad vitam humanam. et talis in
dustria non e in omnibus habentibus graciam. Et sic patet ro. est soluta
Ad 2am prudens e consiliatus sz multi habentes graciam qui non sunt bene
consiliati. Dicendum quod illi qui indigent consilio alieno saltem in
hoc sibi ipsis consulere sciunt si graciam habent ut aliorum requirant consilia
et ipsi discernunt consilia bona a malis. Ad aliud ad philosophum
2o ethi. [illegible] quod iuvenes non constat esse prudentes loquitur de pru
dencia acquisita non infusa que in ipsis e quantum ad illa que
sunt de necessitate salutis. Ad secundam e dicendum. quod propter tria quidam
pt laudem humanam desiderare. Primo propter sue fame conservacionem
2o propter proximorum edificacionem et 3o propter aliquem honorem vel temporale
commodum acquirendum. In omnibus enim hiis tribus pt homo incurrere
peccatum fatue virginis ac per quod peccatum mortale. quia fatuis virginibus
clausa e ianua paradisi que non clauditur alicui nisi pro
mortali peccato. Si enim aliquis desiderat sic famam et laudem
apud alios ut testimonium preferat testimonio dei et testimonio
sue consciencie talis non portat oleum secum quia gaudium suum
bonum hz in testimonio aliorum non in consciencia sua referendo
in deum. de talibus dr Joh. xii. Et dilexerunt gloriam hominum magis quam dei
paucissimi sunt qui ista non querunt. Sz si quis cupit famam
et vel laudem apud alios portando semper oleum secum et gaudium

bonorum opum de fama et bono ope vel laude aliorum servando in con-
Luc. xxi. Respicite et levate capita vestra quoniam appropinquabit
redempcio vestra. Et contrario erit dolor et tristicia quando apparebit
reprobis videre illam faciem desiderabilem malis et re-
angelis conspicere eius exhiberi tam terribilem quam desiderabunt
Malach. ult. Quis stabit ad videndum eum et formidabilem.
Ysa. ii. Ingredere in petram, abscondere in fossa humo a facie timoris
domini et a gloria maiestatis eius. Tercio adveniet xpc ad iu-
dicium dignificus et honorificus, quia omnes angeli eius venient
cum eo. Primo sicut enim rex temporalis in maiestate sua apparens
venire solet cum principibus, sapientibus et iudicibus suis, sic xpc
veniet cum omnibus angelis suis et hoc spectat ad honorem
iudicis. Secundo veniet xpc cum angelis suis propter execucio-
nem iudicii, quia ministerio sanctorum angelorum electi deducentur in ce-
lum et reprobi mittentur in caminum ignis. Matt. xiii. Exibunt
angeli et separabunt [malos] de medio iustorum et mittent eos in cami-
num ignis. Tercio veniet cum angelis ut per eos tamquam per testes
legittimos peccatores convincat, qui scilicet angeli continue fuerunt in
servicio hominum et eorum malorum actuum perfecerunt testimonium et iudi-
cis sentenciam approbabunt. Ysa. xxx. Cum sederit rex in iusticie ex-
citu. Quarto describitur adveniet xpc ad iudicium potestatis et aucto-
ritatis, quia dicitur: Tunc sedebit super sedem maiestatis sue. Sed que
est illa sedes? Videtur aliquibus sedem suam esse nubem in qua
ad iudicium veniet. Sedebit autem in nube propter tria. Primo
propter iudicis dignitatem et quietem interiorem, quia exigente ra-
cione sed exigente iusticia cum tranquillitate iudicabit. Eccli. xxiiii.
Ego in altissimis habito et thronus meus in columpna nubis. Unde nubes
divina celitus sedebit. Secundo propter divini promissi adimplecionem.
Nam Act. i. scribitur: Et nubes clara suscepit eum ascendentem
in celum. Et dictum erat ab angelis apostolis: Quemadmodum vidistis. Et
Tercio propter nimiam xpi claritatem que cum nube tecta a malis po-
terit videri. Ps. Nubes et caligo in circuitu eius. Et possunt ad-
di alia racio, quod ideo in nube veniet, quia nubes tria facit: fulminat,
tonat et pluit. Sic xpc in iudicio fulminabit per vindictam terribi-
lem combustionis ignis infernalis, per ignem autem ipsum precedet,
tonabit per sentenciam crudelem, et pluet rorem gracie super electos quorum
gloria tunc in anima et in corpore augebitur. Secundo sedes ista potest dici
maiestatis que super omnem terram et creaturam exaltabitur. Prov. sapiencia ho-
noris et quietis iudicandi. Vel potest dici quod sedes ista erit sancta mater ecclesia
super quam ipse gloriose sedebit ipsam glorificatam illuminans et eam ta-
quam pro filio vel sponso sponsam consolatam et virginem sine ruga representans.
Quarto describitur adveniet xpc ad iudicium tremebundus et terrificus,
quia dicitur: Et congregabuntur ante eum omnes gentes. In quo iudicio
iudicium nullus effugere poterit. II Cor. v. Omnes nos manifestari oportet ante
tribunal xpi ut referat unusquisque propria corporis prout gessit sive bo-
num sive malum. Valde enim terribile est coram illo iudice presentari
et personaliter iudicari. Ideo dixit b. Ieronimus: Sive comedam
sive bibam sive aliud quid faciam, semper videtur sonare in auribus meis
ista terribilis tuba: Surgite mortui et venite ad iudicium.
Tunc nullus erit locus excusacionis, quia in isto iudicio aperientur
scripta nostra sicut quedam acta iudicialia. Primo apparebit liber passionis xpi

.s. crux etiam thorona spinea et in corpe cicatrices et vulnera
vid. cap. xxiiij. Et tunc apparebit signum fi. ho. d. re. Et ysa. xj.
levabit dns signum in nacoes .i. coram nacoes et populos. Signum
domini est signum crucis quod quasi vexillum levabit recmer admi
ditum ut mali qui adversarij tremant. et boni qui milites
sui congregent ad ipsum vel signum filij hois dicit stigmata
vulnerum xpi que tunc apparebunt ut iudei videant et confundantur
iux. id Zach. xij. videbunt in quem transfixerunt. et ut mali
penam videant et de ingratitudine doleant. Sz an mali
crux xpi ibi apparebit cum mali lancea et thorona etcetera
dez putat quod sic. et quod in iudicio in celo ondet. Sz Crisostomus
dicit quod p signum filij hois non crucem thoronam et lanceam
malem fore intelligendam sz ipsum xpm habentem corpore
suo signa sue sacratissime passionis. vel pt dici signum
filij hois apparere in celo s. n. c. quod signum crucis apparebit
erit in fronti[bu]s vtroze celestium. quod in [illegible] clementer apparebit
bit signum filij hois ad presagium eterne salvatoris. Iux
id Ezechielis ix. Signa thau super frontes virorum gementium et dolentium
lentium cum in reprobis ac hic signum non apparebit ad presagium
eterne reprobacionis. Secundo aperietur liber conscientiarum qui modo
latet. et tunc omnibus apparebunt bona opera et mala, unguentum
ab oculis aliqua corpulencia non abscondet. Hic liber continebit
nebit tria capitula. de quibus et quorum eorum racio erit reddenda
da. Primum de cogitacionibus. Sap. vj. Cogitaciones eius scrutabitur
tabitur. Secundum de locucionibus et verbis ociosis. Mat. xij. De omni
verbo otioso quod locuti fuerint homines reddent racionem in die
iudicij. Tercium de operibus. Eccles. xij. Cuncta que fiunt subpo
le adducet dns ad iudicium. Tercio aperietur liber divi
nor preceptorum qui modo clausus videtur. quod non attenditur
quid sequitur ex eorum impletione vel transgressione. sz tunc
aperietur. quod tunc videbunt omnes malos propter transgressionem
preceptorum puniri. Et bonos propter impletionem remunerari. Quarto
aperietur liber prescie dei sive predestinacionis divine. qui
modo latet. sz tunc omnibus aperietur. eo quod tunc manifeste videbitur
bitur qui fuerunt prestiti ad mortem et qui predestinati ad
vitam. quod tunc implebitur id Ro. viij. Quos predestinavit hos
et vocavit. quos vero hos iusti. quos iusti hos magnificavit. Quinto
aperietur liber vite .s. xps cuius virtus manifestabit cognicionem
torne omnium secretorum que latuerunt in cordibus hominum
vid. .j. Cor. iiij. Nolite ante tempus iudicare quousque veniet
niet dns. qui illuminabit abscondita tenebrarum et manifestabit
stabit consilia cordium. De hiis libris dicitur Apoc. xx. Iudicati
ti sunt mortui ex hiis que scripta erant in libris .i. secundum opera
eorum. Et hic tangitur in lra cum dicitur Et tunc congregabuntur ante
eum tanquam ante iudicem suum omnes gentes omnis temporis etatis et condicionis
omnis etatis. quia nullus poterit tunc latere nec se abscondere
vid. Crisostomus. Sub illuminacione circa ad omnes gentes penetrat
venet tunc omnes gentes ad iudicabiles sicte sunt et ad tunc in
ste tandem congregabuntur omnes gentes de omnibus cogitacionibus

et hic

verbis et operibus suis reddituri. Tunc quibus reprobus dicere poterit
illud ps. Quo ibo a spiritu tuo et quo a facie tua fugiam. Figura
huius habetur Josue x de quinque regibus in spelunca latentibus
de quibus dicit Josue Aperite os spelunce et producite ad
me quinque reges qui in ea latitant. Et cum educti essent et pe
dibus virorum calcati suspendit eos et tandem depositis eis pro
iecti sunt in speluncam et os spelunce grandi lapide clausere.
In quo significatur quod reprobi ab omnibus reprobati ad spe
luncam inferni detrudentur. Et merito omnes gentes cuiuscumque
sexus condicionis vel etatis fuerint per quinque reges significantur
eo quod quibus quinque sensibus corporis sui debite vel indebite regen
do eternum premium vel eternum meruit supplicium. [illegible] ergo ex-
igitur dictis quam terribile erit astare tam tremendo iudicio
tam districti iudicis. Legitur in Hester xv. Et regina Hester
ingressa aulam regiam ubi sedebat rex Assuerus super so
lium regni sui indutus vestibus regiis auro et fulgentibus et pre
ciosis lapidibus erat quoque terribilis aspectu. Cumque elevasset faciem
suam et ardentibus oculis furorem pectoris indicasset
regina corruit in pallorem et tandem regi eam consolanti sic
respondit Vidi te domine mi quasi angelum dei et conturbatum
est cor meum pre timore glorie tue. Si igitur Hester regina tantum
expavit ad aspectum terribilem tremendi iudicis [illegible] Dan. x
habetur. Et Daniel ad aspectum angeli tantum terrebatur quod omnes
vires eius contremuerunt. Et Apoc. i. scribitur de Joh. Et ad aspectum
angeli cecidit quasi mortuus. Et Matth. de custodibus sepulchri
domini dicitur facti sunt velut mortui. Si igitur aspectus angeli tam terribilis existat
quid erit de aspectu Christi in die sui iudicii. Et hoc omnibus
patet propter iudicis magnificentiam. Et sic quo ad primam partem

Secunda — eiusdem. Hic ponuntur quinque dubitationes. Prima
iudicium debeat fieri a Christo an quo ad hominem vel secundum quod deus.
Secunda an Christus iudicabit in forma humana. Tertia an solus Christus
iudicabit. Quarta an omnes homines iudicabuntur. Quinta an
omnes angeli iudicabunt. Ad primam et secundam quod plenum
dicendum quod in forma humanitatis Christi in iudicio apparebit et per se omnibus
bonis et malis demonstrabit secundum tamen quod natura divina
vel humanam debeat iudicare. Sciendum quod ad iudicium quantum
ad presens quatuor requiruntur. Primo auctoritas vel potestas. Illius namque
[illegible] querere fieri iudex nisi valeat potentia et virtute irrum
pere iniquitates. Secunda rigida iustitie equitas. Rex enim
qui sedet in solio iudicii [illegible] severa iustitia dissipat
omne malum in intuitu suo. Tertio sapientia et veritas. Ex indi
cem oportet informari de hiis quorum sententia ferri debet. Et hoc non
potest nisi per sapientiam et cognitionem legis. Quarto requiritur di-
gnitas. Decet namque iudicium convenire non cuilibet sed tali qui di-
gnitate et sanctitate merito sit aliorum caput per quandam sin-
gularem excellentiam. Loquendo ergo de iudicio quantum ad
requisitam potestatem sic attribuitur persone patris secundum quem
modum salvator dicit in Johanne: Ego non iudico quemquam

qui solus non sunt sed pater meus est. loquendo autem de iudicio quantum
ad requisitam equitatem et rigidam severitatem attribuitur persone
spiritus sancti, secundum quem modum dicitur in Iohanne 16 cum venerit spiritus veritatis
arguet mundum de peccato et de iudicio et de iusticia. loquendo vero
de tali iudicio quantum ad requisitam sapientiam et veritatem sic convenit
persone filii ut deus est quia ipse sapientia et lex eterna patris est ut dicit
Augustinus de vera religione. Et sic omne racionale quod iudicat
de suis inferioribus non nisi per veritatem et sapientiam. sic pater non iudi-
cat nisi per sapientiam que eius filius est. secundum quem modum ut dicit
Augustinus pater non iudicat quemquam sed omne iudicium dedit filio.
Secundo iudicium convenit ihesu christo secundum naturam humanam propter quandam
superexcellentiam secundum quam est caput omnium hominum et angelorum
et quantum ad hoc ipse christus ut est homo quoniam est omnium hominum et angelorum
caput dignitate et sanctitate et est constitutus iudex vivorum et mor-
tuorum. Ut sicut ab ipso omnes receperunt tamquam a capite distri-
butionem donorum gracie pro gratia, sic ab eo omnes recipiant in
iudicio sententias salvationis et dampnationis finales. Ad secundam. Unde
quod christus iudicabit in forma humana. Et hic conveniunt tria
Primo ad illum pertinet iudicare observatores vel transgres-
sores legis ad quem pertinet leges condere. sed christus per eterne et per ob-
ternis lege civitatem condidit. ergo ad ipsum iudicium est hoc pertinet
iudicare. Ieremie xxxi Dabo legem in visceribus. Secundo ad il-
lum pertinet iudicare cuius est dominium super bonos et male operan-
tes et ratione cuius est iudex. sed christus est dominium non solum ratione
creationis sed etiam redemptionis. Philippenses ii Propter quod exaltavit
illum etc. quem modum redemptio in carne per carnem facta est ergo etc.
3o quia iudicium fiet ut digni ad regnum admittantur
sed admitti ad regnum est per meritum christi sicut et apertio ianue
celestis [illegible] meritum sunt homo assumpto a verbo ergo in forma
hominis debet iudicare sed omnia elicitur ex illo dicto Iohannis v potesta-
tem dedit ei facere iudicium quia filius hominis est. Dampnati non
videbunt christi divinitatem. Secundo quia nullum beneficium supernaturale per-
tinet ad gloriam dabitur dampnatis. sed id Ysaia xxvi tollatur im-
pius etc. sed per pura naturalia non possunt attingere ad visionem
deitatis ergo eam penitus non videbunt. sed solam humanitatem
nec ad consolationem nec ad gaudium sed ad maiorem ipsorum confusionem.
Ad 3am Dicitur quod extendendo nomen iudicandi dici potest quod du-
plici modo potest iudicium alicui convenire. Sive ex ordinaria potesta-
te et sic iudicabit tota trinitas. Unde 1o Reg. ii Dominus iudicabit
fines terre. vel ex delegata potestate et sic iudicabit christus
in quantum homo et sic potest exponi id Iohannis v. pater omne iudicium dedit
filio. Et id Danielis vii Aspiciebam donec throni sunt positi et an-
tiquus dierum sedit. et infra aspiciebam in visione noctis et ecce
cum nubibus celi quasi filius hominis veniebat. et usque ad antiquum
dierum pervenit. et in conspectu eius. et dedit ei potestatem et honorem et regnum
vel assessoria dignitate et sic iudicabunt boni perfecti. qui e-
tur pro perfectione meritorum assistentes iudici, non ut iu-
dici consulant, nec ut in iudicando auctoritatem habeant, sed sic erit

ppter eorũ honorẽ et dignitatẽ Et sic pt intelligi id Job
judiciũ pauperibꝫ tribuit Vel approbatõne ꝫ iudicabũt
omnes electi · omnes n· approbabũt iudicis sniaꝫ Apoc xix In
dixi qsi vocẽ tubarꝫ multarꝫ in celo dicenciũ alla laus
et gloria ꝫ virtus deo nro ẽ · qꝛ vera ꝫ iusta iudicia eius
sunt · Vel compacõne ꝫ sic mg mali iudicabũt magis
malos · de quo pt expom̃ qd dr luc xi Viri niniuite surgent
in iudicio cũ gnacõne hac ꝫ condempnabũt eaꝫ Ad qꝫ
tam sciẽz qꝫ ad iudiciũ dno ptinet · s· discussio meritorũ
et retribucio premiorꝫ · sm hec duplex erit actꝫ iudicij s· iudiciũ
disceptacõnis ꝫ iudiciũ retribucõnis · iudõ discussionis nõ
iudicatr nisi quorꝫ merita aliquo mõ sunt commixta · Sꝫ iudõ
retribucõnis iudicatr eciaꝫ quorꝫ merita sũt manifesta · io iudõ
sꝫ nõ omnes iudicabũtr a qm iudice xpo
la cuius inpermixta sũt bonis ut qui caruerũt fundamto fi
dei · ꝫ io isti nõ iudicabũtr ꝫ dapnabũtr · quidã merita bona
omnio inpermixta sũt mal · ut pctorꝫ qui sup fundamtũ
edificauerũt · argentũ et aurũ ꝫc · ut pauperes xpi · ꝫ ideo
nõ iudicabũtr sꝫ saluabũtr · Alij võ sũt quorꝫ merita mala
pn̄lia pmixta sũt aliquibꝫ bonis ut qui habuerũt fidẽ
sine opibꝫ bonis · io iudicabũtr dapnabũtr · Alij võ quorꝫ
merita bona pn̄alia pmixta sũt aliquibꝫ mal venialibꝫ
ut qui supedificat li· fe· ꝫ sti · et hij iudicabũtr ꝫ saluabũtr
Omes võ taꝫ hij qui alij taꝫ puli qꝫ adulti taꝫ homines
qꝫ angeli coram xpo iudice in iudõ psentabũtr · ut d' ipsa
xpo gla boni letẽtr ꝫ mali torqueãtr Ad quantũ scẽz dux
e iudiciũ s· pmũ disceptacõis · hc nõ iudicabũtr angeli
boni nl mali · qꝛ mali habuerũt pure mala merita · boni
pure bona · Aliud retribucõnis et hoc dux ẽ · quedã principal
qua quis remuneratr ex meritis ppriis · h ac fitatũ ẽ ab utro
taꝫ in angelis bonis qm in malis · quedaꝫ redundans qua
quis premiatr de aliorꝫ meritis ꝑtrariate hc fiet in iudõ vñ
iudicabũtr qꝫ ex quo · meritum ex iudicio h omnium aliquis redu
dabit in eis

Et separabit eos abinuicẽ sic pastor segregat oves ab edis et statuet oves quidẽ a dextris edos aũt a sinistris Hic tangitur iudicandorũ
multiformis dra Primo tagitr iudicatorꝫ differẽs
sepacõ Et hc tagitr ibi Et separabit eos Sco tagitr
iudicatorꝫ differẽs s· denoiatõ et hc tagitr ibi Sicut
pastor segregat oues ab edis · Primo dicendũ ẽ qꝛ iudicã
dorũ erit abinuicẽ ꝑ abinuice sepacõ · qꝛ dr Et separabit
eos abinuicẽ s· merita singulorꝫ discernendo Infra id zach v
Sedebit separator in azotho · i· xpc in curia ut separet grana
a paleis que nũc in area ecclie pmixta sũt Vñ dr att
xiij Angeli separabũt malos de medio iustorꝫ Et multo
tempri separabũtr a bonis Justũ enim dei iudiciũ hc
requirit ut tunc illi a bonis separetr qui bõs aspernant

Secundo tangitur iudicandorum differens denominacio cum dicitur Sic
pastor segregat oves ab edis. Oves dicuntur electi, edi dicuntur
reprobi. Electi enim dicuntur oves primo propter eorum mansuetudinem
propter quam salvantur et quam a Christo didicerunt cum dixit ait
Discite a me quia mitis sum et humilis corde. Secundo dicuntur
oves propter eorum innocentiam unde in eorum persona dicitur 2 Re.
xxiiii Isti qui oves sunt quid fecerunt quasi dicat nichil mali
fecerunt. Tercio dicuntur oves propter eorum pacienciam quia usque ad occi
sionem facto vel voluntate Christum imitati sunt qui propter eos tamquam
ovis ad occisionem ductus est. Quarto dicuntur oves propter eorum
obedienciam unde Ioh. x dicitur Oves mee vocem meam audiunt. Quinto
dicuntur oves propter eorum fecunditatem vel exuberanciam quia sicut mul
tiplex est fructus ovium in lacte lana et fetibus sic multiplex est
fructus iustorum qui ideo arboribus fructiferis assimilantur quia non
frustra terram occupant De hoc dicitur Luc. viii fructum afferent in pa
ciencia Et ista denominacio electorum quia oves dicuntur est ipsis
ad gloriam propter secundum nomen tuum sic et laus tua. Reprobi vero
dicuntur edi propter convenientiam quam habent cum edis. Edi enim primo sunt
impetuosi sic et ipsi impetuosi sunt ad peccatum Proverbiorum i. Pe
des illorum ad malum currunt et festinant ut effundant sanguinem.
Secundo edi sunt fetidi sic et reprobi mortui in peccatis fetent sicut
putredo cadaverum Ysa. xxxiiii Computrescent eorum [illegible] et de
cadaveribus eorum ascendet fetor. Tercio edi sunt steriles et infructuo
si sic et reprobi steriles sunt ab omni fructu salutis Et ideo
figurantur per ficum sterilem cui maledixit dominus Mt. xxi.
Unde glosa dicit Non dicit reprobos capras forte que habent [illegible]
[illegible] fetus sed dicit edos ut ipsorum ostendat sterilitatem. Quarto
edi sunt libidinosi dicit enim Ysidorus Et edus [illegible] et ad co
itum propter quod oculi eius pre [illegible] scintillare vel transire videntur Sic
et peccatores luxuriosi sunt et in luxuriis consumunt corpora
sua. Hinc comminatur dominus Amos i dicens Conteram vectes Da
masci i. peccatorum Damascus enim interpretatur sanguinem bibens et
sequitur Et disperdam habitatorem de terra domo voluptatis
et luxurie. Et ista denominacio reproborum est eis ad ignominiam.
Merito ergo oves ab edis separantur secundum Orig. ut iusti mani
feste videant semina sue iusticie ad qualem eam perduxerint
finem Et peccatores recognoscant sua delicta et quibus iuste sinat
dampnationis meruerint. Consequenter nota Oves sunt humiles contra
superbiam quia unitatem societatem et concordiam diligunt propter esse
quod bonum est Et Mt. x Mitto vos sicut oves etc. et sequitur Estote
simplices sicut columbe. Secundo sunt fecundi i. largi contra avari
ciam omnia enim sua in usum hominum prebent propter oves eorum
fetose habundantes etc. Et Ioh. xv Qui manet in me etc. Tercio
mundi contra luxuriam propter quod deducitur velud ovem Ioseph
qui velud ovis a deo deducebatur qui meretricem abhorruit
Quarto sunt mansueti et pacientes contra iram propter Estimati sumus
sicut oves etc. Quinto innocentes contra invidiam etc. Reg. xxiiii Isti
qui oves sunt quid fecerunt Sexto temperate et modico pastu
contente contra gulam. Non enim temporalem sed spiritualem desiderant
refectionem Ysa. xxxiiii Ego ipse pascam oves meas etc. et sequitur In pa.

satis vber ꝗ .1. thio 6. habentes alimta / no sut rumina
tes z obedientes com actiduz Job x. Oues mee vocez ꝗ E
di sut pmo supbi Job xv Sucurrit aduersus deu ꝗ recng
zi Sulturus hen implebit pennam Ro gulosi, ꝗquoda
mo insaciabiles / talis edis erat dives epulo luc xvj
Attendite ne corpa vra gravet, q̊to libidinosi luc xxj
sperdat habitatores z q̈nto impetuosi 1 iracundi Amos 1 di
des illoz ꝗ q̊to invidi non n diligit pidx pe
steriles quo ad actiduz u Sexto tangit unitatem / hoc
in loco dnysa situaco eterna iusti ꝗ repbi est in situ ꝗ
dos at u sinistris Glo Statuet i ꝗfirmabit oues adextris suis ee
tris i in eterna btitudine Edos at a sinistris i detrud dap
nacone Et dicit n Gor ꝗ dne notat dicit Statuet
In quo notat immutabilitas Mut n lit de vna via
tusire in aliaz tuc vo no licebit luc xvj Magnum chaos
Per dextram n requies ꝗ glia significat ps delectacōes
in dextra tua usqz in finez Per sinistram vo eterna dapna
co intelligit Dicit ꝗo Aug A dextris statuet qui eterna
bona quesierunt a sinistris vo qui tpalibz bonis adheserunt
In ipa at positone dextre z sinistre iam ettnt vtraqz pe
cognosce potit an misericordia ꝗ an miseria dominat
dnncat Vnd Cris Justos quid ad dextram ꝗstituet ꝗ
pctores ad sinistra vt vnusquisqz meritoz suoz ꝗdicoim
ex ipmis loci qualite cognoscat Merito iustos ad dexte
collocat qz magnam cognicoīm sinistra, inicos impios ad
sinistram qz nuqz cognosce voluit dexteram ꝗ sinistram
poritz Ideo n que a dextris sut nomt ons, pveese ani
sunt que ad sinistram sut qui querunt tpalia, adexte
qui querunt eterna Vnd Remigius In dextris eterne bti
tudinis ꝗfirmabunt qui amaverunt eterna, in sinistris
eterne miserie qui cupierunt pntia Nam ꝗ ipa tnsitoria
dei dona respectiu eternoz dnr esse sinistra, eterna vero
in dextra qz sut pociora hinc ꝗ cor sapientis in dextera
eius. et cor stulti in sinistra illius / Tam ꝗcordat Aug
ꝗ ꝗ scdo qui dextra opa opati sut. mercedem dextroz dignum
accipiat vz dextram regni eterni in quo ꝗ requies ꝗ glia
Mali vo qz sut opa pessima ꝗ sinistris cadet in sini
stram i eternaz dampnacoim Et merito si hunc de s victo
xpc statuet oues a dextris qz oues suo mo in pnti ptia
sut a sinistris in multis adusitatibz Edos vo i mali qui
mo sic dextram elegerunt Aug id ps In quoz manibz
iniquitates sut dextra eoz repleta ꝗ muneribz Tunc ad si
nistram statuentur i in adusitate ꝗpetua fundabunt / ffigura
hg habemus Gen xlviij Jacob patriarcha sendicere volens
filios Iozeph tracellanit manus ꝗ dextram posuit sup eu
qui erat ad sinistram eius s. Effraym ꝗ sinistra posuit
sup capt illius qui erat ad dextram eius s. Manasse
Effraim interpretat crescens nl fertilis ꝗ significat electos

multiplicat' in bonis operib; fructifitates, hii vero constituti sunt
a sinistris, i. subiecti aduersis aduersitatib;. Xpc aut in iudicio ponet
sup eos dexteram glorie sue. Job ix. Opi ... tuam porri-
ges dexteram et electis tuis opa scindentib; Manases aut inter-
pretatur oblivio et signat reprobos qui in modo deum creatorem suum
oblivisciuntur, hii in vita p'nti statiuntur ad dexteram quia gaudent
de augmento temporalium et successib; prosperis. Et xpc in iudicio
ponet sup eos sua sinistra, eos ad eternos cruciatus depri-
mendo. Vel sic sm Hug. Mali dicunt statim ad sinistram
quia ibi erunt subiecti passionib; que significat per sinistram
quia sinistra est fortior ad patiend. Dextera vero debilior ad
agendum. Boni ergo ad dexteram. mali ad sinistram erunt, quia
illi in domo isti in passione perpetua statuentur. Tunc im-
plebitur illud malach. iiii. Convertimini et videbitis quid
sit inter iustum et peccatorem, deo et non servientem ei. Ecce ve-
nit dies ... et calcabitis impios cum fient cinis sub planta
ta pedum vestrorum. Et bene dicit propheta calcabitis eos sub
planta pedum vestrorum, quia reprobi erunt velud cineres in terra sta-
tes in valle Jozaphath cum permixti monte oliveti. Cum
quod in valle predicta comprehendi poterunt, alii enim valle, sed
dicunt comprehendi ... remoti. Unde Joh. iii. Congre-
gabo omnes gentes et educam eos in valle Jozaphath et
disceptabo ibi cum eis. Electi vero erunt non in terra sed in aere
ad dexteram iudicis sub capita dampnatorum. Unde i. ad Thess.
i. Thess. iiii. Rapiemur cum illis in nubibus obviam xpo
in aera. Cum ergo valle Jozaphath, sup montem oliveti
in aere cum predicta vallis adiacet in forma gloriosa et magna
claritate refulgentes apparebit. Et hoc vult magister in scripto di. xliii.
c. psl. Et locum tenet sanctus Thomas cum Richardo, et quamvis sto
sa theologorum ... ex iam dictis multiformis iudicatorum

Tunc dicet rex hiis qui a dextris eius erunt. Ve-
nite benedicti patris mei, possidete paratum vobis
regnum a constitucione mundi. Esuriui enim et de-
distis mihi manducare. Sitivi et dedistis mihi bi-
bere. Hospes eram et collegistis me. Nudus
et operuistis me. Infirmus et visitastis me. In
carcere eram et venistis ad me. Tunc respondebunt
ei iusti dicentes. Domine quando te vidimus esuri-
entem, et pavimus, sitientem et dedimus tibi
potum. Quando aut te vidimus hospitem et collegimus
te, aut nudum et cooperuimus te. Aut quando te vi-
dimus in carcere, aut infirmum et venimus ad te.
Et respondens rex dicet illis. Amen dico vobis

quamdiu fecistis uni de hiis fratribus meis minimis
michi fecistis. Hic tangitur tercio notabilis iudicatio sententie que
tunc dicet rex hiis qui a dextris eius erunt. Quare dominus tam de
scriptionem sui adventus dicitur filius hominis, sed tam descriptionem sententie de
fine dicitur rex. Cum principio xxv capitulo dicitur Cum venerit filius hominis
hic vero dicitur Tunc dicet rex. Ostendens quod omnis verus et iustus
iudex debet se primo et mansuetum benignum quod exhibere in causis
audiendis, eo quod nemo debet iudicare nisi causas audiat. Nam au
dire bene potest nisi sit patiens et mansuetus, quia ut inquit Catho
Impedit ira animum ne possit cernere verum. In sententia vero
proferenda debet esse iustus severus rigidus constans et infle
xibilis. Sed quia Christus est iustus et verus iudex, Ideo quod secundum Aug.
nemo iuste iudicabit quam Christus qui iniuste iudicatus est. Ideo in
adventu suo primo humilem et mansuetum se ostendit, sed in secundo
sententie rigidum. Ideo [illegible] rex dicitur. Et hoc est quod dicitur Tunc
dicet rex. Non dicit filius hominis sed rex, ad quem specialiter pertinet
subditos regere, leges condere, transgressores legis punire
et observatores premiare. Tunc non queret Pilatus quem regem
tunc non dicent iudei Non habemus regem nisi cesarem
hiis qui a dextris eius erunt, i. electis suis Venite benedicti
patris mei. Dulce invitationem implicat gratiam glorie et pre
destinationem ad gratiam pertinet benedictio patris. Ideo dicit Ve
nite benedicti patris mei, i. quam benedictionem gratie habuistis
a patre meo de qua psalmus Benedictionem dabit legislator. Et psalmus
Benedictio domini super caput iusti. Et vere benedicti
benedictione tali que removet maledictionem culpe et pene
quasi dicat. Ex quo voluntarie removistis a vobis culpam tribuo
vobis gratiam et gaudium sempiternum removendo a vobis omnem
penam. Quia Venite benedicti patris mei. Ecce quomodo Christus illam
benedictionem ad patrem refert, a quo ipse rex et iudex constitutus
est secundum prophetam in persona eius dicit Ego [illegible] Christus cum inquinamenti
dei et omne malum nolimus abicere et abiecerunt in effectu
Ego inquit secundum quod homo constitutus sum, i. firmiter stabi
liter statutus ab eo. Daniel vii Potestas eius potestas eterna
que non auferetur et regnum eius quod non corrumpetur. Rex
non terrenus sed celestis. Ioh. xviii Regnum meum non est
de hoc mundo. Rex legittimus non tyrannus non iniuste
dominans sed alius iuste et legittime presidens. Ierem.
xxiii Suscitabo David germen iustum et regnabit rex
et sapiens erit. Sed ad gloriam pertinet possessio regni. Unde
dicit possidete regnum. Sap. v. Accipiet regnum deco
ris et diadema speciei de manu domini. Et hic [illegible] dicit Ac
cipite sed possidete, i. quasi hereditatem amissibilem. Et bo
na paterna ad predestinationem vero pertinet [illegible] eternitatis
Ideo dicit paratum vobis regnum, i. [illegible] vobis premium et [illegible]
destinatum vobis [illegible] sum [illegible]. Et meo quod dicit paratum
vos invitat Maria dei dilecto ad nos. Quia amando nos
prius [illegible] Ioh. iiii In hoc est caritas, non quia nos dilexe
rimus deum sed quoniam ipse dilexit nos et misit filium suum

principatum pro p[ar]tis meis. Et in hoc v[er]bo q[uo]d d[icitu]r Regnum, notatur
xpi liberalitas, q[uia] no[n] dimidium regnum s[ed] totum nobis donat
A constitutione mundi, q[uia] a principio mundi factum e[st] celum em-
pireum quod e[st] locus b[ea]torum. Et no[n] tantum a constitutione mundi, s[ed]
ante constitutionem mundi. Eph. i. Elegit nos in ipso ante mundi
constitutionem. S[ed] q[uomodo] a. co[n]. Joh. xiiii dicit xpus suis electis apost[olis]
et aliis saluandis in eorum p[er]sona, vado parare vobis locum, q[uo]-
m[od]o ergo ante constitutionem mundi paratus e[st] locus b[ea]torum. R[espondetur] q[uod] ante
constitutionem mundi paratus e[st] regnum electorum p[er] predestinationem
s[ed] a constitutione mundi p[er] creationem. S[ed] ab ascensione xpi p[er]
apertionem. Et de hac vltima paratione intelligit[ur] auctoritas
Joh. xiiii. Vel p[otes]t sic intelligi ap[u]d Joh. vado parare vobis
locum, i. vado ad mittendum vobis ampliorem gratiam p[er] quam
faciam vos magis idoneos ad regnum eternum p[er]cipien-
dum q[uo]d e[st] locus b[ea]torum. O q[ua]m felices b[ea]ti qui hanc dulcem vita-
tionem ad se directam merentur audire a d[omi]no inuitatis. Ve-
rum cuius p[ro]pter frequentem g[rati]am iusticie [et] caritatis deuote inuita-
tionem etiam dicetes venite benedicti d[omi]no. vt tunc cu[m] electis
meruerunt audire inuitationem domini [et] resurrecc[i]o[n]e sine fine
cum eo. Consequenter d[omi]nus p[ost]q[uam] dulcem exp[re]ssit inuitationem sub-
dit motiuum eorum commendationem. Et enumerat sex opera mi[sericordi]e. M[ateri]a
que consistit in reuelatione miserie. Sex e[ni]m sunt miserie hominis
in hac vita. Pro quo sciendum. Quod miseria humana duplex est
s[cilicet] naturalis [et] accidentalis. Naturalis que est a corruptione interi-
ori, sic e[st] esuries [et] sitis. S[ed] esuries a calore corrumpentis
siccum. Sitis a calore corrumpente humidum. Aut naturalis mise-
ria est a corruptione exteriori, sic e[st] indigentia vestimenti [et]
hospitii. S[ed] vestimentum p[ro]pter diuinitatem repugnandum s[cilicet] aeris
corrumpentis extrinse. Hospicium v[er]o contra diuinitatem distantem
corrumpentem intemperantiam. Miseria accidentalis e[st] duplex, aut
ex corruptione interna sic e[st] infirmitas, aut ex illatione viole-
ntie sic e[st] carcer. Recommendat ergo d[omi]nus electos. Primo q[uod]
ad primum opus mi[sericordi]e ab eis perpetratum d[icens] Esuriui s[cilicet] in
membris meis hinc d[icitu]r s. vie. Etiam p[ro]pter hoc q[uo]d dicat se esuri-
re cum pauper esurit dicit certitatem corporis capitis [et] membrorum
x[ris]ti et secundum magnam affectionem quam habet ad eos
valde. n[on] p[ro]ximus [et] q[ui] incorporatus nobis e[st], qui etiam nostram
esuriem sentit. et nostram refectionem suam fore asserit. Vnde
subditur [et] dedistis manducare. Sitiui. s[cilicet] in membris meis. Et de-
distis michi bibere. Sed sciendum. s[ecundu]m hunc. Et d[omi]nus absolute
dicat. dedistis michi manducare [et] dedistis michi bibere. Non autem
dicat quid dederunt sibi ad manducandum vel bibendum, vt quilibet del-
ligat se de eo quod habet posse satisfacere domino. Etiam cum
calice aque frigide q[uia] p[er] promptitudinem voluntatis p[otes]t deo
satisfieri in corde v[er]o. S[ed] enim voluntas prompta e[st] s[ecundu]m id q[uo]d
habet accepta e[st] non s[ecundu]m id q[uo]d non habet. Deinde domus gratulat
inmaximum peregrinis exhibitam [et] p[er] hunc ipsam recognitionem d[icens].
hospes eram s[cilicet] in meis. Et collegistis me. i. pauperes me-
os hospicio suscepistis ymo ad hospitandum quesiuistis

In quo monetur ad hospitalitatem .i. petri iiii. Hospitales invicem sine murmuracione unusquisque sicut accepit graciam in alterutrum illam administrantes sicut boni dispensatores multiformis gracie dei. Et ad Hebr. xiii Caritas fraternitatis in nobis maneat et hospitalitatem nolite oblivisci. Per hanc enim quidam placuerunt angelis hospicio receptis ut de Abraham et de Loth. Nudus eram et cooperuistis me. Ad hoc faciendum hortatur nos dominus ysa. lviii Cum videris nudum operi eum et carnem tuam ne despexeris. Reputat enim Christus indumentum pauperi collatum sibi fore exhibitum. Unde beato Martino qui pauperem clamide vestigerat apparuit Christus eadem veste tectus dicens: Martinus adhuc cathecuminus hac me veste contexit. Hoc opus misericordie excellit precedencia in eo quod non unam miseriam relevat sicut illa. Primum enim opus misericordie repellit famem, secundum sitim, sed hoc opus misericordie repellit erubescentiam de nuditate et molestiam frigoris. Etiam quia vestis data pauperi memoriale est ei ut oret pro eo qui sibi eam dedit. Et non transit hoc beneficium ita cito sicut beneficium cibi vel potus. Et Thob. iiii dicitur: De vestimentis tuis nudos tege. Deinde succedat [illegible] quo ad quintum opus misericordie dicens: Infirmus fui et visitastis me. Eccli. vii Non te pigeat visitare infirmum. Et Iob v. Visitans speciem tuam non peccabis. Et Iacobi i. Religio munda et immaculata apud deum patrem hec est visitare pupillos et viduas in tribulacione eorum. Huius. Si sola visitacio infirmorum tam dominus remuneret, quanto magis consolaciones et obsequium exhibitio. Deinde succedat eos quo ad sextum opus misericordie dicens: In carcere eram et venistis ad me. Ad hoc movemur ad Hebr. xiii Mementote vinctorum tamquam simul vincti. Ubi notandum quod incarceratis visitandi sunt non solum ut necessaria eis ministrentur vel aliqua consolacio eis adhibeatur sed etiam ut a carcere liberentur. Eccli. iiii Libera eum qui iniuriam patitur de manu superbi. Psalmus Egenum de manu peccatoris liberate. Huic operi misericordie insistebat Thobias qui pergebat per omnes qui erant de captivitate et monita salutis dabat eis. Thob. i. Et beatus Iob oppressos de manu forcium liberavit. Unde dicit Iob xxix Conterebam molas iniqui et de dentibus illius auferebam predam. Daniel Suzannam morti adiudicatam liberavit. Dan. xiii. Et beatus Nicolaus tres pueros innocentes morti adiudicatos liberavit. Prov. xxiiii Erue eos qui ducuntur ad mortem, et qui trahuntur ad interitum liberare ne cesses. Concluditur [illegible] dominus non facit mencionem de septimo .s. de sepultura mortuorum propter quod tamen in sacra scriptura Thobias commendatur Thob. ii. Et viri Iabes Galaad a David benedicuntur qui ipsum Saul sepelierant ii Reg. ii. Et propter quod Maria Magdalena laudatur Marci xiiii Mathei xxvi: Bonum opus operata est in me. Preveniens enim ungere me in sepulturam. Et Ioseph ab Arimathia Ioh. xix Luce xxiii. Sed tamen sepultura defunctorum quamvis est necessaria inter opera misericordie secundum Augustinum. Sepulturam munerum magis est ad solacium et commodum vivorum quam ad commodum defunctorum. Nichil enim recipit defunctus

ex eo q sepelliit Nuchiog tu hc opus mie extendi e Nam
Eccl vii c A mortuo no phibeas graciam Sper ista septez
opa mie tegmdte eim Sic hic pz ex civo figurat
p septez sicl pro quibz Anamias emit agrum in Anathot
Jere xxii vbi d Vgt ad me s Jere Anamel d posside
agrum meu qui e in anathot et sec appendi septez state
res et decez argenteos Ager e regnu celoze ad qd emendu
Anamael i xpc inspirat n gtz deo et fit xpm deo pri dile
ctu Cimitat Jeremiaz i qlz fidelez sublimia celoze appe
tentez q Jeremias inpretat excelsi dno Sz nos oportet de
bemus appendere vii stateras i septez opa mie z decez arge
teos i observatia decez pceptoz Moralit exponedo illaz
pticlam Esurivi e dedistis m manducare Esuriendi esuri
entez dmn pascit qui opa pmie fat Jon Cnb Cibz eius
e pma mea Jo Joh x xpc dixit habeo cibu manducare
quez vos nescitis Conuersio n Samaritane erat cibus
eius i potat dnm qui lacrimas deuotois pme adiungit
ysa xvi Jnebriabo te lacrima mea Esebon elcale Ese
bon inpretat gitatio merozis e sitat pmaz tn merozi
coputatois adiungi d Elcale inpretat ascensio z itnd sit
git qui eu in hospicio cordis suscipit ductes id Cant v Be
mat dilectus meq in ortu suu Comedat ac eu hospicio col
ligunt i receptu tempit Apocalipse Jlcs sut qui tota scima
parat ei hospitiu cordis scopa confessionis omez pti imnd
diciaz expurgantes et pq pasta pecta pecta repetit d thys
ad vomitu et sus lota in volutabro luti Snd Cbnh proth
dolor peccadi tpe et recidmadi timg scita e resurrectio
salvatore Sic honorate inserere xpm que recepistis
ventuo pastur hospitiu cofitentes pcta tu gemitu i ca
stigantes corpa elemosinam paupibz ipedentes et ecce
susceptu salvatorez predite inmitte ymo quere opelatur
q nlla e quiditato lucis ad tenebras Vnde n mo de
bet pnti qui vetuo d turpig ctut qui no admittetur
hospes Nudu opit qui pnn prm ociustat e no ppa
lat ad vrasionem Naz Gen ix le q Cham eo q vere
da patris sui no aperuit maledictom sceleris fuit Be
renda patris no opit qui pcta de defectt pximoze ad
invasionez prodit Bet nudos vestit qui indoctos eru
dit Eccl xxi Ornamentu aureu prudenti doctrina Ere
Ezn dat doctrina dat ornamentu Jnfirmos visitat qui
teptatos e mestos confortat Ro xiiii Jnfirmu fide susci
pite In carceribz victos visitat qui tribulacos peiore
pro posse compnet e aufert Et scdm quosdaz pron cer
aliud h vacotiato e gmemorato insi q omnes scient
meta sua pro quibz salvabunt ne ex dapnabunt Vbi
Anis pntas cito gaudio extollunt scto qui vissspectu

omni angelorum quod fecerunt hominibus fatentur se accepisse na
tale per opus eorum, non quale datum est sed qualis persona
illius est qui accipit secundum Crisostomum Tunc respondebunt iusti dicentes
Domine quando vidimus te esurientem et pavimus te et sitientem hoc
dicent iusti et electi non diffidentes de verbis domini sed
stupentes de magnitudine maiestatis glorie sue vel
stupentes de eo quod pro tam parvis et modicis operibus tantam
retributionem percipient Extrema non sunt condigne passiones
ad futuram gloriam secundum verba Crisostomi O humilitas que etiam
post mortem deficiens, homines mali etiam falsis honori
bus delectantur. viri autem boni etiam sibi debitam laudem fugiunt
dicit et sicut debitam sibi laudem repellentes tunc dicunt
quando te vidimus esurientem Et notandum dicit Tunc respondebunt
iusti, secundum Nicolaum de Gorra quod non alii pro eis respondebunt, tunc ces
sabunt advocati et unusquisque pro se loquetur Conside
randum est secundum Origenem Et iusti in sua responsione demorantur
in uno quoque verbo Cum iusti autem non eam per singula, sed corpo
rale dicunt, Domine quando vidimus te esurientem aut sitien
tem etc. quia humilium est iustorum beneficia sua sibi in faciem re
lata diligenter et per singula refutare cum humilitate, sed
malorum hominum est culpas suas occasione excusationis
aut minorationis velle ostendere aut leves et parvos dicere
et per omnes sub compendio recitare Et respondens rex dicit
illis Amen dico vobis Quamdiu id est eo et quanto tempore, fecistis
stis uni ex hiis fratribus meis minimis, scilicet opera misericordie, mihi
fecistis Signanter dominus dicit Quamdiu fecistis uni ex
hiis fratribus meis minimis, quia non omnes minimi sunt fratres
eius Est enim rex dicit Est qui se nequiter humiliat
et interiora eius plena sunt dolo. Ideo dicit Ex hiis
fratribus meis minimis scilicet qui fuerunt non solum devotionibus
verum et iustis operationibus. Ait in Evangelio suo Qui facit voluntatem patris mei
qui in celis est, ipse meus frater soror et mater est Concordat Ieronymus
dicens Non videtur mihi Christus generaliter dixisse de
pauperibus dicendo fratribus meis sed de hiis qui sunt pau
peres spiritu, ad quos extendens manum dixerat Hii sunt
fratres mei hii sunt qui faciunt voluntatem patris mei secundum Crisostomum O bonitas
Christi. Quamdiu in corpore contemptibili erat et in mundo sicut servus
nos erat ut per similitudinem visionis fratres suos homines
appellaret, Quando autem dominus in iam gloria constitutus adhuc
glorie est eos dicere fratres, quibus sufficeret ad laudem si vel
servos illos vocaret, et iterum apparet hic non sunt fratres
eius licet humiles quia pauperes quia abiecti et contemptibiles, hos
ergo qui sunt Christi fratres sunt, qui omnia sua dimiserunt
et eum secuti sunt et quecumque habuerunt pauperibus distribuerunt et
et eos sine sarcina Christum expediti sequuntur, et ab oneri
bus mundi liberos ved penatus sursum huc(?) tolleret

hy sunt minimi Quare minimi quia humiles, quia non elati quia
non superbi Appende minimos istos et quae pondus interes
hi Angustus christus itaque in esurientibus sitit in infirmis egrotat
et in aliis sic patitur Magna vero reverencia suscipiendi
sunt minimi et pauperes christi cum magna veneracione serviendum
est eis, siquidem in eis christus suscipitur et honoratur
Unde Gregorius Ad tribuendum pigri non essetis quod hic quod ia
centi in terra porrigitur, sedenti in celo datur Et dicta
glossa vero quod non sit elemosina imitoria regum nisi facta pauperi
quia specialis sibi reputat factum quod fit pauperibus, tamen
omnibus pauperibus dandum est sic quod adimitur cum sine culpa
Sic intelligitur de sunt auctores et omnes et consules, dum insto
et ne dederis peccatori, bene fac humili et ne dederis impio
Christus quando dare impio ut foveatur in impietate sua et
hoc modo prohibitum est dare impio, vel ut sustentetur eius
natura que possibilis est ad iusticiam, et hec facta est ad
ymaginem divinam, et hoc modo non est prohibitum, ymmo
dandum est sic peccatori in casu necessitatis hec premissa sunt
opera misericordie ad corporis miserias pertinencia Ad animas
vero spectat esurientem et sitientem iusticiam pane verbi dei
reficias et poculo sapiencie refrigeres, herraticum per hesim
vel per peccatum in domum matris ecclesie revoces innocentem
a malis protegas, nudum a bono opere virtutibus ornes
Infirmum in fide corrobores, tribulacione seu carcere
tristicie oppressos subvenias compaciendo vel consolando Eorum
in hiis facit verum dilectionem et caritatem adimplet Et
hec maiora sunt quam alia premissa quia ut ait Gregorius, plus
est verbo pabulo victuram in perpetuum mentem reficere quam
ventrem moriture carnis terreno pane saciare Unde Crisostomus
Si hec omnia corporalia corporibus christi ministrare magnitudinis
est que omnia post modicum sunt peritura, putas quanto sollicitudinis
est hec omnia spiritualia animabus perplexitatibus ministrare
quibus vivificate perpetuo vivunt Invenimus quanto melior est anima
quam corpus, tanto meliora sunt que ad salutem anime quam
que ad sustentacionem corporum ministrantur, hic potest moneri
hic dominus de bonis pauperum pro operibus misericordie eorum dicant et
naliter salvari Reliquo cum patet ex ipso dno texto parte
Tunc dicet et hiis qui a sinistris eius erunt
Discedite a me maledicti in ignem eternum
qui preparatus est dyabolo et angelis eius Esu
rivi et non dedistis michi potum Esurivi et
non dedistis michi manducare, hospes eram et
non collegistis me Nudus et non operuistis
me Infirmus et in carcere et non visitastis me

Tunc respondebunt et ipsi dicentes Domine quando
te vidimus esurientem, aut sitientem, aut hospi
tem, aut nudum aut infirmum aut in carce
et non ministravimus tibi Tunc rndebit illis
dicens Amen dico vobis Quamdiu non fecistis
uni de minoribus hiis nec michi fecistis Et ibunt
hii in supplicium eternum Justi autem in vitam eternam
Hic exprimitur disceptatio severitatis contra ad reprobos
qui sinistra i. temporalia quamdiu vixerunt ardenter amaverunt
Et secundum Bernardum hic ostenditur cumulus pene reproborum
in tribus Primo in exclusione divine visionis cum dicit
discedite a me, 2o in passione eternalis gehenne cum addit
in ignem eternum 3o in cohabitatione societate demonum cum
dicit Qui paratus est dyabolo, Discessus est pudoris, inten
dium doloris Consortium horroris Dicit ergo Discedite a me
i. a visione divinitatis mee, quia peccando discessistis a me Osee
ix Ve eis qui recesserunt a me Ysa xxvi Secundum aliam lit
Tollatur impius ne videat gloriam dei Et Job xx Non vide
at rivulos fluminis torrentis mellis et butiri licet que fecit
omnia, ne tunc consumetur ingens multitudinem admirationis suam
sit et sustinebit mel est dulcedo ex intuitu deitatis
exiens, torrens butiri est dulcedo ex intuitu humanitatis
mitatis, has impius non videbit Ideo dicit Rex Discedite
a me. O infelix et dura discessio dicit N G., quia a me fonte
vite indeficiente, a me fonte glorie beatitudinis, a me torren
te voluptatis letificantis, a me plenitudine ubertatis
inebriante. Post discedite a me qui operamini iniquitatem
Maledicti Primo maledictione culpe Ps Maledicti qui
declinant a mandatis tuis, Secundo maledictione eterne
pene Sciendum quod quadruplex est maledictio Prima dicitur fa
cienda, hec detestatio peccati de qua Job iii Maledicant ei qui
maledicunt diei Alia sustinenda hoc est toleratio opprobrii
propter Christum aut verbi exitus cum vos maledixerint homines
Tertia est timenda, hec est perpetratio peccati Ps Voluit ma
ledictionem et veniet ei Quarta est timenda hoc est dampnatio
eternum supplicium De qua in proposito cum dicit Discedite a
me maledicti i. male pene addicti, vel maledicti ab
ecclesia militante Tota n. ecclesia quottidie excommunicat
malos dicens Maledicti qui declinant a mandatis tuis
Vel maledicti ab ecclesia triumphante, quia omnes electi male
dicent reprobis propter Christum Maledicet ei populus et detestabuntur
eos tribus In ignem eternum Circa quem sunt tria consideranda
Considerare quatuor Primo eternitatem, unde dicit Ignis eorum
non extinguetur, 2o obscuritatem Ps Vox domini intercidentis flammam ignis
separando claritatem ab ardore licet in inferno sit ardor
ignis sine claritate 3o fetorem Ps Ignis sulfur et spiritus

procellarum Certo acerbitatem quia ignis ille maxime lesivus
Deut. xxxii Ignis succensus est in furore meo et arde
bit usque ad infernum novissimum Cum patre et dyabolo et
angelis eius ut quibus colligati fuistis in culpa sociamini
in pena O consorcium malum horribile quidem ad ima
ginandum horribile amplius ad videndum, sed adhuc horribi
lius ad cohabitandum, non portastis meque clavem crucis ideo in
regnum non intrabitis Non navigastis in navi crucis
ideo ad portum non pervenietis. sed penas dapni et sensus
habebitis Dum mali sic bonis permixti videntur esse cum
deo, sed tunc descendent ab eo. Et mittentur in ignem eter
num ut videbit impius gloriam dei Discedite mei quia adhuc
commixti fuistis cum bonis in mundo, a facie mea ab omni
(?) mea ab omni gloria mea. maledicti, sed non addit
patris mei, quia ex patre est benedictio et vobis vero maledic
tio. Sobi. Crisostomus Cumquasi quem non sufferat presenciam illorum sicut
aspexisse. sic dicat discedite a me sanctus deus qui non potest
deletas animarum, peccatores mali aspiciens cum quasi non
suffert. tamquam si dicat eis. cum putredo et spurcicia estis
non teneor vos sustinere quamdiu stat in medio meo
Et ideo ite maledicti non a patre meo neque ipse eos ma
ledixit, sed propria opera eorum in ignem eternum. quem paratus est non
nobis sed dyabolo et angelis eius, quia vos vosipsos in ignem
misistis vobisipsis imputate. Sed ne unquam hoc paciamur
o unigenite fili dei si faciem illam mansuetam vide ausam
a nobis et transquillum illum oculum non feretis videre nos ne
quod recipiamus aliqua experienciam illius pene intollerabilis
seclude a regno gloria et obruti in gehenna De hac etiam
exclusione et separacione sic idem Crisostomus dicit Ponamus ad
oculos nostros quanti dolores est excludi et proici a regno
celorum quod ut michi videtur cuilibet nisi ad gehennam est Quia et
si ille ignis non arderet et minderetur illa pena non
esset illa pena parva hec solum quia alieni efficimur a Christo
et exclusionem a bonis eternis. Nonne omni pena intollerabi
lius diceretur hic Crisostomus Et signanter dicit dyabolo et angelis
eius scilicet huius, quia eodem supplicio punientur homines et
demones Unde Ysaias xxiiii c. In illa die visitabit dominus
sive in acre caliginoso ad decipiendum homines qui in
reges terre qui sunt super terram i. homines. et super
in congregacionem unius fascis in lacum. et claudentur ibi
cum dyabolo a constitucione mundi. Quia quirer. quare rex hic non dicit Cum patris
quin sicut supra Crisostomus ut ondatur quia aliud hic fit deus ad inspera
dum et aliud ad puniendum. ad inspirandum fit hic ex sua proprio
erit a constitucione mundi Ad puniendum vero hic fit ex nostro
speciali sed peccato, ideo non addit hic a constitucione mundi Sed ignis

eum eternus quottidie preparatur per multiplicatorem culpe ysa
in preparata est ab heri tophet et a rege preparata profunda et
dilatata Tophet interpretatur latibulum significat cisum dampna
torum Contra quod ergo quare superius non dixit regnum eternum
preparatum est angelis sicut hic dicit de igno eterno Respondeo
ideo quia cum constituerit mundi eternum regnum preparatum tunc est tam
hominibus quam angelis per predestinationem Ignis vero debetur
tantum pro merito culpe Sed qui primo peccauerunt hii demeruerunt
sibi fecit Diabolus autem peccauit ergo sibi preparatus est infernus
Sed angelis regnum celorum nobis predestinatum est gehenna
autem nobis sed diabolo preparata est quia eterno ad se dominus non tra
xit homines ad perditionem peccantes autem voluntarie se con
iungunt diabolo et sic illi qui saluantur sociis angelis compara
tur in gloria sic qui pereunt diabolo coequentur in pena Dominus
enim vult nos saluos fieri et ideo sepe nos monet ad pe
nitenciam Non enim vult perditum qui quottidie clamat
tamen sed sepe comminatur nobis penam perpetuam et ut recedamus
a peccato pro quo pena debetur perpetua ergo misericorditer
dicit non preparauit nobis ignem eternum sed nostro peccato
paramus nobis ipsis perdicio tua ex te Israel Vnde dicitur
[illegible] tantum vnde si boni non ad proprium locum tendunt homo
ad infernum descendit patuit enim non hominibus sed diabolo
et angelis eius Et ergo dicit Discedite a me in ignem eternum qui paratus est diabolo
et angelis eius hec vox domini erit terribilissima Contra Iherusalem
Vox tonitrui eius roborabit terram sic iusti leuiter sic peccatores
terra dicitur Vox tonitrui scilicet illa iudicialis sententia quam in
[illegible] terribiliter dampnabit De terrore huius vocis dicitur Job xxvi
Cum vix paruam stillam sermonis eius audierimus quis po
terit tonitruum magnitudinis eius intueri parua
stilla sermonis dominus fuit quod iudeis dicebat Quem
queritis Et illi inquerunt Ihesum nazarenum quibus ille Ego
sum Job xviii Et statim quod abierunt retrorsum et ceciderunt
in terram Si ergo stillam sermonis eius sufferre non poterant
